Universidad de Deusto
Biblioteca

Castigationes Plinianæ
Autore
Hermolao Barbaro
Patricio Veneto

Universidad de Deusto
Biblioteca



Universidad de Deusto
Biblioteca

Z 1711
2.ª ed.
VIEs.
II
11
3

Z 1711 1536
1772

13045

Bibliotheca
Facult. Philosophicae
Prov. Cast. Orient. S.I.

B
PROV. GERM.
BIBL.

Castigationes Plinianas adiit etia Solinus Galenus emendatas cum ipsissimus Francfordia. A. 1582. in folio. Cui editioni etia aliorum uariorum notæ marginales adiectæ sunt.

Biblioteca

HERMOLAI BARBARI PATRICII VENETI P. AQVILEIENSIS IN CASTIGATIONES PLINIANAS AD ALEXANDRVM SEXTVM PONTIFICEM MAXIMVM PRAEFATIO.

Julius pollux vitruuius Oppianus Diophanes

Qui gramaticam fecit contubia

q Vi lucubrationes suas Regibus inscribunt Alexander Sexte Pontifex Maxime: ueterem consuetudinem sequuntur: Nec interest/qua materia: modo nō obscena: Quādo ea litteras dignitas & quasi prærogatiua semper fuit: ut dicari eas sibi principes & honestum & glorioſum putarent: Adeoq; nullum genus fastiditū est/ut Iulius Pollux ad Cōmodū Cæsarē de Grāmatica: Vitruuius ad Augustū de Agricultura: Oppianus ad Antoninū de Piscibus: Diophanes ad Deiotarū regē de Agricultura/scripserint. Ego uero Plinianas castigationes/ quas Legatus Romæ: nec dū sacris initiatus incohauerā: optimis & doctissimis uiris suadētibus pfectas/emissurus: grauissime reprehendēdus fuisse: nisi eas (qualescūq; forēt) numini & maiestati tuæ consecrassem. Futurū enim erat/ut cum alia/tū illud quoq; diceretur: ideo me tibi eas dicare noluisse: quia nescirem aut quantū semper ingeniis fauisses: aut quo demū animo/princeps factus/in bonos & studioſos hoies futurus esses. Nicolaus Quintus/a te Septimus: cum ei renūciatum esset: quosdam esse Romæ: qui bonos uersus facerent: negauit bonos esse. Cur enim inquit ad me non ueniunt: qui Poetis etiam malis pateo? Moleste tulit homo sapiens: in urbe sua esse: qui litteras scirent & nescirentur. Quāto mihi iustius tu succenseas Pontifex Maxime? si & militiæ & sacerdotii iure tibi secundum deum: maxime deuinctus auctoratusq; : testimonio tuo sæpissime ornatus: patrocinio adiutus: auctoritate seruatus: commissero/ut labores mei (quicunq; sit eorum Genius) atrati hoc est sine auspicio tuo prodeāt? Iam ipse Plinius/si quemadmodū restitutus fere credit: ita redire posset ab inferis: Cui quæso alii salutē & dignitatem suā/q̄ tibi cōmendaturus esset? Quem simul atq; suscepisses: periculum non esset/uti (quæ tua fœlicitas & auctoritas est) denuo pessimorum latronū præda fieret. Quinq; milia in eo fere uulnera Librariorum sanauimus/aut certe/quemadmodum sanari possent ostendimus. dixi Librariorum: ne quis aut me parum pudentem esse/aut Plinium errasse dubitaret. Fuit & hæc utilitas: q; in Pomponio quoq; Mela: quem nemo ignorat corruptissimum haberi: ter centa fere loca/totidemq; in aliis auctoribus mendosa/propere in transitu/atq; aliud agentes correximus. Nec omniū tamen par conditio. Prodigiosa quædā & mōstris insignia. Secūdæ tribus aliqua/

IHS BOM COM

minusq; fœda. Iam quædam ex confesso falsa. quædam ad electionem libera. Erunt & quæ tutissimū fuerat omittere: si utilibus ambitiosa prætulissem: aut placere magis q̄ pdesse laborassem. Nuda aliqua/& quæ uelut notare inter agnoscentes satis habui: Aliqua paulo plurib' uerbis explicata. Passim uero auctores posuimus (id quidem uerbosum fuit) sed occurrēdum erat inuidiæ/Paucissimis exceptis: in quibus tamen non aleam aut libidinem/sed rationem aliquam secuti sumus. Nec mihi fiducia est/ut: quod Fabius quoq; dixit: ea sola esse contendam. Scio quædam inuenturos adhuc/qui sagacius indagare uoluerint. Vtinamq; sit tempus unq̄/quo nostra hæc/& leuia & parum necessaria fuisse uideantur. Ego uero tā & si quantum mediocritate ualui/summū in iis quærendis & exponendis studium adhibui: Quia tamen nec scire omnia profiteor: & cōniuere multo sæpius atq; falli proprium est hominis: paratus sum: si ullo unq̄ opere: in hoc præcipue: quod ad bonorum iuuenum aliquam utilitatem componitur: non pudorem modo adire deprehensus: sed & culpæ satisfacere. Reliquum est Pontifex summe/ut Plinium/& in Plinio litteratos omnes fidei tuæ creditos/ita tueare/ut omnes intelligant/te non modo religionis/sed etiam studiorum & bonarum artium esse principem. Falleris: si alium fuisse pontificē existimas: de quo sibi omnis ordo: sexus: ætas: uel maiora uel plura spoponderit. Assentari nescio: & si sciam/nolim. Ridiculi sunt: nec animi tui magnitudinem intelligunt: qui ea te prædicant fecisse: quæ nouus princeps nundum facere potueris: Imperium promouisse: auctoritatem sanxisse: innocentissimas manus habuisse: religionis & iustitiæ pertinacem fuisse. Flagitantur & expectant hæc a te. laudari sine adulatione/priusq̄ fiant: nec possunt/nec pateris. Atq; ut hæc ipsa priuatus cumulatissime præstiteris: nescio tamen quo pacto/pinguiora quædam & grandiora desiderantur in principe. Illud citra suspicionem capratæ gratiæ testari licet: cū tu maximo rerum usu: incomparabili prudentia: suprema gloria: incredibili fœlicitate: admirabili facundia: promptissimo ingenio: castissima eruditione polleas: Facere non possunt homines præsertim eruditi atq; studioſi/quin summa omnia de te sibi etiam tacente polliceantur. Huius autem spei suæ fructum satis uberem cōsecutos se putabunt: si Plinium/sine quo uix potest latina res cōsistere/in clientelam tuam susceperis: atq; ita susceperis/ut opinionē de illo iam receptam: non solum agnoscere: sed etiam approbare uidearis. Conuelli quidem existimatio eius nullo modo potest. Habet in mani-

Universidad de Deusto
Biblioteca

EX LIBRO

bus.celebratur.colitur. perſuaſiſſimũ eſt indoctos eſſe quibus ille non ſapit. Vix tamen dici poteſt quantum ornamenti atq; præſidii/eminentiſſimo auctori/patrocinium tuum afferre poſſe uideatur. Octauo Kalendas Septembris. MCCCCXCII.

Monendi ſunt hæc legẽtes: nos breuitatis cauſa hũc ordinẽ ſeruaſſe: ut Plinii uerba/in quibus aliquod erratum eſſet/litteris maioribus imprimerentur: reliqua de noſtro ſubiicerentur. Noſcendum & illud: diſtinctionem capitum per ſingula uolumina/eam nos tantũ ſecutos/quæ in Venetis codicibus ſecundæ impreſſionis habebat. Nec illud præteribo/quin teſter/ea me diligentia/hoc opere uti uoluiſſe: qua/ſi omnes operibus deſcribendis uterentur/bene cum litteris ageretur. Nunc libri paſſim imprimuntur: ſed impreſſi ſcatẽt erroribus. In hac autẽ editione noſtra/partim inſtando/partim muneribus & gratia cõſecuti ſumus/ut opifices haberemus & diligentes & doctos: Ita/uti/ne Syllaba quidẽ aut ſubſultet fere/aut perperam collocata eſſe uideatur: Idq; in Græcis quoq; uerbis: quæ non parum multa neceſſe fuit inſerere. Alioquin ſi ulla cõmentatione cauẽdi ſunt errores: in ea maxime prouidendum id fuit/in qua ex profeſſo caſtigabantur. quæ cura niſi adhibeatur impoſterum: non modo fruſtra/ſed etiam graui damno laborabitur. Sũt & alia/quæ præfari nos oporteret: ſed ea in calcem operis ex induſtria contulimus: ne in fronte poſita modum excederent.

CASTIGATIONES: PLI

nianæ Hermolai Barbari Aquileienſis Pontificis.

Ed anteq̃ ad inſtituti operis errata uenio/excutienda ſunt
s ellogia: quæ Plinianis Codicibus præponi ſolent: ut illud ex Suetonio: PERiit GAdeS CAMpaniAE. Vetus lectio nõ Gades habet: ſed clade Cãpaniæ. Vt Cæcilius de auũculo: Quamuis inquit pulcherrimaq; clade terraq; memorabili caſu: quaſi ſemper uicturus occiderit. Tranquillus in Tito: Quædam inquit ſub eo fortuita & triſtia acciderunt ut cõflagratio Veſeui montis. Tacitus: Fœcundiſſima inquit Campaniæ ora incendiis uaſtata. Symmachus in eo quidem ſinu gaudos locum nominat: Herculem inquit armẽta Geryonis agentem pueniſſe baulos: ut nũc dicimus: ante boaulia. At inde Gaudos in Phlegræo ſinu abegiſſe gigantes & Regionẽ liberaſſe: memorant. Sed cum Plinius ſtabiano agro extinctus ſit: ut docebimus: Nec de Gaudis conſtet an illa parte fuerint: præterea nec plane ſciã: uitiũ in exemplari ſit nec ne. Prior emẽdatio nitidior & caſtior mihi ſemper uiſa eſt. Item illud ex epiſtola Plinii Cæcilii: NVBes & IN CERtuM PRocuL & INTuentiBVS. Lego: Nubes incertũ procul intuẽtibus. Infra quoq;: VT etiã PONdere Suo VIctA IN ALtitudinEM VAneſcebAT. Scribo: Aut etiã pondere ſuo uicta in latitudinẽ uaneſcebat. Et infra: ACcepiT COdicillOS REtinere CLaſſiaRII: & reliqua. Vetus lectio: Accepit codicillos retinæ Encaſti imminente piculo exterritæ: Nã uilla eius ſubiacebat: nec ulla niſi nauibus fuga: ut ſe tanto diſcrimini eripet: orabat. Et infra: NON REtineT MOdũ. Scribitur: Nõ retinæ modo. Retina uero ſiue reſina: uiculus ſub Miſeno ẽ: hodieq; ita uulgo dictus: qđ & Parthenopæus Aelius me prior monſtrauit ut uel nomen loci ſit: uel fœminæ: aut uiri propriũ. Sunt qui legãt ita: Accepit codicillos Retinæ Cæſii: ea iminẽti piculo exterrita: Nã uilla eius ſubiacebat. & reliqua. Vt Retinã intelligãt uxorem Cæſii eius fuiſſe ad quẽ Perſius: admouit iã bruma foco te baſſe Sabino. Probus: Cæſiũ inqt Baſſum poetã lyricũ fama eſt in prædiis ſuis ardente Veſeuo monte & late uagantibus ignibus cũ uilla ſua conflagraſſe. Fabius: Inter lyricos inqt Cæſius Baſſus quem nup uidimus Sed eum longe præcedũt ingenia uiuentium. Nã Saleius Baſſus de quo Tacitus & item Fabius/inter epicos fuit. Non ignoro multas eius montis conflagrationes fuiſſe: id ex Vitruuio & Marcellino & Caſſiodoro colligiẽ. Sũt q ſic: Accepit codicillos Retinæ: ea Glaſtri iminente piculo exterrita. & reliqua ut prius: quaſi Claſtrũ ſit locus is: q hodie a Reſina tribus ferme paſſuũ millibus calaſtrũ dicitur

Reſina uel Reſina

Caſſius baſſus

Claſtrum

Universidad de Deusto
Biblioteca

modice curuato littore quo herculanēſes & reſinates pro nauali ſta tioneq; utant̄:ita ut Retina mulieris nomen fuerit: quæ id & loco dederit.Itē:SED MVltiS EraT.n.FRequenS AMœnitaS:OraT. Lego;Amœnitas oræ.Itē:STabiT ErraT DirimiT SInE MEdio. Antiqua exēplaria:Stabiis erat:dirimit ſinu medio.Vel ſic:Deuenit ſinu medio.In hodiernū quoq; diē locus is caſtellū maritimū ſtabia rum uocatur. Columella:Fontibus & ſtabiæ celebres & ueſuia rura. Nam Pomponianum quem peti iuſſerat: Quidam falſo legūt Pom peianū.nō.n.loci ſed uiri nomen id ꝓpriū. Dicat aliqs: cū ſtabiæ a Veſeuo.xv.M.P.& amplius remotæ ſint : fieri non potuiſſe ut illuc uſq; ꝓceſſerit incēdiū.Sed audiat Marcellinū qui in chronicis:Sub Leone inqt Imptore Veſuuius arſit:dies totus ſimilis nocti fuit: fa/cies Europæ agitantibus uentis minutiſſimo puluere ex incendio Veſuuii arrepto reſpſit:ante.viii.Iduū Nouemb.Quæ dies inqt fa/ſtis Byzantioꝝ annotata ſacrificio tranſigit̄.Caſſiodorus quoq;:Per totā inqt pene Italiā cognoſcit̄ illa indignatio: tranſmarinas quoq; ꝓuincias pulueris guttis cōpluit.Vt mirari nemo debeat in ſilio po eticā hypbolen:cū de hoc ait li.ult.Videre eoi monſtrū admirabile geres.Itē:TVrbatiſq; LITtoribuS MaximA REInfundit̄. Legūt aliq nō turbatis ſed curuatis ut certe ſunt.Nec maxima re:ſed mare infundit̄:aut mari mare infundit̄:ut ꝓpterea mediū ſinū ſulcare de creuerit.Itē ZETA.Vetus fere lectio Diæta.Vtrūq; loci nomen eſt in domo ut alibi notabimus.Itē:ARtuS FVgæ.Lego:Certus fugæ. Itē uerſus calcē:INterfueraT & AVdierAT.Lege:Interfuerā & au dierā.Sed leuia hæc & quæ nōnunq̄ præterire cogito: ſicut hercule nō parū multa quæ q̄q̄ blandiunt̄:nō tñ auctores fuere quoꝝ teſti/monio ꝓbari poſſent:ut illud.xxiii.uolumine.viii.c.SIStuntq; AL/uuM ITem SOrba SiccA Nam RecētiA StomachO & ALuo Ci tæ ProſunT.Rectius.n.uidet̄:Nā & recētia q̄ ſi legat̄ Nam recētia. Idē.viii.li.i.c.de elephātis:PEr HerbaS SupinI IN Cælū IAcēteS. Fortaſſe cōmodius ſit:Herbas ſupini in cælū iaciētes:qñ & oīs uetus lectio nō hēt ꝑ herbas:ſed herbas. Talia nos multa uel tranſibimus uel digito ſignabimus.Atq; hoc: ne ſæpe repetendū ſit : teſtatum in fronte uolumus.

EX PRAEFATIONE PLINII.

d OMitianO Suo SAluté. Legendū eſt Veſpaſiano. Vt tñ aut Titum:aut Domitianū ſubaudias.Plinius.ii.li. Impa toribus inqt Veſpaſianis patre tertiū:filio iterū Coſs. Idē libro tertio.Idem libro ſeptimo. Accedit q; manu ſcripti Codices Ve ſpaſiano ſuo habent:non Domitiano. Cæterum magna concertatio

eruditoꝝ eſt Titus an Domitianus fuerit cui dicatū ſit hoc opus. Vt Titū intelligamus/facit:q; præfectū prætorii cenſorē & Tribu niciæ ptātis ꝓticipē/cū ꝑe Titū fuiſſe nō Domitianū Suetoni⁹ tra dit.ut de Domitiano ſentiam⁹/facit:q; ſexies cōſulē/Titū ſepties fu iſſe uiuo ꝑe/cōſtat.q;q; ꝑis frīſq; res geſtas Domitianū cātaſſe Va leri⁹ Flacc⁹ auctor ē. Verſā ꝓles tua pādit Idumē:Nāq; pōt/ſolymo nigrātē puluere frē:Spargētēq; faces & ī oī turre furētē.quæ uerba cū iis cōſentiūt quæ hic hñtur:Quāto inqt tu ore ꝑis laudes tonas. quāto frīs amas:quātus in poetica es:Vtrūq; porro eminentiſſimū poetā fuiſſe teſtes ſūt Trāqllus de Tito:de Domitiano Silius Papi nius.F.Quītilianus Cor. Tacitus . Cognomē Veſpaſiani Tito qdē cōicatū Suetoni⁹ & Eutropius cōmemorāt . ſꝫ & Domitiano quoq; idē tributū monumēta priſci æris idicāt/ ī qbus ita ſcriptū ē:Imp. Cæſ.Domitian⁹ Veſp.Aug.Germ.Ioui Victori.Potuiſſe aūt & præ fectū prætorii & cenſorē & tribuniciæ ptātis participē cū ꝑe fieri Domitianū quoq; q̄q̄ hiſtoriæ nō teſtant̄:illa tñ Suetonii uerba nō nihil huc ptinēt:Vt frī ſe inqt & opibus & dignatiōe adæquaret.& paulo poſt:Simulauit & ipſe inqt inire modeſtiā/īprimiſq; poeticæ ſtudiū tā īſuetū ātea ſibi q̄ poſtea ſpretū & abiectū:q̄ſi cū Plinianis illis cōgruant: O/diuina inqt fœcūditas īgenii quēadmodū fratrē quoq; imitareris excogitaſti.Sūt & alia in utrāq; partē pluſcula:ſꝫ alterius inſtituti /nec idem mihi ſemp hac ꝑte uiſum . Illud obiter miremur quāobrē in Euſebio Hieronym⁹ Plinīū ſcribat inuiſentē Veſuuiū diui Traiani pricipatu anno impii eius.xii.deceſſiſſe:cū alioqn idē auctor ſub Tito cōflagraſſe mōtē illū ꝓdat. Macrobius quoq;:tꝑibus inqt Traiani aecipēſer magno precio nō fuit teſte Pli nio in naturali hiſtoria.& paulo infra:Plinius hic ut ſcitis inqt ad uſq; Traiani uenit ætatem . Coarguit̄ uero id plurimis argumētis chronicoꝝ errore nō dubio/qñquidē a Vergilii morte ad cōmentā/tē ſe nonagīta tantū annos agi ſcribat ipſe:qd̄ tēpus ī primā aut ſe cundā principatus Veſpaſiani ꝑis ſtationē incidit:ut ex Cornelio Tacito colligit̄ fere.Itēq; ī.dccc.xxx.ab urbe cōdita:qd̄ & ipſe quo dā loco de ſe refert:hoc eſt.xxviii.libro cap.ii:Ad illud aūt ſub Tra iano tēpus fere centū &.xxxviii.ſupputant̄ anni a Maronis exitu. Porro Plinius anno ætatis ſexto & quinquageſimo extinctus ē.Nā & Fabius Quintilianus qui Domitiano uiuo ſcripſit inſtitutiones oratorias Plinium iam defunctum indicauit libro primo.

Ex eadem præfatione.

Dū MAXIMo CONSENESCit IN PAtre.Vetus fere lectio Ma

Universidad de Deusto
Biblioteca

ximi uel Maxime uocādi casu:etiāsi quidā haud ita multū uidētes non probant:ut sit sensus:iocundissimū recte dici eum/quoniā maximi præfatio cōseneſcit ī patre:ceu maiestati eius & ætati debita. Hac nunc inquit Plinius cælesti passu cum liberis suis uadit maximus omnis æui rector Vespasianus Augustus.

Ex eadem præfatione.

VT OBIICERE MOLIAR CATVLLVM & reliqua. Sūt codices in quibus scriptū est:Vt obiter molliam & cætera. qđ maxime ꝓbari posset si uerba quæ sequunt̄.ille.n.ut scis ꝑmutatis prioribus syllabis duriusculū se fecit.ad Catullū referre oporteret.Plinius Cecilius epistolaꝝ primo libro:Facit inquit uersus quales Catullus meus aut Caluus:quantum illi/leporis dulcedinis amaritudinis amoris iserit sane sed data opa mollius leuiusq; duriusculos quosdā & hoc iqt q̄si Catullus aut caluus.de uerbis aūt illis:Q VĀ VOLEBAT EXISTIMARI A VERNACVLIS TVIS.Legi posset:q̄ uolebā/nō q̄ uolebat. Permutatas uero priores syllabas intelligunt quia genus carminis diuersum esset a prioꝝ consuetudine/Lyricū uidelicet aut Iambicū. F.Quintilianus li.x. Iambus inquit nō sane a Romanis celebratus est.ut ꝓprium opus : a quibusdā interpositus. cui⁹ īqt acerbitas ī Catullo Bibaculo Horatio. Quidā referūt ad licentiā syllabaꝝ:qđ est ridiculū. quidā ad Exametrū & Elegū:in qbus Poeta ille uideť esse duriusculus. Sūt qui ad Vespasianū p̄em ꝓtinere hoc existimāt.uerba.n.illa duo Iocūdissimus & Maximus/syllabis tantū prioribus iter se differūt.Ausonius ad Gratianū imperatorē:Celebre inqt dictū fuit Titi cæsaris perdidisse diē se quo nihil boni fecerat:sed celebre fuit quia Vespasiani successor dixerat:cuius nimia parsimonia & austeritas uix ferenda mirā inqt fecerat lenitatem filii.Cōtra Tacitus:Venerabilis inqt & patiētissimus senex Vespasianus . Cursim hoc delibo:cū ꝙ oratio præpropera est:tū ꝙ hæc nec defendo nec refello : sicut hercule nec illud qđ qdā nō CōTERRANeū/sed Cōcerronē siue qđ idem est Congerronem meum legunt : Et ꝙ exemplaria quædam sunt in quibus non Conterraneum / sed Concerraneum scribatur: & ꝙ Castrense id uerbum esse dicāt ex historia.Festus:Cerrones inquit leues & inepti a Cratibus dicti:ꝙ Siculi aduersus Atheniēses Cratibus pro stratis sunt usi:quas Græci Gerra appellāt.Idem auctor:Gerræ inquit sunt Crates uimineæ . Athenienses cum Syracusas obtinerent & crebro Gerras poscerent irridentes inquit Si

Gerræ

culi Gerras clamitabant.Hinc Gerræ pro nugis contemptuq; appellatæ.Meminit & Nonius & alii frequentes . Plautus:Nec uno loco. Hic inquit aderit Cōgerro meus.nam & Ausonius ad Symmachum : Cogitans inquit non illud Catullianum cui dono Lepidum nouum libellum sed Amargoteron & uerius cui dono Lepidum & rudem libellum non diu quæsiui:tu enim occurristi:quem ego si mihi potestas sit ex omnibus unum semper elegerim . misi itaq; ad te inqt friuola gerris Siculis uaniora.sed ut præfatus sum nec reiicio nec utiq; recipio : non ꝙ Veronensem fuisse Plinium suspicer/qui absq; dubio Nouocomensis fuit : se:Tranquillo Hieronymoq; testibus:sed ꝙ ex eadem Italiæ parte fuerit.Nam & Catullus ipse de Transpadanis omnibus: ut meos quoq; inquit attingam : nihil uero impedit ut Congerronem / ita Conterraneum quoq; non in Foro sed in Castris usurpari consuesse Plebeium alioquin & Subagreste.

Bmᵉ dubio nouocomēſ[illegible]

Ex eadem præfatione.

LELIVM DECIMVM VOLO . Codices antiqui omnes aut Iunium Congium:aut Lelium Congrum habent.& q̄is apud Ciceronem secundo de Oratore libro.Lelium decimum legamus ex.C. Lucilii sententia : Persium inquit non curo legere hæc : fuit enim ut noramus omnium nostrorum hominum doctissimus : Lælium Decimum uolo quem cognouimus uirum bonum nec illitteratū. Meminit & in præfatione finium . Nec ut noster inquit Lucilius recusabo quo minus omnes mea legant utinam esset ille Persius Scipio uero & Rutilius multo etiam magis quorum ille iudiciū reformidans : Consentinis ait se & Tarentinis & Siculis scribere. In oratione item pro.L.Flacco : Decimum inquit Lælium optimi uiri filium . Fere tamen adducor ut Iunium aut Lælium quidem omnino tueamur:& si placet Decimum quoq;.sed ita ne Congrum aut Congium ex uetustissima lectione detrahamus:ꝙ id eius uiri cognomentum esse potuit:ut Spinter Lentuli : Nam & Murenæ & Oratæ quidam uocati sunt & Apri & Asinæ:de quo Macrobius:& in quadam epistola Cassiodorus.

Ex eadem præfatione.

QVAMPLVRIMVM INTEREST SORTIATVR NE ALIQVIS INDICEM AN ELIGAT.Scribo Iudicē nō Indicem.& Sortiatur potius q̄ Sortiať ne. honestior enim & ueteribus magis usitata lectio. Infra quoq; paulo : VT QVAE TIBI DI-

Universidad de Deusto
Biblioteca

CANTVR CVM DIGNA SINT. Scribo Condigna. Item in fra: CASVS MISERABILES. Lego in antiquis exemplaribus Mirabiles: quos Græci & euentus uarios περιπετείας καὶ πλοκάς appellant.

Ex eadem præfatione.

NEC FIDVCIA OPERIS HAEC Est SED INDICAtura. Vetus lectio cõmodior: hæc fiducia opis est/hæc indicatura: hoc est existimatio & preciũ. in hunc significatũ & Plautus & Cicero & Appuleius & frequẽter Plinius accipiũt uerbũ Indicare: ut Nonii Marcelli mirer prudentiã dicẽtis indicare idẽ esse qđ ꝓmittere atq; addicere apud. M. Tulliũ li. iii. de officiis: Sceuola inqt Publii filius cum postulasset ut sibi fundus/cuius emptor erat/semel indicaret.

Indicare

Ex eadem præfatione.

QVAE GRAECI TASIDIOPEDIAS VOCANT. legendum Tas encyclopædias: ex Fabio Quintiliano Vitruuio/græcis omnibus: hoc est doctrinarum orbem. Aristoteles in Ethicis commentationes Encyclias intelligit: quas Gellius extrarias hoc est exotericas: Marcianus cyclicas: cuiusmodi & problematum sunt libri: & quæ populares a Cicerone ac Themistio quæstiones appellantur.

Ex eadem præfatione.

A FINE AVFIDII BASSI VBI SIT EA QVAERES. Quidã legũt: A fine Aufidii bassi eaq; res & reliqua. Sed põt tñ defendi ut modo scriptũ est: hoc sensu: Quæres iqt fortasse ubi ea sit historia. Tũ sequit: Dudũ inqt ꝓfecta est sed inter arcana custodit sanciq; Sanctũ dr ait Donatus/qđ oi obseruatiõe inuiolatũ est. Sãctuaria quoq; Plini siue Sãctaria Mithridatis appellauit quæ alio loco arcana: & Plutarchus ἀπόρρητα uocauit. de Aufidio Basso Plinius Cæcilius Tacitus Cornelius &. F. Quitilianus.

Sãctuaria / Sãctaria

Ex eadem præfatione.

Nõ Vt PLERIq; EX IIS QVOs ATTICI FECErũt. Lego Attigi nõ Attici. Paulo quoq; infra PROINDE VERo OCCVPãTIBVS LOCũ FAVEO EGO Et POSTEris. Lego: Proinde occupãtibus locũ faueo: ego uero & posteris: uetusti codices. Significat autẽ id uerbũ ita positũ quinimo. Seneca Socratẽ cũ Platone inqt & Zenonẽ & Cleantẽ in animum meum sine dignatiõe recipiam: ego uero illos ueneror & tantis nominibus semper assurgo.

Vero quinimo

Ex eadem præfatione.

IAMIAM MOS PANDECTE ENCHIRIDIASMON PI-

NACIDION. Lego non mos sed musæ. Item loco uerbi enchiri diasmon scribo enchiridia & limon. nam & uetus lectio habet li non pro limon: quæ uox pratum significat: &. A. Gellius notatũ reliquit fuisse qui libros suos musas & pratũ inscriberent. Potest & mosæ legi pro musæ: q; eo titulo/ut palam est/ Herodotus suas historias ediderit.

Ex eadem Præfatione.

NOSTRI CRASSIORES ANTIQVITATVM EXEMPLORVM ARTIVMQVE. QVAMFACETISSIMI LVCVBRATIONEM DICO QVI AIT BIBACVLVS ERAm ET VOCABAR PANTOMIMVS ASSERIT VARRO IN SATYRIS SVIS SVSTVLIT ET FLEXIBVLA. Vetus lectio diuersa: &. n. loco uerbi dico/habet puto. Item non pantomimus: sed paulo minus: aut paulo nimis: ut si ex duobus falsis atq; monstrificis/ diuinare permittitur/ fortasse ita sit legendum: Nostri crassiores: antiquitatum: exemplorum: artium: q̃facetissimi lucubrationũ: ut qui ait: Bibaculus eram & uocabar: paulo nimis asserit Varro in satyris suis sesculixem & flexibula. His enim duabus satyris sesculixe & flexibulis Nonius Marcellus Varronẽ multis locis aduocat. De Furio autem Bibaculo poeta perq̃faceto/si nõ potius dicaci & mordaculo: Fabius Quintilianus: Suetonius Trãquillus: & in cœnis suis Macrobius. Nam de. P. Sextio Bibaculo Cæsar iu cõmentariis. Cæterum quod hic dicitur: Nostri crassiores & reliqua: non hunc habet sensum: nostros antiquitates exempla & artes ignorauisse: sed illum nostros inscriptionibus & titulis crassiores fuisse: qui libros suos antiquitatum: exemplorum: artium inscripserint. nam &. M. Varronis antiquitatũ libri sæpe nominantur. de quibus & ipse tertiodecimo libro Plinius: & Verrii Flacci. l. priscoꝝ uerboꝝ cũ exẽplis quos Festus ī duos & uigiti cõtraxit. Suos quoq; Valerius Maximus exemplorũ priscorum inscripsit. q̃facetissimi uero inquit lucubrationes uocabãt: ut Furius siue Fusius Bibaculus: qui ne sibi quidem pepercit dicterio: & erã inquit & uocabar Bibaculus: Anacreontis imitatiõe qui dixit ὁιποτόθεν δὲ πεποίημαι Ad instar lucubrationum est & noctium atticarum titulus. Verbum autem sesculixe ab eodem fictum est: unde sexquiplum: sexquihora: sexquipes. nam flexibula nõ a græco uerbo: id est ἀπὸ τῆς βουλῆς descendit: sed eandem formam sequitur quã rutabula: exorabula: sessibula: prostribula. ꝙ si cui uerbum Pantomimus ualde placeat: nihil pugno: dum cætera quæ

sesculixe

Universidad de Deusto
Biblioteca

dixi/custodiat.Succurrit & tertius quidã modus/si quem fortasse lectio antiqua delectet/hoc pacto : Nostri crassiores/antiquitatũ/ exemplorum/artium/q̃facetissimi lucubrationũ. hactenus ut prius.Deinde sequitur/puto qui ait/Bibaculus eram & uocabar/ paulo nimis asserit:ut sit ceu per Ironiam dictũ:quale illud.Puto/Hãnibal erat ad portas.& mille huiusmodi.Puto inquit paulonimis asserere/polliceri/uendicareq; sibi uideatur:qui dixit de se/& uocabar & eram Bibaculus.tantum abest ut speciosa illa & magnifica inscriptionum genera quæsierit.Quod autem subiungitur:Varro in satyris suis sustulit & flexibula : facilem intellectum habuerit si uerbum sustulit/pro eo/quod est erexit & suscitauit/accipias : in quem significatum/sexcenta ueterum exempla testimoniaq; subscribunt.

Ex eadem Præfatione.

APVD GRAECOS DESIIT NVGARI DIODORVS ET BIBLIOTHECIS HISTORIAM SVAM INSCRIPSIT. Quidam legunt bibliothecas accusandi casu:Ipse bibliotheces paterno. Ita enim libri eius inscribuntur διοδώρου τοῦ σικελοῦ Τῆς βιβλιοθήκης πρῶτος.

Ex eadem Præfatione.

APPION QVIDAM GRAMMATICVS. Legendum est quidem non quidã:ne ignobilis & obscurus credatur fuisse: alioquin artis suæ celeber ut cõstat.Seneca:Appion inquit grãmaticus qui sub.C.Cæsare tota circũlatus est Græcia.Paulo quoq; infra:ITA ENIM VERIVS DIXERIM QVONIAM AVDIO ET STOICOS.Legendum est non quoniam sed q̃ audio/ uetusti codices.

Ex eadem Præfatione.

C.TVBERONIS ETIAM ADVERSVS THEOPHRASTũ. Lego:Ceu uero nesciam aduersus Theophrastum: alias nec intellectus steterit:nec ueritas/fuisse Theophrastũ ex Eresso Lesbi oppido/& Tyrtamũ initio uocatũ:uulgatius est q̃ ut moneri quenq̃ oporteat.Fuit & Phanias Eresius qui de stirpibus/ut ille/scripsit. Romani codices formis impressi habent aliter: hoc modo:Cernimus etiam aduersus Theophrastũ:& reliqua.Sed hæc obsoleta/extorta & plane conficta lectio est.nostra uero & manu fere scriptis exemplaribus & Plinianæ grauitati consuetudiniq; congruit. De hac muliere Ciceronis uerba sunt primo de natura deor& uolumie Cum meretricula etiam Leontium cõtra Theophrastum scribere

inquit ausa sit.Paulo inserius:MVLTOS FORE QVI INVITI LEGANT. Vetus lectio duplex.una habet:Multos fore qui ita reprobent ut eligãt. Alia ꝓbior:cuius me Fabricius Camers homo diligẽs & bene doctus monuit:Multos fore q uitilitigent. hoc & sequẽtia confirmãt:Ergo inqt securi etiã cõtra uitilitigatores & reliqua.In oĩbus uetustis exẽplaribus cõtinuo post præfationẽ uerba hæc leguntʹ ab impressoribus omissa .C.PLINII SECVNDI HISTORIAꝝ MVNDI ELENCHOS LIBROꝝ OMNIũ TRIGINTASEPTẽ LIBER VNVS QVI PRIMVS. Est aũt Elenchos græce idẽ fere qd̃ σύλλαβος.i.ut ĩ epistolis ad Atticũ scribit Cicero:q̃si comprehensio:sed latine Index ἀπὸ τοῦ ἐλέγχειν qd̃ significat arguere ac patefacere/id qd̃ solẽt indices ab indicãdo noĩati.Sũt & alia significata Elenchi:sed ut oĩa ex uno fonte corriuata uideri possint.

Elenchos

Ex Indice libri secundi.

T.CICERONE.Legendum Tullio Tirone:uetusti codices.hic pãdectas inscripsit auctore Gelio . Item:IVLIO AQVILAq; ITẽ. Legendum.I.Aquila qui item.

Ex eodem indice libri secundi.

TIMARCHO:PETOSIRI:NEOCEPSO. Legendum Timarcho Sosigene Petosiri Necepso:uetusti codices.

Ex indice tertii.

TVRANIO GRACCVLO. Scribẽdum est Graccula:Plinius in præfatione libri tertii.Paulo quoq; infra:RIGINO. Legendũ est Igino:uetusti codices & sequentiũ librorum de situ orbis indices. de hoc & Suetonius in grammaticis.

Ex eodem indice tertii libri & quarti

HELLANICO DAMASCENO.Vetus lectio Demaste non Damasceno.Item paulo mox CALLIMACHO SICVLO. Scribendum est Callimacho Artemidoro Appollodoro Agathocle Eumacho Siculo.Item:ATHETO PHILOLOGO . Scribendum ex Festo & Suetonio de grammaticis:Ateio Philologo.

Ex indice quarti

MALOREVetus lectio &.iiii.li.Plinius Malote a patria ut Aristophanes Malotes:de quo.M.Varro. Strabo κράτης ὁ μαλώτης.non hic quidem de Cratete intelligitʹ ut arbitror : sed de Philistide qui item Malotes sit dictus:nisi quis Cratetes duos putet:alterũ grammatici nomenclatura:alterum Malotis : quanq̃ is qui a Strabone Malotes cognominatus est uidetur & grammaticus fuisse.

Universidad de Deusto
Biblioteca

Ex eodem quarti indice.

ERATOSTHENE.& infra:AIENEPONte.& infra:AGORASTOCRITo. uetus lectio:Aedosthene Menephonte Aristocrito. Sed Agoratocritus quoq; inter auctores plerūq; noiatur.Infra:MENECHINO.Legendū Menæchmo : quēadmodū & Menæchmi Plauto.qđ & Athenæ" & alii frequētes astruūt. Inuenias & Menecinios sed populos i Oenotria:ab urbe Menecina ut Hecatæus inquit:unde Menecinæi quoq; Menecinię.

Ex indice quinti libri.

INDVS FLVVIVS.Corruptū locū uolumine intus quinto/quam obrem suspicemur/docebimus.

Ex eodē qnti indice.

POSSIDONIO QVI PERIPLVTON ID EST DE DIVITIIS PERI EGESEOS ID Est DE TERRAE AMBITV. Legendum est:PoTidonio qui Periplun aut Perihegesim.Ita enim ueteres inscribere solitos inuenio . Hecatæus & Antigonus & alii Perihegesin.i.ambitum.Marcianus Periplun.i.lustratum nauigatione circuitum:sicut Limenas aliqui hoc est portus ut Timosthenes.auctorē habeo Strabonē sed & Athenæum atq; Stephanū qui scripsit Ethnica:quorum epitomen fecit Hermolaus Byzantius.

Ex eodem quinti indice.

HANNONE HIMILAME.& paulo inferius:EVBOLO. Scribendum ex uetustis codicibus:Hannone Himilcone Cleobulo:de

Ex indice sexti libri.

Ł quo.M.Varro.

THEMISTIDE REGIONIS. Scribendū est Themiscyræ:Strabo Ptolomæus Dionysius poeta & libro sexto Plinius.Infra quoq; paulo:ANCHEI.Legendum Achæi iisdem auctoribus.

Ex eodem sexti indice.

HIGIDIO.& infra:VINACO SICVLO. Legendum Nigidio & Eumacho Siculo.& infra BETONIO Et DIOGENETE.Scribendum Betone & Diogneto.Fuerunt enim duo ii itinerȝ Alexādri regis mensores auctore Plinio:quos & seq se testat' sexto uolumine

Ex indice septimi.

APOLLODORO.& infra:CRATERE. Item MENESTYGITIONE.Vetusti codices:Apollonide:Cratete:Mnesigitone.

Ex indice octaui.

ICILIO.Prociliū.M.Varro & Seneca &.viii.libro Plinius & Pollio Trebellius in triginta tyrānorȝ uita doctissimū sui tpis grāmaticū fuisse tradēs:ubi Proculū mēdose legit' :Infra quoq;:ANTIGOno CINEO.legēdū aut Cymæo ex sequētibus:aut Cynæo a Cyno Locrorȝ oppido . Sed in Varrone Cynicus Antigonus mendose legit' pro Cynæus Cymæusue.

Ex eodem indice octaui.

EVAGONE THASIO.Quidā Euagora.Sed Varro tū libro primo de agricultura Euagone. Itē:DIOPHANE QVI EX DIONYSIO EPITOMA FECIT.scribo Epitomen.Varro hunc ex Bithynnia fuisse tradit.

Ex indice noni.

ALBO FLAVO.Et infra:AEGESIDEMO CVDINO . Vetusti codices:Albino Flauio Aegesidemo Cydnio.

Ex eodem indice noni.

ELIO SCILLONE.Scribendū Aelio Stilone.hic & Præconinus a Præcone patre cognoiatus est:auctor Plinius.meminit & Varro & Suetonius de grāmaticis & alii.

Ex indice decimi libri

ILLA QVAE DE AVGVRIIS.Libro decimo:Illapsas qui de augurīis.Cæterum codices sunt in quibus nō Illapsas sed Hyla scribatur uel Iolla.Item:ASCRIONE.& alibi ASCIRIONE. Legē dū est Aeschrione ut supra.Meminit & Varro.Nomine hoc & præceptor Galeni fuit & alii.

Ex indice undecimi.

IVLIO AQVILIO.Et infra:MELISSO DABIANO MVTIANO.uetus lectio habet:Iulio:Aquila:Melisso:Fauonio:Fabiano: Mutiano . Fabianum & sequentes libri nominant . De.C.Melisso Suetonius inter grāmaticos.De Iulio Aquila Plinius supra.

Ex eodem indice undecimi.

ARISTOTELE:PHEMOCRITO:NEOPTOLEMO:QVI MELLA SCRIPSIT. Legendū:Aristotele Democrito Neoptolemo:qui Melliturgia: Nam & uetusti codices Mellesurgi habent corrupta lectione.Varro Melliturgos interpretat' Mellarios:id est

Ex indice libri duodecimi.

Ł q exercēt mellaria.

XENIADE AEOLICO . Vetus lectio:Xenia Athenæo Lyco . De Xenia sæpe Stephanus.De Lyco & Athenæo Plinius & alii.

Ex indice tertiidecimi.

MENETIMODORO.& infra:EPIPPO.& infra:BEONE.Vetusti codices Menæchmodoro:Epipodo:Botrye.Infra quoq;:APOLLODORO QVI DE ODORIBVS . Nihil quidē muto. Sed Athenæus tamen Apollonium de odoribus scripsisse tradit ἀπολλώνιος ὁ ἡροφίλιος ἐν τῷ περὶ μύρων.Herophilius ꝓpterea ꝙ ex officina exisset herophili/cuius hoc ope mentionē uel sæpicule inue

Ex indice quartidecimi.

Ł nias.

BIBIO RVFFO.& infra ANEO BOTRYETE.Legendum:Vibio Ruffino Athenæo Botrye.

Ex indice quintidecimi.

DISYMMACHO.Vetusti codices Lysimacho:itemq;.M.Varro.

Universidad de Deusto
Biblioteca

Ex indice decimiſeptimi.

DECIO MVNDO.uetus lectio hét Doſino Mũdo. alioqn & multis locis Doſinus aduocat supius: etiãſi Dorſine aut Dorſinio qñq; ſcriptũ eſt.At.xiiii.libro Fabius Doſennius.

Ex eodem decimiſeptimi.

HIERONE REGE ATTALO REGE.Vetus lectio &.M.Varro addũt Philometere rege.Item EVAGENE THASIO & EPITOMA.ſcribendum ut monui Euagone Thaſio & Epitomen.

Ex indice decimioctaui.

ATEIO CAPITONE HESIODO.uetus lectio:Ateio Capitone Manilio Surra Attico q Praxidica / ex externis Heſiodo & reliq̃. Libro tñ.xviii.nõ Atticũ ſed Actiũ appellat ipſe:Adiecit inquit iis Actius in Praxidico ut ſereret cũ luna eſſet in ariete.

Ex indice deciminoni.

MENANDRO QVI BIOCREA.Codices antiq Biochreſta:hoc eſt uitæ utilia.Fuerunt aũt duo:Prienæus & heracleotes:ut Varro ait.Et iſra:OPHIONE. ſcribẽdũ Opione:ex ſequẽtibus &.xxii.li

Ex indice uigeſimi. Libro Athenæoq;

CRATECIA.& infra TILINO.& infra CLAVDIO. Scribendũ eſt Crateia Phyllino Glaucia:ex Athenæo Dioſcoride Plinio.

Ex indice uigeſimiprimi.

VLPIO RVFFINO.& infra:TIMANTHO.& infra EVCHE. itẽ DIODORO.itẽ CLAVDIA.ſcribẽdũ:Vibio Ruffino Timariſto Dieuche Diodoto Glaucia:partim ex præcedẽtibus & ſequẽtibus:partim ex Dioſcoride ac Plinio in mentione Scolymi.

Ex indice uigeſimitertii.

MILEPOLEMO.Vetuſti codices Theopolemo.

Ex indice uigeſimiquarti.

PLISTONICO MEDICO DIOCLE CLEOPAtra.Itẽ:CRATEVA PETRONICO DIODORO: MARCONESIDE LICRO. Legẽdũ ex uetuſtis codicibus:Pliſtonico Medico Dieuche:Cleophanto:Crateia:Petronio:Diodoto: Mneſicle Lycio. De Pliſtonico Athenæus.de Dieuche Plini⁹.de Crateia Petronio Diodoto Dioſcorides.

Ex indice uigeſimiquinti.

THEOPHANTO.Vetuſti codices Cleophanto.

Ex indice uigeſimiſexti.

CIMARCO. Legẽdum eſt aut Timarcho/aut Timariſto:ut ſupra q̃ſæpiſſime.

Ex indice uigeſimiſeptimi.

PLISTONIDE.Scribẽdum Pliſtonico/ut ex Athenæi teſtimonio probauimus. Fuit & Appion quidam cognominatus Pliſtonicos non magnopere Plinio ſuperior/ut ipſe met ultimo huius operis uolumine teſtatur.Alioquin & Pliſtonices quandoq; ſcribit/ſicut & olympionices.

Ex indice uigeſimioctaui.

E SINE MEDICO.Antiqui codices Aeſchine.

Ex indice uigeſiminoni.

BOTRYENSE APOLLODORO ORCHIDEMO. Codices uetuſti:Botrye apollodoro Archidemo:quanq̃ & Botryenſes a Botrye phœnices urbe nominantur.

Ex indice trigeſimi.

LICIO MACRO.& infra:HERODOTO.Item BOTRYO.Itẽ ORI. Legendum uidetur:Licinio Macro Eudoxo:Botrye Horo: Hic & Aſſyriorum fuit Rex:idq; Plinius hoc intus uolumine cõmemorat.

Ex indice trigeſimiprimi libri.

SORONO & infra NICECRATO. Legendum ex uetuſtis codicibus Sornatio non Sorono.Item ex Dioſcoride Nicerato nõ Nicecrato. Plinius ſecundo & trigeſimo uolumine:Sornatius inquit tantam uim habere tradidit ut niſi oleum ore contineant qui tingunt dentes quoq; eorum denigrari dicat:fuit quando Valerium Soranum intelligi putauerim.

Ex indice trigeſimitertii.

XENOCRATE ZENONE TEMNESTO.Vetus lectio:Xenocrate Zenonis Theomneſto.

Ex eodem indice trigeſimitertii.

HELIODORO QVI DE ATHENIENSIVM ANATHEMATIS SCRIPSIT NYMPHODORO.Addendũ Timæo qui de medicina metallica ſcripſit:nã uetuſti codices habent:Timæo qui de medicina millia ſcripſit. Appion certe ut Plinius teſtatur de metallica medicina cõmentatus eſt.

In ambiguo ſunt MACTIVS PLANCVS.C.ICTIVS.TREBIVS NIGER:q; aliquãdo.M.Actius Plancus.C.Hircius. Trebonius niger/legunt.nam.TVL.BASSVS & BETHVS ſiue BVTHVS.Item FVRIVS VESTALIS. Scribenda ſunt Iulius Baſſus.Bythus.Fabius Veſtalis/ex Plinio.

Universidad de Deusto
Biblioteca

CASTIGATIONES PLINIANAE HERMOLAI BARBARI AQVILEINSIS.P.EX SECVNDO LIBRO.

Ex primo Capite Secundi libri.

i NFINITVS ET FINITO SIMILIS. Legere malim/Finitus & infinito ſimilis:quod & uetuſti quidam habent codices:præſertim cū ſequat̃:Omniū rer̃ certus & ſimilis incerto. Facit hoc magnitudo ipſa uaſtitaſq; mundi/quanq̃ finita/circumſcripta/certa:quod euidentiſſime Peripatetici demonſtrant:tamen ut incomperta nobis & captum hominis ſupergreſſa eſſe uideatur. Paulo autem infra ubi ſcriptum eſt: SI VNA OMNES INCVBARENT. Sunt qui legant uni/magno errore:non enim incubat naturæ/ſed natura mundus quippe quæ non materiam hoc loco aut ſtratū ſed efficientē continentem gubernantem ue cauſam & quæ a Platone Demiurgos/id eſt opifex aut ἰδέαν id eſt ſpecies ab Ariſtotele uocetur/ſignificet. De qua re Ciceronis/in Timæū Platonis uerba ſunt:Qui omnes inquit animantes complectitur:id non poteſt eſſe cū altero. Rurſus enim alius animans:qui eum contineat ſit neceſſe eſt.Incubamus enſi terræ mari pellibus ſpongiæ cardini ſimilibus/quæ ſubiectæ aut obiectæ rei proportionem habent.Papinius:Et feſtinantia ſiſtens Fata ſalutifero mitis deus incubat angui.Eſt autem incubare quod Græci ἐπικεῖσθαι dicunt.Homerus ἐπέχειν θελημοσύνη τινὶ ἐπέχεισ.quanq̃ & alius huic uerbo ſignificatus eſt apud græcos/ſicut & apud nos/ut cum gallinas incubare.Item cum incubare quenq̃ Ioui dicimus/pro eo quod eſt apud Iouem.Virgilius:Pellibus incubuit ſtratis.Simile huic uidetur fere uerbum Incumbere/innitiq;. Plinius cœlū inquit cardini ſuo id eſt terræ incūbit.Aliubi/terræ ait oīa inniti:ut magis ferendum ſit naturā incubare mundo/q̃ naturæ mundū.Eſt aūt incubare uerbū hac parte pro eo quod eſt ſtare aut conſiſtere. Quamobrem Græci quoq; ſtatū cæli poſitumq; ſydeꝝ in thematibus ἐποχάς appellāt:propterea ut rancidū & abſurdū eſt incubare aut ſtare quenq̃ animæ ſuæ dicere/ita mundū naturæ:Sed hæc quæ a phyſica rōne capiuntur/a grāmaticis coargui non oportuit.

Ex capite Secundo.

NVLLARVM EGENS COMPAGINVM.Scribere qdē Cōpagū malim q̃ cōpaginū:etiā ſi oīo id Seruius grāmaticus cōtendat. quia tamē & Ouidius & Manlius poetæ cōpagine p cōpage utūtur/ferendū eſt.

Ex capite tertio.

TANTAE MOLIS ROTATA VERTIGINE ASSIDVA. Legendum eſt Rotatæ. Infra quoq;:AN DVLCIS QVIDEM ET INCREDIBILI SVAVITATE CONCENTVS NOBIS QVI INTVS AGIMVR.Lego dulci/hoc eſt ſuauitate/ut concentus ſit pariendi caſu.Item Agimus fortaſſe/nō Agimur.

Ex eodem tertio:

NEC VT IN VOLVCRVM NOTAMVS OVIS LAEVITATE CONTINVA LVBRICū CORPVs QVOD CLARISSIMI AVCTORES DIXERE TENERVM ARGVMENTIS INDICATVR.Vetuſti & aliquot impreſſi quoq; codices loco eius cæſi:qd clariſſimi auctores dixere tenerum: habent Clariſſimi quidē auctores dixere/uerum & argumentis indicatur. Ego recentiorē lectionē defendo:ut ſit ſenſus:Argumentis probari cœlū nō eſſe(ut quidā arbitrati ſunt)læue / hoc eſt nullis picturatū aut cœlatū imaginibus ut oua ſunt uolucrū: idq; ꝓpterea inofenſum/lubricū/& tenerū uocabāt. Timæus apud Platonē ὅυτος δὴ πᾶσ ὅμτωσ θεοῦ λογισμὸσ λεῖομ καὶ ὅμαλόμ παμταχῆ τε ἐκμέσου ἴσομ καὶ τέλεομ ἐκ τελέωμ σωμάτωμ σῶμα ἐτεκτήνατο. Idem multis poſt uerſibus Τόμέμ γάρ καταφύσιμ ἐνκίμητομ ὅταμ καὶ βραχύ πάσσ ἐμπίπτη εἰσάυτὸ διαδιδόασι κύκλω μορία ἕτέρα ἑτέροις ταυτόμ ἀπεργαζόμενα μέχρι πέραμ ἐξαγγείλη τοῦ ποιήσαντοσ τήν δυάμιμ. Cicero in eundē librū:Deus inqt cælū ita ornauit ut uel nihil uel paꝝ aſperitatis haberet:nihil offenſionis. Et ſtatim poſt: Omni autem totam figuram mundi læuitate circundedit. Marcianus Fœlix Capella:Lunarem inquit circulū ingreſſa uirgo conſpicatur globoſum quoddam tenerumq; corpus e ſuperni roris læuitate compactum inſtar ſpeculi prænitentis. Idem alibi: Subtilium inquit corporum teneritudinem: de Aqua & Aere & Ignibus & Aethere intelligēs: quæ ob id etiam cymata hoc eſt fluctus a phyſicis uocentur.Porro ſequens eſt ut læuia globoſaq;:ad motū quoq; tenera ſint & lubrica. pinde.L.Appuleius i libello de Socratis dæmonio Læuorē ſiue læuitatē cū dixiſſet:adiecit lubricā. Porro q ouū appellauere cœlū/a Democrito & Pythagora uident acceꝑiſſe. Ex eodem tertio.

ALIBI LITTERAE FIGVRA. Quidam Lituræ: ut galaxian intelligas:quoniā ſequat̃:candidiore ſuper uerticem circulo:ſed & littera in eo cœlata conſpicitur/quam uocant Deltoton ſeptentrionali parte ſigniferi ſub emerſum procedens Arietis.

Universidad de Deusto
Biblioteca

Ex capite quinto.

IGNItū SVMMO.lego igniū/nō ignitū.nec.n.ignitū proprie dicī pōt qđ ignis est totū:alioqn & uerbū illud sordidiusculū mihi est: nec scio q̄honeste in penū Romani sermonis admitti potuerit:uox nō qdem noua & repertitia aut paulo ante insita latinis auribus ut quidā rati sunt:q̄ & Lucretius utit:& Appuleius ignitā esse Martis stellā dixit.sed qua Plinius abstineat:ubiq; nō igniri/ʒ ignescere usurpans.

Ex capite septimo.

DEVS EST IVVARE MORTALEM. Quidam scripserunt Decus est &c̄.Sed procul dubio legendum est Deus : sumptum id a Græcis uel prouerbio dicentibus ἄνθρωπος ἀνθρώπου δαίμόνιον hoc est homini homo deus Sophocles œdipode. ἀνδρὶ γὰρ ἀφελεῖν ἀφῶν ἔχηται καὶ δύναιτο κάλλιστος πόνος. Strabo ξυμέν ὄυν εἴρηται καὶ τοῦτο τοὺς ἀνθρώπους τότε μάλιστα μιμεῖσθαι τοὺς θεοὺς ὅταν εὐεργετῶσιν. Quale Virgilianū illud:Deus nobis hæc otia fecit Nāq; erit ille mihi semp deus & reliqua. Cicero de natura deoꝝ:ita inqt concludā beluas a barbaris ꝓpter beneficiū cōsecratas. Idem:ꝓdicus inquit chius ea quæ ꝓdessent hominū uitæ:deorū in numero habita esse dixit.

Homo homini deus

Ex eodem septimo.

PRAEPOSTERE INDVTVM. Laudo q malūt inductū:ut est apud ipsum met Augustū in Epistolis auctore Suetonio . Plautus Epidico:ut impluuiū inducta erat.Paulo quoq; infra:IMPERFECTAE IN HOMINEM NATVRæ. Scribendum est in homine. Nec multo post:HAVD DVBIæ NATVRæ POTENTIA. Legendū:haud dubie:ut sit nō casus nominis sed aduerbiū.

Ex capite octauo.

SPHAERAM IPSā ANTE MVLTO ATLAS.libro septimo Sphærā inquit Milesius Anaximāder.Nihil demuto:locū indico. Alioq uetus lectio alia est oio:ad hūc modū: Signa in eo Cleostratus & primā Arietis & Sagittarii ferā ipso mandante mūdo Atlas.

Ex eodem octauo.

Sed displicet.

SEMPER ILLA IN DEXTRAM PRAECIPITI. Legendū est Illo/id est mundo. Quod autē sequitur:ITA FERRI. Potest quidem id defendi:sed cōmodius cadet si legas/Ita fieri.

Ex eodem octauo.

NVNQVAM AB EA VIGINTIDVABVs PARTIBVs REMOTIOR. Videri posset legendū Vigintitribus:ex Theone mathematico:ut id spectet qđ nō semp/sed fere solet accidere:nā & uigintiseptē & uigintiocto ptibus distat a Sole Mercurius:orientalis

in Capricorno uigintiocto : occidentalis in Leone uigintiseptem. Ptolomæus auctor tertiodecimo compositionis magnæ libro ꝓpe calcem. Cæterum nō censeo mutandam esse lectionem Plinii hac parte/ut qui iudicium fortasse alioꝝ sit secutus hoc est Sosigenis & Ctesiæ.Idem & Martianus Capella.

Ex eodem octauo capite

MAIORESQVE ALIIS HABENT.Lego alios.qui autem sint maiores anni planetaꝝ/omnes fere qui de scientia sydeꝝ scripsere disputāt:cuiusmodi est Metonicus/quem Meton Pausaniæ filius Athenis tabula proposita instituit/continentem ut Diodoro placet/decem & nouē annos/aut.ccxxiii.menses ut Plinio/in defectibus reddendum. Martianus quoq; id ipsum confirmat:Non pōt inquit Luna ad idem hoc est ita ut est posita eodem mense eadem parte sic ad solem reuerti eadem latitudinis portione nisi mense ccxxxii.id est anno inqt.xix.De Metonis anno Columella quoq;. De anno maximo post Ciceronē Macrobius qui & mundanū dici esse tradit.

Ex capite nono.

PROXIMVM IGNORATI SYDVS.Lego ignorari.Et infra: NON SVMVS PROFECTO INGRATI. Vetus lectio habet grati:hoc est/Endymioni qui Lunæ cursū primus inuenisset: nō illā fuisse referendā benemeréti gratiā/ut captū amore syderis fabulæ confingerent.Quæ aūt mox secuntur:de Seneca sumunt fere naturaliū quæstionū libro tertio:Quāto satius inquit est sua mala extinguere q̄ aliena posteris tradere/q̄to potius deoꝝ opa celebrare q̄ Philippi aut Alexandri latrocinia:qui exitio gentiū dati non minores fuere pestes mortaliū q̄ inundatio q̄ conflagratio.

Ex eodem nono.

IN COITV QVIDEM NON CERNI QVONIAM HAVSTVM OMNEM LVCIS ADVERSA ILLO REGERAT VNDE ACCEPERIT.lego auersa:nā aduersa plena est:iā quæ non uisuntur/quæ latent/auersa dicimus:quæ uero patent & cōspici tota possūt/aduersa.nec aliter fere Plinius appellat:quæ græci per diametron hoc est per dimetientem lineam obiecta dicunt. habet hoc & aliā quoq; remotioris doctrinæ rationē a Berosio traditam:corpus Lunæ pilam esse dimidia parte candidam/altera ceruleā/in coitu solis ardore corripi/cōuertiq; partē eius candentem ꝓprietate quadā naturæ/luminis ad lumen trahendi/atq; ita fieri auersam nobis/& ceruleam hoc est inferiorem eius partem/quia

Universidad de Deusto
Biblioteca

candens nō ſit/ut ait Vitruuius/ꝓpter aeris ſimilitudinē obſcurā uideri.De hoc ipſo Apuleius in deo Socratis ex Chaldæoꝝ ſenten tia Lunam ait parte luminis compotem:partem caſſam uideri.

Ex eodem nono capite.

QVIA ORBE DIMIDIO NONNVNQVAM MACVLOſA CERNANTVR.Legendum cernatur.Ipſa inquit Luna do cuit/ſiue quod idē eſt magiſtra fuit:ſydera quoq; alia humore ter reno paſci/quoniam in ipſo eius orbe medio ſordes & maculæ uiſitari quādoq; ſolēt:nā hoc in cæteris/etiā ſi nō cernit̄/tñ argumēto eſt:illa quoq; ut Lunā/halitu terreno refici.Peripatetici diuerſa ſentiūt & Lunæ maculas quarundā in ea partiū dēſitati tribuūt.

Ex capite decimo.

DEFECTVS AVTEM SVOS ET SOLIS.Legere quidem malim eius/hoc eſt Lunæ/q̄ ſuos.ſed & ſuos tueri forte poſſumus:pēdet.n.ſenſus ab illo inde uerbo qđ ſuperius mox attulimus. Omniū inquit quæ in cœlo prænoſci potuerūt magiſtrā fuiſſe Lunā: hoc eſt docuiſſe monſtraſſeq;:propterea ſi dicas/monſtraſſe Lunā/ defectus ſuos & Solis indices exiſtere magnitudinū & umbræ ipſoꝝ/nihil abſurde aut paꝝ latine dixeris.His adde Catonis uerba quæ Plinius quoq; decimoſeptimo libro recitat:Vinea inqt ſi macruerit/ſarmenta ſua conburito. Apuleius/qui ſenticeta inquit colunt quoniā nullus in teſquis ſuis fructus eſt aliena furatum eūt. Paulo infra EXTITERE. Scribēdū eſt ut diximus exiſtere:hoc eſt ipſos Solis & Lunæ defectus indicaſſe magnitudines coꝝ atq; umbras/ut uerbū umbræ caſu paterno ſit. deliquia.n.ipſa/inquit Cleomenes/& paulo infra Plinius/& in Scipionis ſomnio Macrobius:& magnitudinē & genus umbræ manifeſtum fecerūt.uerbi gratia effigiem metæ/cū Luna obiectu Terræ deficit.Eſt aūt meta idem qđ turbo inuerſus/conos a græcis appellata:ſicut turbo rectus Calathos:nam quæ figura colūnæ iacit̄ cylindroides uocat̄.

Ex eodem capite decimo.

NEQVE LVNAE EXCEDAT LATITVDINEM. Quidā legūt altitudinem: quoniā paulopoſt:nullū inquit aliud ſydus eodem modo obſcurat̄.Item ſupra Lunā inquit pura omnia & diurnæ lucis plena.Sed cōſeruari tamen pōt antiqua lectio:non.n. uerū prorſus eſt/umbram Terræ citra Lunā conſiſtere:ſed latitudinem eius/id eſt abacū & orbē corporis fere nō egredi.proindeq; ſubiungit̄/nō eodem modo cætera obſcurari/etiā ſi ad globū Mercurii/ut quidā rati ſunt/umbra pueniat. qđ:q; ſi umbra nō poſſet

Lunæ altitudinem excedere/cum omnis mucrone ingruat/futurū ſit ut nunq̄ tota deficiat: ſed ea tantum parte/quam faſtigium & apex umbræ quaſi lamberet.Adeoq; id de altitudine uerꝝ nō eſt: ut de ipſa etiamnū latitudine ſit dubiū: quam umbra terræ non tegi modo/ſed excedi cōſtat aliquādo:prout in epigeo uel apogeo ſuo Luna magis minuſue fuerit. Cur ergo ſupra Lunā inqt pura omnia:nempe quia nullum aliud ſydus intercedente terra poteſt deficere:nō Saturnus:nō Iupiter:nō Mars. Qđ umbra terræ ſpatio conſumit̄:nō Mercurius q; nunq̄ Soli ex aduerſo fit. non Venus utraq; ratione. Ac poteſt quidem contingere/ut obſcurentur illa quoq; ac delinquant.Sed nobis & utiq; alio modo q̄ Luna.ut enim Luna terræ obiectu/ita ſtellæ cæteræ interpoſitu Lunæ poſſunt nobis adimi.

Ex capite undecimo.

NON POSSET QVIPPE TOTVS SOL ADIMI TERRIS INTERCEDENTE LVNA SI TERRA MAIOR ESSET QVAM LVNA.Clariſſimi quidē hoc auctores fortaſſe dixerint Veꝝ argumētis indicat̄ Luna maiorē eſſe Terrā duabus quintis fere partibus.Idq; Claudius Ptolomæus & ſecuta ætas oīs conſenſu magno ſanxit. Martianus etiā Sexis maiorē eſſe Terrā uoluit q̄ Lunā.Cicero de natura deoꝝ ſecūdo libro Luna inqt ut oſtendūt Mathematici maior eſt q̄ dimidia pars terræ.Qđ aūt hic probationis loco afferēt:cauillatio mera eſt. nemo.n.fatet̄ in deliquio Solis uniuerſum eū Terræ ſimul adimi.ſed aliubi totū:aliubi dimidiū:& p alias deinde portiones:put ex locoꝝ ſitu parallaxes id eſt obtutus noſtri diſcrimina fuere:atq; ut eundem terris/quæ humano ueſtigio premunt̄/eripi cōceſſerim.nō tamen id eo ualet/ut adimat̄ uniuerſæ terræ: cū uix quarta eius pars colatur:tres aliæ uel ab aquis uel a polis ſqualeant. Quod aūt protinus adiungit̄: TERTIA EX VTRAQVE VASTITAS SOLIS APERITVR. Pleriq; mendoſum ac deprauatū arbitrant̄/intellectu uel nullo uel inepto.Quid ſi legatur:Certior utraq; uaſtitas ſolis aperit̄.ut ſit ſenſus:de Terra quidē & Luna poſſe ambigi utra ſit maior:de Sole nullo modo.Sed & cuſtodiri pōt lectio:ut ſit ſenſus:ex accidētibus duaꝝ reꝝ hoc eſt Lunæ atq; Terræ uaſtitatem Solis tertiā euidēter oſtēdi.qđ qdē & Macrobius in ſōnio Scipionis cōmemorat.

Ex capite duodecimo.

THALES MILESIVS PRAEDICTO SOLIS DEFECTV QVI SVB HALYATTE REGE FACTVS EST.Nec Plinio

Universidad de Deusto
Biblioteca

nec librarios accuſo. Sed. M. Cicero de diuinatiõe primo libro de fectionẽ ſolis eum/quæ Aſtyage regnante facta ſit/prædixiſſe tradit. De hoc Aſtyage eum alii tum Valerius Troguſq;.

Ex capite quintodecimo.

TERRA CENTRVM COELI EST NON SIGNIFERI OBLIQVE INTER EOS SITI. Legendum/Necnon ſigniferi. Quanq̃ enim non iidem ſignifero & mundo uertices hoc eſt poli ſunt: nihil tamen impedit quo minus idem utriq; poſſit eſſe centrum. Martianus ipſe inquit/Zodiacus ſignaq; cælo hærentia tãtundem a terris undiq;ſecus interſtitii detinent.

Ex capite ſextodecimo.

IDEMQVE MOTVS ALIAS MINOR. Legendũ/Idemq; motus alias maior alias minor. Et infra MINIMO FERVNTVR MOTV TANTO MINORES. Scribendum nõ minores ſed minore.

Ex eodem ſextodecimo.

NVNQVAM LONGIVS SEXETQVADRAGINTA PARTIBVS. Corruptum quidam locũ rentur. Porphyrius ſeptem & quadraginta remoueri a ſole Venerem tradit/nihil mirum. neutra ſupputatio ſcrupularis & exquiſita eſt. Sed ad id/quod parte plurima contingit/refertur. Theon certe idẽ aſſerit quod Plinius. alii cum Ptolomæo diſtingũt: matutino exortu per initia Scorpionis ſex & quadraginta partibus: ueſpertino ſeptẽ & quadraginta utiq; in Aquario. Martianus: a ſole inquit Venus uno ſigno & parte unius dimidia ſeparatur. Aliubi: quinquaginta inquit momentis Venus a Solis orbe diſcedit licet plus quadragintaſex partibus aberrare nequeat.

Ex Cap. xvii.

MERCVRIVS VIGINTI A SOLE ABSCEDAT. Quidam legunt uiginti duabus ex Plinio ſuperius ut cõmonui. Sed meminerint quæ Martianus Capella homo doctior q̃ luculẽtior tradit. Mercurius inquit occaſus duos habet: unũ cum ante Solem parere ſolitus claritate radii ſuperuenientis occulitur. alterum cum retrogradatione ſua uiciniæ Solis admotus idem patitur in occaſu Ab ipſo quippe Solis lumine intra uiginti momẽta abeſſe inquit non poterit: licet maioribus partibus aberrarit/qui ultra ſecundũ ſignum inueniri non poterit. Idem auctor: ab Sole inquit Mercurius nunq̃. xxxii. partes aberrauerit nec duobus ſignis abſtiterit. Cicero de natura deorum tutius & melius: nec a Sole inquit lon-

gius unq̃ unius ſigni interuallo diſcedit Mercurius: tum anteuertens/tum ſubſequens. Idem: Venus inquit nunq̃ a Sole duorum ſignorũ interuallo longius diſcedit/tum antecedens tũ ſubſequẽs.

Ex capite uigeſimoſecundo.

SESCVPLVM. Lego ſeſquiplum/hoc eſt ſeſquialterũ/quod græci hemiolion appellant. Ad eundem modum corrupta lectio eſt in F. Quintiliano/ubi de compoſitione oratiõis agit libro nono. Sed ſexcentas in eodem mendas mihi pridem ſepoſui/cumprimũ uacauerit/prodendas. Verbũ autem ſeſqui ut Auguſtinus interpretatur pro eo quod eſt ſe abſq;/dictum uideri poteſt. Erat & uſuræ genus Seſquiplæ in noſtro iure pontificio damnatum. Vbi & corrupta lectio eſt/ſexcuplæ pro ſeſquiplæ. Proportiones autem & interualla ſyderũ de Platonis Timæo colligunt Latini Græciq; interpretes. De qua re Macrobius Martianus Chalcidius.

Ex capite uigeſimotertio.

IN ALTITVDINEM SVBIRE PRODIDERVNT. Addendũ eſt nubes ex uetuſtis codicibus. Et infra IN LVNARI ARTICVLO. Scribendum eſt circulo.

Ex capite uigeſimoquinto.

TIBIARVM SPECIE ARTI MVSICAE PORTENDERE OBSCENIS AVTEM MORIBVS IN PARTIBVS VERENDIS. SIGNORVM INGENII ET ERVDITIONIS TRIQVETRAM FIGVRAM ET CAETERA. Legendum arbitror: Ingeniis & eruditioni ſi triquetrã & reliqua. ut ſit ſenſus Si erinita ſydera tibiarum præferant imaginem/arti muſicæ portendi/ſi partes ſignorum uerendas occupent/fore ut obſcenæ libidinis exempla edantur: ſi formam uel triquetram uel quadratam ad aliquam hærentium ſtellarum edant/futurum ut ingeniis & eruditioni detrimentum afferant. proindeq; non edunt ſed edant ſcribere oportet/ex uetuſtis codicibus.

Ex capite uigeſimoſeptimo.

HAEC IDEO FACTA QVIA INCVSSVRA ERANT ILLA RARITATE TIMOREM OCCVLTAM AVTEM EORVM ESSE RATIONEM. Legendum ex uetuſtis codicibus: Hæc ideo facta quia incaſura erãt illa/raritate aũt occultam eorum eſſe rationem. Seneca: Inter nos inquit & Tuſcos intereſt: nos putamus q; quia nubes colliſæ ſunt/ideo fulmina emittant. ipſi exiſtimãt/nubes collidi ut fulmina emittant. nam cũ omnia inquit ad deũ referant/in illa ſunt opinione/tanq̃ non quia facta

Universidad de Deusto
Biblioteca

sunt/significent:sed quia significatura sint/fiant.Eadem tamẽ ratione fiunt inquit siue illis significare propositum est/siue consequens.Idem auctor:omnium inquit fulminum & omnis euentus statuta dies est.quæ uerba cum Plinianis illis hoc ipso capite conueniũt: Atqui hæc ego inquit ratis temporibus naturæ ut cætera arbitror existere.

Ex capite.xxxi.

NEC SVPRA IPSVM NEC INFRA SE. Legendũ:Nec supra ipsum nec infra:ex uetustis codicibus/Græci parallelia/nostri uirgas/Historici soles uocant:auctor Seneca.

Ex capite.xxxvii.

GEMMAE AVTEM SALVTARES.Lego geminæ:quas græci polydeuchia uocant.Seneca In magna inquit tempestate apparẽt quasi stellæ uelo insidentes adiuuariq; se tunc periclitantes existimant.Pollucis & Castoris numina Propertius cernere & optatos quærere tyntaridas.Item Candida fœlici soluite uela choro. Ideo aũt choroq; solitariũ exitiale sydus est appellatũ:Helena papinius cũ iam dãnata sororis Igni tænarii fugerũt carbasa fratres.

Ex capite.xxxviii.

IMMENSO RERVM CAVSAS GLOBO. Legendũ:Immenso reg quasi globo.perstat.n.in pugnæ belliq; metaphora.

Ex capite.xlvi.

CONFLEXA SVBITO AVT CONFRACTA IN HVMEROS.Vetusti codices nõ subito sed cubito:nam ut in parietibus ita & in promõtoriis Ancones dicuntur:auctores Vitruuius Strabo cæteri.nam de humeris Papinius:Consedit uirideſq; humeros & reliqua.Sunt & in montibus articuli:Plinius in calce operis.

Ex capite.xlvii.

ILLOS STATVS ATQVE PERSPIRANTES. Lego statos.

Ex capite.xlix.

HEBETI MOX IVDICATV.Vetusti codices:Hebetius mox iudicatũ est id:ut significet τὸ παχύτερον καὶ τὸ τύπῳ ἐμπεῖρ hoc est negligentius & pinguiore quadam formula. Proinde subiungit: Secuta ætas octo addidit ratione nimis subtili & concisa.

Ex eodem capite.xlix.

RVRSVMQVE LVSTRA SEQVENTIA ORDINE SERVANTIBVS.Videtur legi rectius:Rursumq; lustro sequenti ordinem seruantibus. Quando inquit intercalatur uentos qui ad sextum Idus aliud ue tempus stati sunt/die uno anticipare:ut uidelicet ad septimum idus flare incipiant/mox sequenti lustro itegq; seruare ordinẽ naturæ/id est sexto idus spirare/non septimo:aliquin superuentu alterius intercalationis ac deinde succedentium anticipatio hæc in infinitum regressura esset.

Ex eodem capite.xlix.

ORITHIAM.Nouimus quidem raptã a borea Orithiam Erichthei filiam & in uentum conuersam.sed uetus lectio habet Ornithiam:quoniam ab aduentu auium flare hunc dicat.Aues autem græci uocãt Ornithas etiã si præcipue Cortales. Vitruuius quoq; Ornithias certo ait flare tempore. Infra quoq; PRODOMOS: Scribendum est prodromos/id est præcursores.

Ex capite.l.

NVNC DE REPENTINIS FLATIBVS QVI EXHALANt E TERRA VT DICTVM EST COORTI RVRSVSq; DEIECTI INTERIM & reliqua. Scribendum:Exhalante terra. Sunt & qui non interim sed in terram magis probant. Paulo quoq; infra QVI TYPHON VOCATVR ID EST VIBRATVS.ECNEPHIAS DIFFERT HIC SECVM ALIQVID. Scribendũ est defert ex Aristotele Theophrasto Seneca. Typhonẽ ait uocari qui sit Ecnephias non simpliciter sed uibratus hunc deferre secũ aliquid abreptũ e nube quo se librat uibratq;.

Ex capite.lv.

VT VENTVRA ALIO FINITO DIE PRAECINANT.Legendum est alia non alio.

Ex capite.lvi.

VIGILANS ICTVS CONTVENTIBVS OCVLIS. Legendum/conniuentibus:nam dormiens inquit patentibus. Et infra: FVLMINATORVM.Lego fulminitog; ex Festo.

Ex capite.lix.

A MAMERTINIS ET TVDERTIBVS. Plutarchus Amerinos & Tudertes non Mamertinos fuisse tradit hos.

Ex capite.lxv.

CVIVS NVMEN VLTIMVM IAM NONNVLLIS IMPRECAMVR IRASCI GRAVE.Antiqui codices:Cuius numen ultimum iam nullis imprecamur rati graue:ut sit sensus:Imprecari nos quandoq; numen terræ ultimum extinctis/rati graue id eis fore qui iam nulli sunt/quibusq;/etiam si aliqua parte superessent:tamen officere non posset benigna/mitis/indulgens/usuſq; mortalium semper ancilla.De hac imprecandi consuetudine cum

Universidad de Deusto
Biblioteca

alii tum Suetonius:in Tiberio pars inquit in Tiberim clamitarent:pars terram matrem deosq; manes orarent ne mortuo sedem ullam nisi inter impios darent. Item paulo infra:ERVDITVR AQVIS.Vetusta exemplaria eluitur:quidam eruitur.Item supra mox:VT FRETA AMITTAMVS. Scribendū admittamus: obiectis puta molibus. Item non multo post:AD NOXA GENVIT.Legendum ad noxam.

Ex capite.lxvii.

PENDERE IPSOS.Sunt qui legunt ipsam.& infra:VNIVERSAE ROTVNDIS.Scribendum Rotunditatis. Et infra:SED MVLTO MAXIME HAEC PVGNA EST.Legendū:Sed uulgo maxima hæc pugna est.Et infra:ET SI HAEC NATVRA EORVM CONFESSA.Legendum Sit & non si.Et infra PROPIVS A CENTRO.Legendum Propius centro.

Ex capite.lxx.

VLTRAQVE FAMAM EXEGERIT ACCOLAS.Legendū quibusdam uidetur non famam sed fines:utrunq; tamen defenderim:ut sit ultra famam idem quod ultra opinionē omninoq; perq̄multum:nam & intra famam dicitur quod est huic contrarium. Fabius Hortensii inquit scripta tantum intra famam sunt. Verbū autem Defunctus eius/de quo mox infra/obseruatione dignū pro cadauere ipsius ad imitationem græcorum qui νεκροῦσ ipsi quoq; appellant:mortuale morticinumq; Hieronymus. Proinde Strabo signa fictilia quæ Corintho euersa Romam impleuere necrocorinthios id est Corinthiorum defunctos uocata scribit.

Ultra famam
Intra famam
Defunctus

Ex capite.lxxv.

ET POST EOS NONAGINTA DIES IN MERIDIEM VMBRAM IACI.Lego per/nō post:cum ex sequēti capite/tum ex libro sexto:Hæc est inquit regio uolumine secundo significata a nobis:in qua quadragintaquinq; diebus ante solstitiū/totidēq; postea hora sexta absumuntur umbræ & in meridiem reliquis horis cadunt/cæteris diebus in septentrionem.

Ex eodem capite.lxxv.

IN INDIA GENTE OREVM.Vetusti codices Oretū.Sūt aūt ut Fabius appellat Oretæ gēs Indica/post Arbin amnē Arianoꝝ. Plinius quoq; libro sexto/Oretas ait propria nō Indorum lingua uti.eodem tamen sexto Monedes inquit & Suari quorum mons Maleus/in quo umbræ ad septentrionem hyeme cadūt/æstate in austrū:ut fieri possit cōtributos fuisse Oretis Monedas & Suaros:

præsertim q; Oretæ a Palybotris quibus iuncti sunt Monedes & Suari/procul absint. Ptolomæus in Arachosia constituit / Eoritas uocando eos/inter Sarbin & Indum amnes. Esse autē Sarbis uidetur / qui & Arbis & Arabis quandoq; scribitur ab Arianis montibus per Drangas & Gedrosios in Oceanum delatus.Apud Mallos in India ualde periclitatū Alexandrū Regē scribit Plutarchus & Ex capite.lxxvi. Eustathius.

BIS QVADRAGINTADVOBVS DIEBVS.Lego:Bis quadragintaquinq; diebus:ex uetustis codicibus & superiore capite.

Ex capite.lxxx.

IISDEM IMPERIA QVæ NVNQVAM EXTIMESCENTIBVS FVERINT. Lego: iisdem imperia quæ nunq̄ extimis gentibus fuerint.Et paulo supra:SENSVS LIQVIDOS. Scribo Liqdus.Itē supra:FERTILIS AD OMNES TRACTVS Scribo:Fertilis ad omnia tractus. Item paulo infra:PRO VNITATE NATVRAE. Legendum censeo:Pro imanitate naturæ. Plinius libro sexto de Scythis: Iuxta inquit uastæ solitudines ferarumq; multitudo haud dissimilem hominum imanitatem obsidet.Erit ergo sensus:quemadmodum inquit extremæ gentes imperare diu nequeunt defectu uirium aut prudentiæ / ita nec parere: cum sint auulsæ nobis atq; in alium orbem quasi relegatæ. nec solum hoc sed si aditus quoq; ad eas pateret aliquis/tū imanitas naturæ ac peregrinitas abunde subduceret sūmoueretq; nobis eas.

Ex capite.lxxxvii.

NEC RECESSV MARIS SICVT IDEM CIRCEVS.Legēdum Circeis. Verbum autem Sicut idem/scribi potest/sicut eidē: hoc est Homero credimus:ex tertio Plinii uolumine:Circei quondam inquit insula imenso quidē mari circundata / si creditur Homero.Confirmat id & Iulius Solinus.

Ex eodem.lxxxvii.

TOTA TEVTRANIAE.Lego:tota Teutrania.Herodotus:Vbi nunc inquit Aegyptus est/uidetur maris sinus fuisse:quēadmodū circa Ilium/& Teutraniam/& Ephesum/& Mæandri campestria. Plinius quinto libro partem inquit Troadis in mediterraneo quæ uocatur Teutrania.

Ex capite.xc.

ALIOQVE MOTV TERRæ STAGNVM EMERSISSE Legendum putauit Statinam Domitius ex Papinio in syluis:Aenariæq; lacus medicos statinasq; renatas.

Universidad de Deusto
Biblioteca

Ex eodem.xc.

EVBOEAE ATHLANTEM. Legendum Atalantem: ex Strabone ac Stephano, meminit & Thucydides & Seneca. Idq; circa Peloponnesiaci belli tempus accidisse referunt. Et infra capite.xcii.

LEVCADA: ANTHIRRHVM. Scriberem Antirrhium: eodē enim fere mari est/quo Leucas dictū: quia Rhio aduersum est: Plinius libro quarto. Nam de Leucade olim continenti annexa/Strabo quoq;.

Ex capite.xci.

PERNEM MILETO. Scribendum Prienem ex Strabone: qui ait Prienem urbem maritimā inuectu Mæandri fluminis inter ipsam Miletumq; labentis mediterraneam esse factam: Nam Perne in Thracia erat Stephano contra Thasum insulam.

Ex capite.xciii.

GALANIES. Vetus lectio Gamales. Tranquillus in Tito: Thraciā inqt & Gamalē urbes ualidissimas Iudææ in potestatē redegit. Alioqn nō Thraciā sꝫ Tarichiā scribēdū. De utraq; Plini⁹ libro.v. Iosephus: Syriæ inqt habitatio quædā fuit Gamale.

Ex capite.xciiii.

EX INSVLA AEAEA. Vetus lectio Cea. Plinius id quarto libro expressit: Insulæ inquit Ceæ quatuor fere partibus quæ ad Bœotiā uergebant eodem mari deuoratis.

Ex capite.xcvii.

IN LYDIA QVAE VOCANTVR CALAMINAE NON VENTIS SOLVM SED ETIAM CONTIS VEL QVO LIBET IMPVPSAE. Vetus lectio: Sed etiam contis quo libeat impulsæ. Porro in Lycia Calminas aquas reperio a fonte quem Calmin Stephanus: alii Calænon: alii Calæmon: alii Calbin uocant. affinitas autem uel regionum uel nominis facit ut modo in Lydia modo in Lycia prodantur. Seneca: Sūt inquit lapides multi pumicosi & leues ex quibus quæ constant insulæ/in Lydia/natant: auctore Theophrasto: Ita enim lego non ut scriptum est/In India. sequitur enim: Ad Cutyliam inquit natantem insulam uado. De quibus aquis Plinius hoc ipso capite: Fluctuant inquit in Statonienſi & Vadimonis lacu & ad Cutylias aquas opaca sylua. Castiganda sunt & Senecæ corrupta eodem loco id est tertio naturalium quæstionum libro uerba: Ad Cutyliam inquit natantē insulam uado in alia in Vadosis lacu uehitur lacus in statione Nili est. non enim in Vadosis lacu/sed in Vadimonis lacu. Item non lacus in statione Nili/sed alia in lacu Statonienſi lego. De Statonensi uero præfectura siue agro Vitruuius/Strabo/& multis locis Plinius: Nam de Vadimonis lacu & Plinius Cæcilius Epistolarū libro nono ad Gallum: ut post dicemus.

Ex capite.xcviii.

IVXTA NARPASA OPPIDVM ASIAE. Lego Harpasa/ex uetustis codicibus & Plinio in terra Caria quinto libro: Harpasa inquit appositā fluuio Harpaso. Idem & apud scriptores græcos uocabulum

Ex eodem.xcviii.

CIRCA ASON TROADIS. Scribendum per duplex.s. nā per unum in Creta est Asos/ut inquit Stephanus/ubi uetustissimum Iouis Asii delubrū. De hoc autem lapide Sarcophago & alibi nobis hoc opere differendum est.

Ex eodem.xcviii.

IN AGRO HARPAVO. Legendū Arpano: de quo in regione tertia Italiæ Plinius.

Ex capite.xcix.

ATTOLLENTES SECVM EA ET MONDO INTVMESCENTES. Legendum ex uetustis codicibus: Attollente secum ea mundo intumescentes: id est mundo Solem & Lunam secū attollente circumactu suo/fit ut maria tumescāt. Plinius supra: Attolluntur inquit a mundo sydera rapiunturq; in occasum. Et paulo infra: PARIBVS TAMEN INTERVALLIS RECIPROCIS. Legendū/reciproci: hoc est æstus ipsi. Et infra: SED AB AEQVINOCTIALIBVS. Legendum/Sed æquinoctialibus. Sunt enim horarum duo genera/æquinoctiales/quæ a græcis Isomerinæ uocantur: & temporales/siue quod idem est uulgares/quas illi Cæricas appellant auctore Prolomæo/Theone/cæteris.

Ex capite.ci.

CIRCA MESSANAM ET MILYAS. Scribendum Mylas/ex uetustis codicibus/& Plinio in situ Siciliæ. Seneca quarto naturaliū quæstionū uolumine: Circa Messanam inquit & Mylas simo quiddam simile mare profert: feruetq; & æstuat nō sine colore fædo. unde illic stabulari Solis boues fabula est. quæ uerba Plinius hac parte mutuatus cernitur: quanq̄ in Seneca deprauatum fæde locum eum restitui. Huius rei meminit & in Phedone Plato.

Ex capite.cvi.

NEC IN ARMENIAE MAIORIS ARETHISSO. Plinius libro sexto: Tigris inquit influit in lacum Aretissam omnia il-

Universidad de Deusto
Biblioteca

lata pondera ſuſtinentem. Solinus Arethuſam uocat eum. Strabo Arſenem & Thopitin ſecutus Eratoſthenem. Plinius diuerſum ab Aretiſſa Thopitin exiſtimat: nata confuſio q̃ utrũq; ſtagnum Tigris amnis tranſuectus in cuniculos ſpecuſq; mergitur. Diony ſius poeta non Thopitin/ſed Thonitin.

Ex eodem capite. cvi.

ERASINVS IN AGNOLICA. Legendum in Argolica/ex Plinio & cæteris ſcriptoribus: nam & Seneca hunc uerſum protulit Hic modo cum bibitur tacito modo gurgite lapſus Redditur argolicis ingẽs eraſinus in undis. Papinius: Ruit agmine facto Inachus & gelidas ſurgens eraſinus ad arctos. Hic & Arſinus quoq; dicebaẽ & in Arcadia ubi ortum habet/Stymphalus. Sunt & Eraſini quoq; in Peloponneſo alii/Strabo auctor. Et infra: IN FLVMINE SILERO. Scribendũ Silari/ex Strabone/Plinio/cæteris.

Ex eodem. cvi.

AD VETVLONIS IN ETRVRIA NON PROCVL A MARI PISCES. Vetuſti codices Ad Vetulonios. nam & Vetuloniũ & Vetuloniam uocari locum eum dicemus ſequenti libro: Nunc illud teſtari uolumus eas aquas a nonnullis modo credi eſſe/quæ nũc ad Viterbium medicinæ uſu celebrantur: cum q̃ & piſces ibi ſint/& uiculus hodieq; Vetulonius uocetur: tum q̃ Ameria nõ p̃ cul dicatur locus: ut q̃ hic Amari legitur/ſcribendum ſit Ameria. Mouẽtur & Plinii Cæcilii quadam Epiſtola/qui lacum Vadimonis in quo fluctuant inſulæ/prædiis Amerinis ſubiectum ſcribit. Exegerat inquit ſocer meus ut Amerina ſua prædia inſpicerem. hæc perambulanti mihi oſtendiẽ ſubiacens lacus noĩe Vadimonis. in hodiernum quoq; diem riuulus ibi ſeruatur nomine Ameria. Vadimonis lacum intelligunt qui eodem agro Viterbienſi feruet ſcatetq; ſulphureis aquis. Mihi de Vetulonio dubium eſt propterea q̃ ex menſura Ptolomæi diſtat urbe Roma Vetulonium partibus duabus ſemis fere: quod efficit ſtadia plus minus. Mccl. per longitudinem/non computato meridianæ partis prope unius diſcrimine. Niſi quis alterum ab illo Vetulonium uideri cupiat: differentiam quoq; illam conſtituat ab illo Ptolomæi Vetulonio Vetulonienſes: ab hoc Vetulonios deduci.

Ex eodem capite. cvi.

CEPHISVS EX EODEM LACV PROFLVENS RVRSVS NIGRAS PENITVS. Aut diſtinguendum eſt ut cum ſequẽti colo nectas hoc mõ: Rurſus nigras penitus ruffaſq; iuxta

Ilium Xanthus/ex Vitruuio: In campis inquit Troianis proxime flumen armenta ruffa & pecora leucophæa naſcuntur. Eſt autem Leucophæon fuſcum ac nigrum pene: ut fortaſſe hic non Penitus ſcribendum ſit/ſed pene. Aut ſic: Rurſuſq; nigras peneus/ex Seneca tertio naturalium quæſtionum uolumine: Si lana inquit opus fuerit nigra/puellis paratus gratuitus infector eſt/ad Peneũ gregem appellunt. Cuſtodiũt hoc & aliq̃ multi manu ſcripti codices.

Ex eodem cap. cvi.

MVTIANVS TER CONSVL CREDIT DIOSTEDOSIA VOCATVR. In quibuſdam exemplaribus inuenio Dios Tecoſia/quaſi dios tecnoſis/hoc eſt Iouis partio & Lucina: quoniã Liberum patrem in cuius templo fons ille fuerat/femore Iouis æditum fabulæ demonſtrant: niſi quis cum ſequenti iungat ut id fontis nomen ſit quem in Arcadia Stygos Hydor uocari tradit Vitruuius. Strabo quoq; περὶ φερεόμ λέ ἐστι καί τὸ καλούμεμοϱ στυγόσ ὕλωϱ λιβάλιοϱ ὀλεϱρίου ὕλατοσ: de quo mox ſubiiciam.

Ex eodem cap. cvi.

IVXTA NONACRINAM ARCADIAE STYX. Lego iuxta Nonacrin. Seneca eodem quo ſupra libro: Circa Nonacrin in Arcadia inquit Styx appellata ab incolis aduenas fallit/quia non facie non colore ſuſpecta eſt. Plinius uolumine primo ac trigeſimo: Quædam inquit etiam blandiuntur aſpectu ut ad Nonacrin Arcadiæ. Vitruuius: Eſt inquit in Arcadia Nonacris nominata/quæ habet in montibus ſtillantes e ſaxo frigidiſſimos humores. Hæc autem aqua Stygos Hydor appellatur/qua neq; argenteum neq; æneum neq; ferreum uas poteſt ſubſiſtere/ſed diſſilit ac diſſipatur: conſeruare autem eam & continere niſi mulina ungula poteſt: Quæ etiam memoratur inquit ab Antipatro in prouinciam ubi erat Alexander/per Iollam filium perlatam eſſe & ab eo ea aqua Regem necatum. Præter morem noſtrum latius euagati ſumus hac parte/non ſine conſilio: quia Stygem hanc multi cum flumine Theſſalico/quod ab Homero Styx appellatur/confundunt. Plinius tres uidetur Stygas nouiſſe/Arcadicam ad Nonacrin/Achaicam ad Pheneum urbem/Theſſalicam ad Peneum amnem/de qua & quodam loco Seneca: Pauſanias & Vitruuius Nonacria Regem Alexandrum/Pliuius Achaica extinctum uidentur arbitrari/Quintus Curtius Theſſalica/etiam ſi Macedonicam ipſe appellat. Fere addubito eandem eſſe quæ ad Nonacrin & quæ ad Pheneum Stygis

Universidad de Deusto
Biblioteca

aqua nominetur.q̄ sit autem Phenos Nonacridi propinqua docet Pausanias:E pheneo inquit parte occidentis ab leua Clitorium/a dextra Nonacris occurrente Stygis aqua. Idem auctor paulo inferius/euidenter indicat/eandem esse hanc quæ modo ad Pheneū modo ad Nonacrin uocetur. hoc & historiæ pater confirmat Herodotus.de Thessalica Lucanus.de Pheneatica Papinius. Nec illud aperuisse fraudi sit/uenenum aquæ huius in ungula mulina cōtineri dicere Vitruuium/& Plinium uolumine trigesimo/in Caballina Trogum & Pausaniam/in Iumenti Curtium. Filiam Oceani Stygem fuisse/Pallantis coniugem/Hesiodus/Pirantis Linus e quo uiperam sit enixa/fabulantur.aquam eā ad Nonacrin quondam Ononacrin ab uxore Lycaonis accepto nomine/tradunt stillare ex altissima crepidine in subiectam petram inde recta in Crathim amnem defluere.

Ex eodem cap.cvi.

LACVS SANNAVS. In Ptolomæo locus est Phrygiæ magnæ contributus/qui ab ipso uocatur Synnaus:in Strabone tamē quādoq; Sannaus: nam Synnada ut Plinius & Liuius appellāt/unde marmor Synnadicum quod & Docimites uocatur.de quo Papinius:Phrygiæ quam Synnados antro Ipse cruentauit maculis lucentibus attys eiuitas & ipsa Phrygiæ maioris est cæterum a Synnao siue Sannao multis millibus remota.

Ex eodem.cvi.

PLVVIA SALINAS AQVAS DVLCIORES ESSE QVAm RELIQVAS.legendū uidet:Pluuia salinas aqua diluciores esse q̄ reliqua.Vel sic:Pluuias salinis aquas utiliors esse q̄ reliquas.Plinius libro.xxxi. Fit inqt sal uulgaris plurimusq; in salinis affuso mari nō sine aquæ dulcis riguis sed himbre maxime iuuante.

Ex cap.cix.

FLAGRAT IN PHASE LYCIAE MONS CHIMERA.Legendum/In Phaselide mons Chimera/ex codicibus uetustis. Scio quidem in Lycia Chimeram/qui Plinium legerim dicentem/in Lycia a promontorio eius oppidum Semena/mons Chimera noctibus flagrans/Hephestiū ciuitas/& ipsa sæpe flagrātibus iugis: Phaselidē uero in Pāphylia esse.Sed cū idē auctor ita scribat:Vltima inquit eius oræ Phaselis/iunctū ei mare Lyciū est:non uideo quēadmodū explodi possit antiqua lectio.de Phaselide hac & Strabo & cæteri:quā & Pharsalon quādoq; dictā refert Eustathius.unde Theodectes ille formosissimus:q artes scripserit & tragœdias.

Liuius in belli Macedonici libro septimo:In confinio inquit Lyciæ & Pamphyliæ phaselis est prominens penitus in altum/conspiciturq; prima terrarum Rhodum a Cilicia petentibus.

Ex capite.cx.

IN SALENTINO OPPIDO NATIAM.Vetusti codices Inatium.Quid si Egnatia/siue ut Græci quandoq; pronuntiāt Ignatia/in Salentinis pediculorum siue peucetiorum ut Græci appellant gente:Quid q; Ignatiæ nomen ab ignibus uideri potest inditum:argumento miraculi quod hic refertur?

Ex cap.cxi.

OCTOGINTAQVINQVE MILIA SEXAGINTAOCTO MILIA PASSVVM. Quanq̄ ipsi per se numeri qui hoc opere habentur lucubratiunculam peculiarem desiderant: quia tamen ausi quidam sunt affirmare/non passuum sed stadiorum milia hoc Capite scribendum esse:paucis docebo/qui sic emendant/aliquanto modestius facturos fuisse/si tacuissent. Non est igitur erratum in uerbo Passuum/sed alia ratione ut liquebit. Propterea scribendum putamus: Octuagies quinquies centena septuagintaocto milia passuum. Martianus Capella:Longitudo inquit ab extremis Indiæ ad Herculis columnas Gadibus sacratas octuagies quinquies centena septuagintaocto milia:sicut inquit Artemidorus asseruit.Sed & ratio in promptu:illa enim mensura computatione Græcorum efficit stadia fere sexagintanouem milia: Quo quidem spatio patere habitatum orbem ab oriente in occidentem hoc est per longitudinem testis est Strabo his uerbis: Τὸ δέγε μῆκος περὶ ἑπτὰ μυριάδας λέγεται τοῦτο δέ ἐστὶν ἀπὸ δύσεως ἐπὶ τὸ ἀρατολικὸν τὸ ἀπὸ τῶν ἄκρων τῶν ἰβηρίας ἐπὶ τὰ ἄκρα τῶν ἰνδικῶν: hoc est septuaginta milia stadiorum esse ab India ad extremā Hispaniæ orā.Item alibi hoc ipsum nec semel:Nō me præterit recentiores Plinio auctores esse qui longitudinem hanc ampliorem faciant: sed Artemidori se non Ptolomæi aut Macrobii recitare ait sententiam.

Ex eodem.cxi.

NONAGINTA OCTO MILIA DECEM ET OCTO. Martianus/ex Isidoro nonagies octies & decem & octo milia: ut post uerbū octies repetita intelligas cētena/ut prædixi:nec ad stadiorum sed ad passuū mensurā conferas.Et infra:OCTINGENTA MILIA NONAGINTA VNVM.Martianus:Huic inquit dimēsioni Artemidorus adiecit quicquid a Gadibus procurrit: nā per

Universidad de Deusto
Biblioteca

ſphenis id eſt cunei frontem circuitu promõtorii ad aliud finale promontorium/quod Artabrum nominatur/procedere terrã dicit in nongẽta nonaginta unum milia.utra lectio uerior arbitrio nauigantium conſtet.Et infra:QVINQVAGINTAQVINQVe MILIA PASSVVM DECEM ET·NOVEM. Vetus lectio itemq; Martianus:Quinquagies bis quindecim. Et infra:SARDINIAE TRIGINTA QVATVOR. Martianus: Tricies quater quinquaginta milia. Et infra ſtatim:DEINDE GADES DVODECIM MILIA QVINQVAGINTA.Martianus:quadragies bis quinquaginta milia. Mendoſum in Martiano locum hunc uideri faciunt Ptolomæus/Strabo/Plinius ſequenti libro. Ptolomæus:A freto inquit Herculeo ad Calarim Sardiniæ(ita.n. ſcribendum eſt/non Caralium)partes uigintiquinq; intercedunt circuli ſigniferi/hoc eſt fere quatuordecies centena & quinquaginta milia paſſuũ.atq; ita plane ſcribendũ hoc loco arbitror:nec ſupputatio Strabonis magnope diſcordat.De hoc & in Sardinia dicẽdũ.Quod aũt ſequit̃ QVAE MENSVRA VNIVERSA AB EO MARI EFFICIT NONAGINTAOCTO MILIA PASSVVM SEXAGINTANOVEM.Martianus:Quæ mẽſura inquit uniuerſa ab eo mari efficit octogies quinges ſeptuagintaocto milia.Idẽ fere habẽt & Pliniani manu ſcripti codices/ut cũ ſuperiore Artemidori numero ſũma cõſentiat. Sed dubiũ facit quod ex particularibus/quæ mox poſitæ ſunt/menſuris non hæc ſed multo maior ſũma contrahit̃:ut ad illã Iſidori ꝓpius accedat/qui nonagies octies centena milia paſſuũ & decẽ & octo longitudinẽ habitati orbis reddidit:ut ante dictũ eſt. Et infra:AD EVPHRATẽ QVINQVAGINTA MILIA PASSVVM.XXI. Legendũ ex Martiani ratione:quinquagies cẽtena milia paſſuum.xxi. quæ quidem menſura non multũ a ſubductione Ptolomæi diſtat/tradentis ab Seribus ad Euphratem partes zodiaci centũ quinq; addito unius quadrante comprehendi.Et infra:ILLIBRIVM. Lego Iliberim:ita.n. ꝓuinciæ Narbonenſis oppidũ appellat̃ Plinio Põponio Straboni cæteris. Itẽ ARTEMIDORI RATIONE NONAGINTA EFFICIT SEXAGINTANOVEM.Martianus:Ois hæc inqt mẽſura teſtãte Artemidoro habet milia octuagies ſexies centena octogintaquinq;. Vetus quoq; lectio fere cum Martiano congruit:ſed fides ſit penes circinum ac puluiſculum.

Ex eodem.cxi.

LATITVDO QVINQVAGINTAQVATVOR. MILIum SEXAGINTA DVO. Martianus:Latitudo inquit habitabilis terræ dimidio pene minor q̃ longitudo:etenim colligitur in quinquagies quater centena ſexagintaduo milia.Et infra:ALEXANDRIAM DVODECIM MILIA QVINQVAGINTA. Legendum eſt ad formam ſuperiorum/hoc eſt duodecies cẽtena milia quinquaginta/uel aliquid huiuſmodi/quod ex Strabonis tertio libro colligas. Et infra: COMPENDIIS BREVIOR FIERI POTEST.LXXXIX.M.Martianus/milia ſexcenta ſeptuagintaocto.Et infra Iſidorus adiecit.XII.M.L.Martianus:Sed adiecit inquit Iſidorus duodecies centena quinquaginta milia.

Ex cap.ultimo Secundi libri.

MELIVS HIC FVIT. Codices uetuſti Cydnius/non Melius: etiam ſi Melius ab inſula Melo dicitur:ut Diagoras ille in comœdia male audiẽs ob impietatem/de Cythno inſula cyclade.Itemq; de Cydno amne Ciliciæ & altero Bithynniæ Stephanus. Item de Cydna Lyciæ Ptolomæus:De Cydna uero Macedoniæ quam & Pydnam uocari putant/Theagenes.

CASTIGATIONES PLINIANAE EX LIBRO TERTIO HERMOLAI BARBARI AQVILEIENSIS.P.

Ex Præfatione Libri Tertii.

d VODECIM MILIA PASSVVM.Lego quindecim nõ duodecim/ex Solino Martiano & manu ſcriptis exẽplaribus. Itẽ Strabone/q ait.cxx.ſtadia in longitudinẽ patere has fauces.

Ex Cap.primo.

MOX A FINE TIRGITANO CITERIOR.Vetuſti codices Vrgitano. Pomponius Mela Virgitano:Oppidum inquit Virgi in ſinũ quẽ Virgitanũ uocãt. Ptolomæus Vrcitano:Prima inquit citerioris Hiſpaniæ ciuitas in littore Vrci appellatur. Martianus quoq;:Ab Vrcitano inquit fine citerior meat. Meminit & Antoninus Pius in ſuo Itinere.Plinius:Poſt Bæticã inqt oppida oræ ꝓxima Vrci.Fuit & Murgis & Murgitana prope regio.Plinius:Murgis inqt finis Bæticæ.Itẽ lõgitudo inqt Bæticæ a Murgi maritima ora.de Murgi Ptolomæus quoq;: ſed inter mediterranea Turdulo& gentis/nõ procul tamen littore.Paulo infra:AMINITANO AGRO.Legendum ex uetuſtis codicibus & Plinio inferius/Laminitano:nam & Laminiũ in ea terra uocat̃ oppidũ auctore Ptolomæo & Antonino:q ab eo loco ad caput Anæ fluminis.vii.M.p. diſtare tradit.

Universidad de Deusto
Biblioteca

Ex eodem primo.

ORETANIS IVGIS CARPENTANISQVE. Recta lectio/ Carpetanis Straboni μετὰ δὲ ὠρητανούς καρπητανοί.

Ex eodem primo.

ASTISITANVS. Lege Astigitanus ex Ptolomæo & Mela Pomponio:Clarissimæ inquit in Bætica astigi hispalis corduba. Idem uetusti codices & Plinius quoq; haud ita multo post.

Ex eodem primo.

OPPIDA OMNIA NVMERO.CLXXII. Vetus lectio.clxxv. Itemq; Martianus Capella: quanq̃ Strabo.cc. Et infra: COLONIAE SEPTEM MVNICIPIA.XVIII. Codices antiqui:Coloniæ nouem municipia octo: Ita enim.clxxv.fiunt omnia. Hoc non castigandi/sed admonendi gratia posuimus: sicut illud:LATIO SERMONE DICTV FACILIA.Omnes fere scripti manu habent Latiari/non Latio:atq; ut defendi utrunq; possit:antiqua tamen lectio/ut sæpe testatus sum & testabor/temere cõmutanda non est:nam & Latialis/non tamen sermo/sed Iupiter dicitur:Et residens celsa latialis Iupiter alba.De quo & in Miloniana Cicero:Sicut utiq; ferias non Latiales Latiaresue/sed Latinas dixeris aut Latias:ut quandoq; Macrobius

Ex eodem primo.

OSSONOBA ASTVRIAE COGNOMINATVM.Ptolomæus Onoba Lusturia:ut necessarium sit in alterutro exemplari deprauatam esse lectionem: quia porro statim sequitur INTERFLVENTES LVXIA ET VRIVM:extimẽt uolentes:ecquid Lusturia quasi a duobus amnibus Luxia & Vrio cognomiata uideri possit. Straboni quoq; Onoba non Ossonoba uocatur/extra fretũ.M.p.clxxv.Appellat & Mela Pomponius Onobam. Iidem auctores alteram haberi tradunt Onobam in Bætica/non procul Iunonis promontorio: nam Ossonoba Lusitanorum est Pomponio Ptolomæo Plinio.

Ex eodem primo.

INTERFLVENTES LVXIA ET VRIVM. HARENAE MONTES. Lego Mariani montes/ex Ptolomæo/qui Marianos ibi montes nominat & Vrium in mediterraneo tamen oppidum/non flumen. De Vria uero urbe Plinius hoc capite. Sunt qui Temarianum montem in Ptolomæo/non Marianum legant. Antoninus in Bætica montem Mariorum statuit: siue id montis siue oppidi sit uocabulum ab Italica.xviii.M.p.

Ex eodem primo capite.

LITTVS CVRSENSE. Vetusti codices Curẽse. Pomponius/Castellum inquit Cora in littore:nã Cursον urbem Ptolomæus quidem nominat/sed in mediterraneo bæticæ constituit. Infra quoq; PORTVS VESIPPO. Mela & Ptolomæus Bæsippo.

Ex eodem primo.

CARTEIA CARTESOS A GRAECIS DICTA. Scribendũ Tartesos/non Cartesos:unde Tartesiacus:auctores Strabo/Ptolomæus/Dionysius/Pomponius.

Ex eodem primo.

SALDVBA OPPIDVM VEL MALACHA. Legendum Salduba oppidum Suel Malaca:Ptolomæus auctor.Meminit & Põponius & iter Antonini Suel oppidi. Strabo Malacas etiam plurali numero pronuntiat.

Ex eodem primo.

SEXABDERA. Legendum Sexi & Abdera/Ptolomæus auctor.Itẽ Strabo/qui Hexitana salsamẽta hoc est Sexitana cõmendauit. In Pomponio deprauate legit̃ Extraderas/pro Hexi & Abdera:&.n. utroq; modo recte dici uideo Sexi & Hexi.Plinius tamen Sexi & Sexitanos pisces secũdo & trigesimo uolumine.Idemq; Athenæus:de Abdera Hispaniæ Artemidorus quoq;: nam & in Thracia est eodem nomine ut ait Stephanus patria Democriti.

Ex eodem primo.

SILIBERI QVOD LIBERINI. Ptolomæus/Iliberi aut Eliberi non Siliberi.Et paulo ante:VRGAO.Iter Antonini Pii/Virgao. Est autem Iliberi/ut fere credi uideo/quæ nunc Granata dicitur longe clarissima urbium occidẽtis:erepta mauritanis regibus hoc ipso quo hæc prodebam anno auspiciis Regum Hispaniæ.

Ex eodem primo.

ILLIRYCO OSCA. Legendum Illurco & Osca:nam Ilurgis siue ut Polybius Ilurgia/hæc uidetur esse quam Iliturgi Plinius hoc loco & Antoninus appellant.Castigãdus in Strabone locus Oisca pro Osca in citeriore quidem Hispania.Sed ut identidem moneri quenq; uolumus/eiusdem multa nominis oppida fuere.

Ex eodem primo.

CASTRA VARIA.& paulo post ESCVA:Vetusti codices Vinaria/non Varia.Ptolomæus/Esbua non Escua. A Varo tamen aliquo uaria dici potuisse/nihil prohibet: aut si recte hic Escua in

Universidad de Deusto
Biblioteca

Ptolomæo perperam. Et infra: SVCCABON VDITANVM TVATI VETVS OBVIA BASTETANIAE. Antiqua lectio fortaſſe ſincerior: Sucubo Nuditanum Tuati uetus omnia Baſtetaniæ. Alioquin & oppidi nomen eſt obuia frequens in Hiſpania ut fere non mutandũ cenſeam. De Succubitano municipio. I. Capitolinus unde Antoninus cæſar phũs.

Ex eodem primo.

SACIMARITALIVM ONVBA. Vetuſti codices: Facili Martialium. Lego Sacili ex Ptolomæo/ita urbem in Bæticæ mediterraneo/uocante. Item onobam/non onubam: ut ſupra diximus.

Ex eodem primo.

OPPIDA CARBVLO DECVMO. Vetus lectio Detuma nõ Decumo: Ptolomæus Detunda.

Ex eodem primo.

ILIPA COGNOMINE ILA ITALICA. Vetus lectio: Ilipa cognomine Ilpa Italica. Ptolomæus: Ilipa cognomine magna: deinde/Italica cæſaris Hadriani pria: ut duo ſint oppida/qđ & Strabo exiſtimat: & Antoni⁹. I. M. p. ab Ilipa: Alioqn & de Ilipula minore Plinius haud multo poſt: nã & Ilipula maior eſt Ptolomæo quoq; Idem auctor quam Plinius uocari tradit Aſidam/ipſe ſcribit Aſylam. Et infra: QVALVSITANIAM ATTINGVNT ET HISPALENSIS CONVENTVS. Copula &/demat̃ neceſſe eſt/ut intellectus conſtet. uerbum autem Turdulos/ad ſequentem ſenſum pertinet.

Ex eodem primo.

SACRIS LINGVA OPPIDORVM VOCABVLIS SACRIs QVAE COGNOMINIBVS IN BAETICA DISTINGVNTVR. Verbum Sacris ſecundo loco repetitum in uetuſtis exemplaribus non cernitur. eſt autem ſenſus: idcirco uideri Celticos e Celtiberia profectos in ipſa conſediſſe Bætica: quod & Strabo meminit: quoniam oppidis eorum uocabula ſunt eadem/quæ Celtiberorum. hæc aũt cognomentis in Bætica diſtinctionis gratia receptis/a Celtiberorum urbibus ſeparantur.

Ex eodem primo.

SERICA. & paulo infra: CONTRIBVTAE. Ptolomæus: Seria/& Contributa.

Ex eodem primo.

ALPESA SEPONE SERIPPO. Scribendum Siſepone/non Sepone: nam Siſepones duas fuiſſe teſtis eſt Strabo: ut paulopoſt in-

dicabitur

Ex eodem primo.

LACIMVRGE. Et paulo inferius: A CIMBRO. Ptolomæus Laconimurgi & Acinippo. fuiſſe autem lacones in hac parte quoſdã auctor eſt Strabo. Plinius quoq; ſupra oppidum Bæticæ cognominari tradit Laconium. Ptolomæus quidem hanc in Luſitania reddidit. Sed alteram in Beturia cognominem haberi/ut in aliis pleriſq; manifeſtum eſt/nihil mirum. Illud in trãſcurſu libentiſſime notauerim/non procul Laconimurgi Luſitanorum oppido Laceã urbem a Ptolomæo poni/Tago flumini adiunctam: cuius in Strabone fiat mentio: ſed tam corrupta lectione ut interpres græcum uerbum ita ut erat mendoſiſſimum appinxerit ἀμέχυσι σ Τάγου μίᾳ ἐπὶ πλέιουσ ἢ τετρακοσίουσ σταλίουσ ἀπὸ τοῦ λεχθέμτοσ πύργου, καθ' ὕ ἁρεύομται ἑιτσου λάκεια. Itaq; ſcribendum eſt ὅπου λάκεια: ut ſit ſenſus/aquari ſolitos indigenas ubi nũc eſt urbs Lacca: quæ dicitur & Lancia: ut quarto libro monſtrabitur.

Ex eodem primo.

MIROBICAM REGIONES OSINTIADIS ISEPONEM. Legendũ Siſeponem/ex Ptolomæo Straboneq;. Hic & Siſepones duas facit/nouam & ueterem. De Metallo ſiue Miniario Siſaponenſi Plinius hoc opere duobus locis.

Ex eodem primo.

CARISSA COGNOMINE AVRELIA VRIGIA. Ptolomæus hac parte Bæticæ Cariſſam & Vrium/nõ Vrigiam appellat. habent & nonnulli codices Vriam: de Vrio amne inter initia dictũ eſt: a quo & urbi nomen fortaſſe. Hanc autẽ eſſe putant quã Strabo uocat Oriam/quæ nomen quoq; Oretanis dederit.

Ex eodem primo.

BARBES VLVLA CIPROBASSIS PROGALLET. Verus fere lectio Barbeſula lacippo bæſippo callet: nam & bæſippo & lacippo his ipſis quoq; locis a Ptolomæo nominãtur: atq; ut bæſippo altera/ſic & barbeſula poteſt altera fuiſſe: ac Callet/ut Plinius ſupra hoc capite.

Ex eodem primo.

OLEATRO. Ptolomæus & Pomponius & Antoninus & uetuſti codices Oleaſtro: ſed tamẽ Strabo Oleatro utiq; in Hiſpania citeriore: ſunt. n. bæticis cognomines in ea terra multis locis urbes.

Ex eodem primo.

LISCVLASA GONTIASA. Ptolomæus Sagũtia. Plinius quoq; infra multis locis in Hiſpania Sagũtiæ nomen eſſe tradit: in Stra

Universidad de Deusto
Biblioteca

bone Sarguntia corrigendum est.

Ex cap.primo & secundo.

CCCCLXV.Codices antiqui.cccclxx.Martianus.cccclxxv. Item sequenti capite.CCXXXVI.Martianus.ccxxiiii . Nos hæc & alia huiusmodi non tam mutandi q̃ conferendi collidendiq; proposito cõmemoramus.

Ex capite secundo.

PRAETEREA ALIVD ALIVNDE EXORDIVM MENSVRAE EST ET ALIA MEATVS. Antiqua lectio:Mensura est & alia meatus:id est alium numerum passuum alia uia metientibus existere:si per diuerticula/maiorem:si per compendia/& æque semper meante cursu/quod græci ἐυθυωρίαν uocãt/breuiorẽ.

Ex cap.tertio.

ACCEDVNT INSVLAE QVARVM MENTIONE SEPOSITAE CIVITATES PROVINCIA IPSA PRAETER CONTRIBVTAS ALIIS.CCXCIII.CONTINET OPPIDA.Legendum puto:Accedunt insulæ quarum mentione seposita præter ciuitates contributas aliis prouincia ipsa.ccxciii.& reliqua.Martianus/Ciuitates inquit præter insulas atq; aliis contributas.ccxciiii.tota complexione dinumerat.

Ex eodem tertio.

CONVENTVM LVCRENSEM . Plinius Lucensem hoc ipso capite ac sequenti libro:nam & Ptolomæus Lucensios/sicut Bræcaros qui a Plinio Bracari dicũtur:quod & in antiquis exemplaribus aspicias.In Martiano tamen & Lucrensem & Bracarum cõuentus legas.Antoninus quoq; ac uetusti Lapides.

Ex eodem tertio.

VRCI ASSCRIPTVMQVE BAETICAE BAREA REGIO MAVRITANIA.Lego Mauitania/ex Ptolomeo & uetustis codicibus.De Vrci dictum est supra.

Ex eodem tertio.

REGIO IDETANIA . Ptolomæus Edetania:Silius Edetana cohors quam sucro rigentibus undis:etiã si deprauate in eo Sedentana legitur.Strabo tamen quãdoq; σιδητηνούς . de quo & post.

Ex eodem tertio

FLVMEN TVRIVM.codices Romani/Flumen Durias.Pomponius quoq;/proximum Valentiæ amnem Duriam appellat. Cicero in oratione pro Cornelio Balbo/Carthaginem inquit profectũ esse/acerrimisq; illis præliis Sucronensi Durensiq; interfuisse. Sa-

lustius tamen Turiam : Castra inquit hostium apud Sucronem capta & prælium apud flumen Turiã & dux hostium.C.Herennius cum exercitu & urbe Valentia deleti.Idem quarto historiarũ Inter leua mœnium dextrum flumẽ Turia quod Valentiam par uo interuallo præterfluit.Claudianus/Floribus & roseis formosus Turia ripis.Grãmatici Formosum legerent/q; unum amniũ Turia neutro genere proferri putent : Aurelius Augustinus auctor Priscianusq; uti ne hunc quoq; prætream. Ptolomæus Turulim hac parte uocat amnem. Est & in Lusitania quoq; Durius/quem Strabo Duriam/multi Doriam appellant. Silius Durium : Hinc certant Pactole tibi Duriusq; Taguscq;.

Ex eodem tertio.

SAGVNTVM CIVIVM ROMANORVM OPPIDVM INDE NOBILE.Scribendum est Fide nobile:sumptum a Pomponio:Saguntum inquit illam fide & erumnis inclytam.

Ex eodem tertio.

REGIO CESSETANIA.& infra:LACETANI.Ptolomæus Cossetania:Sed & Tarracone uetus marmor extat/in quo incisæ sunt hæ litteræ:Tarracon urbs Cositanorum . Accetani uero quasi ab urbe Acci nominentur:& quos Laletanos Plinius:ipse Leitanos. Itemq; Strabo/ut hi sint fortasse quos in Manliana Cicero mendose uti reor Electanos uocauit. Strabo tamen & ipse aliquando ἐλητέμους fortasse pro Edetanos:de quibus paulo post.Martialis Laletanũ uinum pro ignobili.Scio & Lacetanos infra nominari: ut extimandum sit/ecquid ibi quoq; in eo uerbo sit erratum.Illud monuerim iaccetanos eos a Strabone dici/non Lacetanos Accetanosue:ab Iacca urbe cuius hodie nomen durat/& Ptolomæus quoq; mentionẽ facit. Comperio & Latetanos populos in Hispania fuisse:qd puetus monumentum docet his uerbis .Q.Licinio Syluano Graniano Flam.Aug.Prou.Hisp.Citer.præfecto oræ maritimæ Latetanæ procuratori Augusti.C.Terentius Philetus.

Ex eodem tertio.

BETVLO ILLVRO FLVMEN LARNVM BLANDE FLuENS ALBA.Vetusti codices:Blande flumen Alba:ut Blanda uocabulũ sit oppidi. Pomponius/Oppida inquit/Blande/Illuro/Betulo/Barchino. Ptolomæus quoq; idem:in quo tamen non Illuro sed Dilluro legitur.Quod autem Larnum fluminis sit nomen/innuit Plinius qui Larnenses inde/ut coniiciũt/appellat infra . Sũt qui Tarnum legant/non Larnum:ut qui nunc Tarderia uocetur

Universidad de Deusto
Biblioteca

auro fertilis. Vetus lectio Arnum/forte Earnum: de quo post dicemus. Nam Betuloni dedisse nomen uidet amnis Betulus aut contra: huius irrigatione Barchinonensis ager lætissimus.

Ex eodem tertio

SALDVBA REGIONIS REDITANIAE. Scribendum est Idetaniæ: siue ut Ptolomæus & Silius & Plinius & codices uetusti Edetaniæ. Infra quoq; SEDETANI. Scribendum Edetani: quoniam de populis ab.e. littera nō ab.s. incipientibus agatur. Supra quoq;: FLVMEN TICHER. Pomponius mela Flumen Tichis Et infra: CASCANTENENSES. melius a Cascanto Cascantenses. De Cascanto Antoninus/Ptolomæus/antiqui lapides.

Ex eodem tertio.

AROCELITANOS. Vetus lectio Arcocelitanos. Itemq; Ptolomæus ab oppido Arcoceli: Antoninus tamē Araceli. Et supra. VESETANIAE. Ptolomæus Bassetaniæ.

Ex eodem tertio.

CARENSES CINCIENSES CORTOENSES DAMINITANOS. Ptolomæus: Carcenses Cinnenses Cortenses Damanitanos/ab oppidis Carca/Cinna/Corta/Damania: habēt & codices uetusti Damanitanos.

Ex eodem tertio.

LARNENSES LVRSENSES. Scribendum forte sit Earnenses Illurenses: etiā si Pomponius Lurenses. De fluuio Earno siue Iarno & Illurone oppido superius. monendi tamē sumus nomina populorum hoc loco uel deprauata esse uel trasposita: nam cū digesti esse per elementa debeant/euidentissime confundunt. proinde si quis ita collocet/Iarnenses/Illurenses/Iaspenses/Iaccetanos/Lubienses/diuinator quidem uideri poterit. Cæterum & Iaspis a Ptolomæo nominatur & Iacca: Item Lubica/& ab Antonino Lubia. nō castigo/sed castigaturis occasionem præbeo. Potest & Ispalucenses ab Ispaluca ex eodem Antonino qui propinqua tradit oppida Benearnum Illuronem & Ispalucam. Porro Benearnum ab Earno uidetur deductū/hodieq; Beardum uulgo dicitur.

Ex eodem tertio.

POMPOLONENSES. Ex Ptolomæo Strabone Antonino Pompælonenses: astipulatur & monumentum uetus his uerbis: Sempronię. L. F. placidæ Pompælonensi Flaminicæ consensu concili P. H. C. Cornelius ualens maritus. S. P. F. Et infra paulo: LIBISOSCVA. Ptolomæus/Libisoca. Iter Antonini Libisosca. distat

autem a Laminio in cuius agro flumen Anas oritur. xxi. M. p.

Ex eodem tertio.

CELEBERRIMI ALBANENSES. Vetus lectio Labanēses. Ptolomæus quoq; Labanam in iis locis constituit: itemq; Alabā/ut Alabenses fortasse pronuntiandum sit: præsertim cum ab.a. littera incipiāt hic populi/de Labanēsibus paulo post dicatur in conuentu Clunienſi. Antoninus Alabonenses/sed ab Alabone oppido/nō procul Cæsaraugusta. Sunt enim tres urbes in Tarraconensi/Alaba/Alabona/Labana: Ptolomæus auctor.

Ex eodem tertio.

EGELESTANI. Vetus lectio Gelestani. Ptolomæus Stelestani ab oppido Stelesta. Cæterum Egelestanos defendimus ex Strabone itemq; Plinio uolumine primo ac trigesimo. Et infra: LORCITANOS. Ptolomæus Ilorcitanos siue Ilorcuritanos Egelestanis uicinos statuit. Et infra: EODEM PELEODEONES. Vetus lectio: Idem Peledones siue Pelendones/ex Ptolomæo.

Ex eodem tertio.

PALATINI. Scribendum ex Strabone Mela Ptolomæo Antonino uetustis exemplaribus Pallantini ab oppido Pallantia/quæ in hodiernum quoq; ita nominatur/tum alibi/tum haud procul Nubi amne. Est & flumen Pallantia in Valentino littore. Et infra mox: LOCCOBRIGENSES CAVCENSES. Scribendum ex Ptolomæo Lacobricenses ab oppido Lacobrica: nam Caucenses a Cauca dicuntur: quanq̄ & Caurenses sunt/sed a Caurio. De utraq; Ptolomæus. De Caurensibus libro quarto Plinius. De Caucensi urbe Antoninus. Paulo infra: VIROVESCA. Ptolomæus Virdouesta ut in alterutro sit erratū. Alioqui Antoninus cū Plinio Verouesca

Ex eodem tertio.

HORVM SEX OPPIDA RAGVNTIA ET IBIXAMA. scribendū arbitror Sagūtia & Vxama seu Vixama ex Ptolomæo/q & geminas hīi eas tradit/p hæc ferme loca. Est & in Bæturia ut prædiximus Saguntia. In Antonini Itinere Vaxama/sicut in monumentis marmoreis apud Setabin Segontinenses a Segontia. Et infra: LACIENSES. Vetusta lectio Lancienses: de qbus libro quarto plura. Et infra: LEVANIOS. Lego aut Lebunos ex Ptolomæo aut Leunos ex Plinii quarto uolumine/In Lucensi eos conuentu statuentis.

Ex eodem tertio.

PRAETER IPSOS BRACAROS IVBALLI CELERNI.

Universidad de Deusto
Biblioteca

Ptolomæus Vibalos Celerinos. Vibali siue Bibali ab oppido dicũ tur cui nomen foro Bibalo. habet & antiqua lectio Vibali/nõ Iuballi.

Ex eodem tertio.

AD FINEM CASTVLONIS A PYRENEO. D.C.VII.M.P. Martianus: Sexcenta septuaginta milia. Vetusti codices: Sexcenta septem milia.

Ex capite quarto.

MONTIBVS GEBENNA ET VRBIBVS. Legendum Gebenna & Iuribus: siue ut Solinus & Martianus Gebenna & Iura. Plinius libro quarto: Inter montes inquit Gebennam & Iuram. Cæsar quoq; Iuram. Strabo ἰόρεμ. Ptolomæus Iurassum. Errauere qui Eurasium pro Iurasso conuerterunt in Strabone: nam & sic uocat eum quandoq;.

Ex eodem quarto.

FLVMINA TECHNVMVER NODVBRVM. Ex auctoribus & codicibus antiquis facile cognoscitur hoc loco Telin siue Tichim & Obrin amnes referri. Pomponius: Inde inquit est ora Sardonũ flumina Telis & Tichis/ubi accreuere perq; scæua. Idem Secundum inquit bliteras Obris fluit. Ptolomæus Orobium: sed Strabo tamen Obrim. uicinus iis & Ruscino decurrit a quo nomen oppido.

Ex eodem quarto.

OPPIDA ILLISEBERE. Lego Illiberis ex Ptolomæo & Mela Põponio/a flumine cognomine ut Straboni placet. Et infra: RVBRENSEM LACVM. Pomponius Rubresum. Et infra: TRVENTIAM. Strabo/Ptolomæus/& uetusta exemplaria Druentiã. Et infra: AVARICORVM. Vetusti codices & Pomponius Auaticorum. Et infra: PROMONTORIVM ZOA CITHARISTA. Ex Ptolomæo & Pomponio/Promontorium noie citharista Itemq; Antonino/qui ab eo Massiliã usq; natigio. xxx. M.p. facit.

Ex eodem quarto.

AMNIS SIVE ARGENTEVS. Legendum ex uetustis codicibus: Amnis in ea argenteus. In Ptolomæo quoq; nomen fluuii est in huius ora littoris Argentius.

Ex eodem quarto.

VARVS EX ALPIVM MONTE CEMENO. Videtur quibusdam ex uetustis codicibus legendum Cema: quoniã Cemenos græci eos montes uocent/quos nostri Gebennam longe ab Alpibus summotos/Cæsaris & Plinii ac Melæ testimonio. Accedere q;

his ipsis Alpibus situm est oppidum Liguriæ cui Cemellio nomẽ est auctore Plinio. Sed cum & Cemeneleon id a Ptolomæo Antoninoq; nominari constet/quasi a Cemeno monte uideri potest appellatum/non tamen qui sit Gebenna/sed alius ei cognominis un de Varus defluat. Abesse Cemeneleon a Varo amne tradit Antoninus. vii. M.p.

Ex eodem quarto.

BETERRAE SEPTVMANORVM. Strabo quidem & Pomponius Bliteræ duobus locis Septumanorum inquit bliteræ. Item Secundum inquit Bliteras Obris fluit. In Ptolomæo deprauate legitur Chæterræ: Antoninus tamen ac Stephanus Baeteræ. Et infra: SALVBIORVM. Forte Salyorum ex Strabone/qui eos modo Salyes modo Salyos appellat. Ptolomæus & Stephanus quoq; Salyes qui cum Romanis bellum gesserint.

Ex eodem quarto

VVLGARVM. Scribo Volcarum/ex Ptolomæo Strabone Plinio Mela Pomponio Lucano. Idem & in Liuii tertiæ Decadis primo libro/error Vulgarum pro Volcarum. Quod autem paulo post: CARBAN TORATHE. Scribitur/extat hodieq;/Sed Carpentoracte nominat'/& Barbari galliaq; sermone uernaculo Carpétras

Ex eodem quarto.

ABATILIA AREA. Et paulo post: BELLIO. Scribendum Anatilia: unde Anatilici Ptolomæo & Plinio. Item Aerea non Area/ex Strabone a situ loci dicta. Item Cabellio non Bellio/ex Artemidoro Strabone Ptolomæo Antonino.

Ex eodem quarto.

GLARVM. Et infra: VASGO. Ptolomæus & codices uetusti Glanum & Vasio. Itemq; Antoninus Glanatenses & Vasionenses.

Ex eodem quarto.

ATASCODINITARII CONONIENSES. Vetus lectio Tascodunitani ab oppido Tascoduno: alioqui a littera. t. uerbum hoc incipiat oportet: nam & sequenti error idem Tarascodunum siue qd idem est Tarasconem Ptolomæus quoq; nominat.

Ex eodem quarto.

AREMICORVM NEMAVSVM. Ptolomæus Pomponius & uetusti codices Arecomicorum. Strabo quoq; ἀρηκομίκων μητρόπολισ ῥέμαυσοσ.

Ex eodem quarto.

AGANTICOS. Ptolomæus & Antoninus Auanticos: ab oppido

Universidad de Deusto
Biblioteca

Auantico Heluetiorum:siue ut Marcellinus grais penninisue iugis.Sũt & Aguntici ab Agunto urbe/sed longe ab iis remota quippe quam Pannoniæ uicinam & Plinius & Ptolomæus & Antoninus quoq; faciant. Et infra:OPPIDVM DINA. Ptolomæus & codices antiqui Dinia.Itemq; Dinienses Antoninus. Et infra:BODIVNTIOS.Cur Ebrodiuntios seu Ebrodunenses scriptum putari possit/dicemus capite.xix.

Ex eodem quarto.

LONGITVDINEM.CCCCLXX.M.P. Martian⁹.cccclxx.M.p. Item LATITVDINEM.CCLXVIII. Martianus & uetusti codices.ccxlviii. Cæterum si quis rationem ex Ptolomæi præceptis ineat/propior uero fuerit longitudo.cccclxx.q̃.cccclxx.quippe cum in decem fere zodiaci partes ea prouincia Ptolomæo per longitudinem attineat/singulis uero partibus quingenta plus minus stadia respondeant/eodem Martiano auctore qui & Ptolomæum sequi profitetur.

Ex capite quinto.

A MEDIO EXCVRSV CYNTOS VOCATVR. Legendũ quibusdam uidetur Cyrtos/hoc est curuata lunæ modo: sequitur enim per sinus lunatos duo cornua emittens:nam & luna dicitur amphicyrtos cum in solis triquetro semiambitur orbe:Sed Cocinthum lego auctore Plinio/qui ait Cocinthum quod esse longissimum Italiæ promontorium aliqui existimant.Item Polybius uolumine secundo promontorium Italiæ Cocinthum uocari tradit ab indigenis/quod meridianam plagam spectans Ionium & Siculum mare discriminat. Et infra:EQVE CVRSV MEANTE. Scribendum est æque/ut sit quod græci dicunt εὐθυωρίαν: hoc est non per diuerticula itineꝝ/quæ obiectu montiũ & interuentu cõualliũ aut fluminũ flexu plerũq; necessaria sunt/sed in directum acta mensura/ut prædiximus. Et infra:MEDIAM ATq; FERME CIRCA VRBEM.Lego Mediæ/ut Italiæ longitudinẽ subaudias.

Ex eodem quinto.

A CASTRO NOVO ADRIATICI MARIS ALPIVM.Lego Alsium ex Ptolomæo Plinio ac Silio:Necnon argolico dilectũ littus aleso Alsium. Strabo inter hostia Tyberina & Pyrgos sitũ est inquit Alsium.Cum hæc proderem quæsitũ est a me quid illa sibi uerba Plinii hac parte uelint/Italiam incedere inter sextã horam primamq; brumalem:Respõdi significare inter meridiem &

hibernum solis ortum hoc est uentum uulturnum. Strabo καίτοι φασὶν ἄκραν εἶναι τρίγωνον ἐγκειμένην πρὸς μόνον καὶ χειμερινὰς ἀνατολάς. Sexta uero diei hora idcirco ad meridiem pertinet/q̃ apud ueteres solaria in horas tã noctis q̃ diei temporales nõ æqui noctiales diuisa ꝓponebant̃:ita singuli dies nocteſq; horis cõtinebant̃ duodecim:& qđ sequẽs est/meridiẽ hora diei sexta designabat.ob id & uulgares horæ noïabantur/quas græci Cæricas/id est tpales ut supra diximus uocabãt. Ex eodem quinto.

POPVLIq; IN ALPINIS.Legendũ Inalpini:qđ uerbũ apud auctores præcipue uero Plinium uel frequens est. Et infra:VEDIANTIOꝝ.Ptolomæus Vendiatioꝝ.& infra:GEMELLIO.Antoninus & Ptolomæus Cemeneliõ a Cemeno Alpiũ mõte:a quo Varus amnis in Narbonensem uersus delabit̃/ut in ea regione diximus.Eiusdẽ Antonini codex/prouinciæ inquit maritimaꝝ alpiũ uocatæ:fuit & Ventiũ & Cemeneliũ.Idẽ & Ptolomæus tradit fere.

Ex eodem quinto.

SALVIDECEATES MOXVBII. Scribendũ Salyi deceates oxybii: auctor Polybius & secutus eum Strabo πολύβιος δὲ προστίθησι τοῖς δυὸ φύλοις τῶν λιγύων τότε τῶν ὀξυβίων καὶ τὸ τῶν δεκιητῶν. Nec multo post καλοῦσι δὲ τοὺς σάλυας οἱ μὲν παλαιοὶ τῶν ἑλλήνων λίγυας. Ex eodem quinto.

CITRAVENE. Legendũ Citra/cũ ex uetustis codicibus/cũ q; de Liguribus qui trans Alpes sunt/disseruit ut nũc de iis q citra sunt loquat̃:nã duo esse Ligurũ genera cis Alpes & ultra testes sunt Liuius Strabo Plinius. Ex eodem quinto.

CITRAVENæ MESTVRI SOTIBAGIENNI. Lectio uetus fere Citra ueneni & Caturgis orti Vageni.Plinius hoc libro:Inter alpinas gẽtes finitimi inqt Ceutrones & Cottianæ ciuitates & Caturigibus orti Vageni Ligures:ita.n.locũ eũ q & mẽdosus erat/legimus.Porro Caturiges a Strabone Ceutronibus uicini statuunt̃: Caturgi a Ptolomæo noïati:sed hæc in cap^m xix.seruemus.De Vagenis Silius: Tum pernix ligur & sparsi per saxa Vageni.

Ex eodem quinto.

STATI ELLIBI VELLI. Vetus lectio Statyelli uibelli magelli: nã & aquæ Statyellorum dicuntur paulo inferius a Plinio qui & Statyellas aquas in Liguria trigesimoprimo libro memorat. Sed & Strabo quoq;/etiam si corruptũ ea pte locum interpres latinus ignoscendo errore transgressus est: Τίκιμος ἔφη ποταμὸς συμβάλλων τῷ πάδῳ καὶ διέρρων καὶ ἄκουα ϛατονέλλα μικρὸν ἐν παρόδῳ.

Universidad de Deusto
Biblioteca

Et paulo inferius idem Strabo: Via inquit ea quæ ab oppido Genua ducit Placentiã aquæ Statuellæ habentur. hinc se noster Merula Statyellensem nuncupat/ibi natus ubi nunc Alexandria est sita palearum cognomine.

Ex eodem quinto.

INDVFRIA. Lege Industria: Plinius hoc ipso libro testis & Clau. Ptolomæus. Et infra: A SACRIFICIO RITV. Legendũ A sacrifico ritu/hoc est ἀπό τοῦ οὐειρ. Habent & codices uetusti Sacrifico/non Sacrificio.

Ex eodem quinto.

AVSEREM ET ARNVM. Strabo Aesarem/non Auserem ut in alterutro sit mendum.

Ex eodem quinto.

POPVLOꝙ AETHRVSCoꝝ. Lego Populoniũ ex Strabone Ptolomæoq;. Populoniã Pomponius. Plumbinũ sermo uernaculus.

Ex eodem quinto.

COSSA VOLGENTIVM. Vetusti codices Volcientium a Volcis oppido iuxta Cossam auctore Ptolomæo: qui & Cossas plurali numero uocauit/quemadmodũ & quãdoq; Strabo: nam & in Oenotria Italiæ parte/ut ait Stephanus/altera fuit Cossa.

Ex eodem quinto.

AGILLA A PELASGIS CONDITORIBVS DICTũ ALSIVM. Distinguere oportet ut Agyllam nõ ad Alsiũ sed ad ipsũ Cære/quod græci Cæreã uocant/referas. Strabo ἄγυλλα ὥμο μάζετο πρότερομ ἢ μῦμ κερᾶια καὶ λέγεται πελασγῶμ κτίσμα. Meminit & Dionysius & Pausanias. De Alsio dictũ est supra ubi mendose legebat Alpiũ.

Ex eodem quinto.

ALSIVM PHREGNE. Scribendũ Phregene. Strabo ἐμ μέσῳ τῶμ πύργωμ καὶ ὥςίασ τὸ ἄλσιομ καὶ ἢ φρεγήμα. Silius/Alsiũ & obsessæ campo squalente phregenæ. Antoninus/Ab urbe inquit fregenas mari. xxviii. M.p. inde Alsium. ix. Sũt & Phreginates in Latio de qbus infra: nã & hoc animaduertere oportet multas in Aethruria ciuitates iis quæ in Latio referunt hĩ cognoies: ut Ferentinũ: etiã si Ptolomæus Ferentiũ/Strabo tamẽ Ferentinũ/utcũq; in Thuscia Ferẽtini potius/in Latio Ferentinates dicant: de qbus infra Plinius: ut in Stephano Ferentani & Ferentii/nõ tamẽ a Ferentio Ferẽtinoue/sed a Ferento Sabinoꝝ oppido aut Samnitũ: de quo Halicarnassæus Dionysius. xvii. historiaꝝ uolumine: ut hoc fortasse illud sit de quo Valerius: habitabat inquit secũdo libro in uilla sua

prope uicinum Sabinæ regionis Ferentum: etiã si corrupte Fretũ legitur. non sum nescius Eretum id a quibusdã scribi ex Strabone Liuioq;: nec improbo. Tibur inquit Strabo & Eretum uici potius q̃ oppida. Idem paulo post: Via inquit Salaria in quam & Nomẽtana concidit: ibi Sabinoꝝ uicus supra Tiberim ἡρητόρ nomine. Antoninus quoq; ab urbe inquit Eretum distat. xviii. M.p. Dionysius Eretum inquit Sabinorum fuit oppidum. Virgilius Ereti manus omnis oliuiferæq; mutiscæ. De Mutiscis in regione quarta disceptandum. porro Eretum modo is uidetur locus esse qui mons Eretum: & corrupta uulgo dictione mons rotundus appellatur.

Ex eodem quinto.

COLONIA RVSELLANA SANIENSIS. Ptolomæus & Cornelius Tacitus Senẽsis a Sena urbe ut quidã coniiciũt/unde Pius pontifex. In Festo quidem Sanates legimus uocatos/qui supra & infra Romam habitauerũt: quia cũ defecissent a Romanis/breui post redierũt in amicitiã quasi sanata mente. Cõmeminit & Senæ urbis Polybius Straboq;: Sed p Senogallia φουέρτια δὲ καὶ σῆμα πρὸσ τῶ σάπι ποταμῶ καὶ ῥουβίκωνι ἦλθ συμάπτουσι τῶ ἀριμίνω. Silius Et Glanis & Rubico & Senonum de nomine Sena: Item Lucanus uolumine secũdo. Fuit & Suana/unde Suanenses in Aethruria: de qbus paulo post Plinius/Itẽq; Ptolomæus/qui & Rusellã urbem quã Rusellanã Plinius: Meminit & Dionysius: in cuius loco nunc sit Rusellio ut credunt aliqui. Illud obiter quoniam succurrit monendi sumus in Strabone legi quodã loco in Aethruria acacusym Phaliscum mẽdosissime pro æquum phaliscũ in uia Flaminia. Silius/hos iuxta nepesina cohors æquiq; phliisci. Virgilius: Qui fescenninas arces æquosq; phaliscos. etiam si quidam legunt equosq; phaliscosq;/ut sit Hypermetron.

Ex eodem quinto.

CRITONA. & paulo post ARENTINI & CARTONIENSes dubiũ nõ uidet qn Aretini nõ Arẽtini ab Aretio scribere oporteat ex Plinio Dionysio Strabone cæteris. Cortonẽses a Cortona Straboni Ptolomæo. Dionysius tamẽ Cortoniã uocãdo cã/uidet Cortonienses deducere. hæc & Croton inqt ante dicebat. De Cirtona paꝝ cõstat: uetusti certe codices Vtricina hic habẽt nõ Cirtona. Sũt in quibus Sutrina siue ab Vtrico siue a Sutrio.

Ex eodem quinto.

AQVASENSES. Vetus lectio Aquenses. Ptolomæus p diminutionem Aquulenses ab Aquulea Aethruscorum urbe.

Ex eodem quinto.

HERBANVM NEPE. Strabo/Ptolomæus/& antiqui fere codices Nepeta. Dionyſius Halicarnaſſæus Nepetos tertiodecimo uolumine. ab hac Nepeſini ut inqt Stephanus/nō Nepetini. Ob id Silius: Hos iuxta Nepeſina cohors æquiq; phaliſci. Hodie tamē uulgo Nepe appellat̄. Liuius/Nepete inqt exercitus ductus libro. vi.

Ex eodem quinto.

SVBERTANI. Ptolomæus Sudertani. & infra: SCATONES. Lego Statones: unde Statonēſis ager in Vitruuio ac Plinio duobus locis/ſecundo/& trigeſimoquinto libro. Item Seneca in naturalibus quæſtionibus de aquis. Item Strabone καὶ φαλίσκοι καὶ μέπεται καὶ σταϊωρία

Ex eodem quinto.

VERTVLONIENSES. Lego Vetulonienſes ab oppido ut Ptolomæus ait Vetulonio. Dionyſius Vetuloniatas. Silius Vetuloniā uocauit: Mæoniæq; decus quondam uetulonia gentis. De hoc & ſuperiore libro dictum.

Ex eodem quinto.

VERENTANI ESETINI. Vltimū hoc ab. u. lra incipiat oportet quando quidem hoc loco populos p elementoꝝ ordinē enumerat. quod quidem facturū ſe teſtatus eſt paulo ante. Illud conſiderent legentes In Plinio Ptolomæoq; Veretum & Vaſentum quidē legi ſed in Salentinis ut fieri potuerit/aut hos illorum/aut illos horum colonos fuiſſe.

Ex eodem quinto.

SICVTI TINNA ET GLANIS. Strabo Tiniam uocat: Item Silius: In Tyberim properans Tiniæq; inglorius humor Et Clanis & Rubico. Ex eodem quinto.

LOCVS SOLIS INDIGETIS. Legendū Lucus Iouis indigetis ex Liuio/Solino/Halicarnaſſæo Dionyſio: nā & Cicero de natura deoꝝ li. tertio: Ex herculibus ſex tertiū cognomento Iouis indigetis uocatū ſcribit. Indigetes q & cur dicant̄ Seruius & alii. Et infra LACVS FADANVS. Vetuſti codices Fundanus a Funda urbe ut Dionyſio Halicarnaſſæo placet: ſiue a Fundis ut Ptolomæo. nūc quoq; Fundi appellant̄/hodieq; ſolū paluſtre ibi eſt: ita tamē ut ædificioꝝ ueſtigia ruinæq; cernantur.

Ex eodem quinto.

IN ABIECTO LATIO. Scribendū In adiecto latio/Etenim prior limes ad Teracinam fuit ut prædictum mox eſt: Latium antiquū

inquit a Tyberi Circeos ſeruatum/ſequens ad Sinueſſam/Strabo quoq; auctor: nam Seruius Latium inquit duplex a Tyberi ad Fundos: & aliud inde ad Vulturnum.

Ex eodem quinto.

ET IN DELICIAS HALICAE EPVLANTVR MENSIS. Vetuſti codices Politur meſſis: nā & libro. xviii. Halicā quæ in Cāpania Laboriæ cāpo laudatiſſima naſci dicit̄ e Zea fieri conſtat/tuſa nudataq; ſuis tunicis: qđ quidē fere aliud nō eſt q̄ poliri. Sed & politiones agroꝝ legimus p culturis uocari/ut etiā ita ſcribi poſſet/Et in delicias halicæ poliuntur menſis. Et infra: CONCHYLIO PISCE NOBILI. Scribendum Conchylio & piſce nobili ex uetuſtis codicibus. Piſcatione fertilē eſſe Campaniā Dionyſius Halicarnaſſeus primo libro ſcribit.

Ex eodem quinto.

THEANVM SIDICINVM COGNOMINE NOLA. Diſtinguendum eſt ut duo hic oppida ſignificentur Nola & Teanū: qđ ut ab Appulo Teano ſepararet̄/Sidicinū inqt cognominatum eſt Strabo auctor. Ex eodem quinto.

CAPVA AB. XL. CAMPO. Vetus lectio nō Quadrageſimo habet ſed undecimo: ut ſit forte qđ ſcribit Strabo: quia caput inqt duodecim eſſet urbiū/hoc eſt ipſa duodecima reliquis undecim præeſſet Euſtathius etiā ab urbe cui nomē Cāpus eſſet/uel a Campoꝝ planicie abundantiaq; ut Diodorus qui. M. Genutio & Agrippa Curtio Chilone Cos. exædificatam eam tradit.

Ex eodem quinto.

VEFVLANI ARPINATES. Dubiū nō eſt quin uerbū primū per a. non p. u. principio ſcribendū ſit: quoniam de popularibus. a. lſræ hic diſſerit̄. Error & in uerbo HERNET ū: q; ibi de lſra. c. agatur. Iterē in uerbo GABIENSES: propterea uel Cabienſes uel certe Fabienſes legendū cū ſequentibus. Fuerunt & Fabienſes alii ab urbe dicti Fabia/ut inquit Appollodorus/in Celtogallia conditoris habente nomen Imperatoris Romani. Paulo quoq; infra in uerbo SVCCASANI erratum eſt: quoniā de populis ab. i. non ab. s. lſra incipientibns loquatur.

Ex eodem quinto.

LAVINI. Scribendum putant aut Lauinii hoc eſt Laurentes: nam & Latinos pro Latiniis ſiue Latinienſibus ſeptimo libro uſurpat Virgilius. aut Laniuini potius/quoniā de Laurento dictū ſupra eſt in ora ipſa littoris inter hoſtia & Numicū amnem quanq̄ octo

Universidad de Deusto
Biblioteca

milibus a mari ut Seruius existimat/qui & Lauinum & Lauinium & Laurentum & Laurolauinium id appellat. Strabo Lauinium a Laurento dirimit:quandoq; idem facit tribus supra mare milibus id statuens. Sunt qui Lauinium a Laurolauinio distinguant. Dionysius Halicarnasseus tris facit populos in Latio/Lauinienses/Laurentes/Lauiniatas.Proinde in uetustis Virgilianis codicibus non Lauinaq; sed Lauinia uenit littora scriptum inuenias etiã si nõ ꝓbat id Seruius:Itéq; apud.M.Varronem & Siliũ. De Laniuinis in antiquo monumento/Senatus populusq; Laniuinus.hos græci a Lanuuio Lanuuinos fere appellant.Itemq; nos plerũq; ut Cicero Liuiusq;.Antoninus quoq; in suo Itinere Lauiniũ siue quod idem quibusdam est Laurentum a Lanuuio distare scribit his fere uerbis: Ab Vrbe ad Hostia.xvi.M. Inde Laurentum totidem.inde Lanuuium totidem.Vbi Iunonis sospitæ phanum erat cui omnes Consules sacrificabant:auctores/Liuius/Cicero/Valerius.Et infra:NORMENTANI.Dionysius Strabo Ptolomæus Virgilius a Nomento urbe Nomentanos. Et infra: VLVBRENSES.Quidam ex Ptolomæo Vilumbrenses.Ipse nihil demuto:nam Græcus homo nostra pronuntiare solet plerunq; perperam.

Ex eodem quinto.

PORTAE.XXXIIII. Vetus lectio.xxxvii.Sed &.P.Victor cũ numerum portarum Vrbis tradit/hoc est trigintaseptem.uerbum autem superius COMPITA SINGVLARVM.CCLXVII.P.Vetus lectio Compita earum.cclxv.nam uici ut eidem.P.Victori placet Vrbis fuere.ccccxxiiii.

Ex eodem quinto.

ESOLANI.Error q; hic sermo est de populis ab.a.capientibus initium.Item in uerbo NVBETANI: Scribendum enim Bubetani ex Dionysio Halicarnasseo: Nam uerbum CARNEM paulo ante positum:Sunt qui libidine castigandi Carmen legisse dicant:cum tamẽ & in Romanis & in Venetis codicibus impressis non aliter q̃ Carnem legamus.notissima est autem historia ut de qua Liuius.xliii.uolumine: Itẽ.M.Varro:Sed & Strabo quoq; nõ nihil de feriis Latinis attigit: Item.M.Cicero: Et Vergilius primo libro:Et uiscera nudant. Viscerationẽ hanc aut similẽ Athenienses Creonomiam uocabant. Latinæ igitur feriæ dies concepti uus erat dictus a Latinis populis quibus ex Albano monte ex sacris carnem petere fuit ius cum Romanis.

Ex eodem quinto.

CECINA.Scribendum puto Cenina ex Dionysio & Liuio/qui ait: nouæ urbis maxime proximi quiq; Ceninenses Crustumini Antemnates.Itemq; non multo post:Et Ceninum nomen & Ceninẽsium Regem qui Acron uocaretur:unde spolia opima Romulo. Quod autem sequitur: FICANA CRVSTVMINVM MERIDIA.MEDVLLVM. Scribo Ficulnea Crustumerium Ameriola Medullia siue Medulliũ. nam & uetus lectio habet Crustumeriũ/& Dionysius: & Liuius primo libro:Omne inquit nomen latinum Tarquinius priscus domuit Corniculum. Ficulnea uetus cameria.Crustumeriũ.Ameriola.Medullia.Nomentũ.Itemq; infra:MVNIENSES ET POLLETAVRINI. Liuius Mutucumenses & Pollustini ab oppido Pollustia.Medulliam & Dionysius iisdem locis cõmemorat.

Ex eodem quinto.

BOLANITII SVETANI.Vetus lectio correctior Bolani Cusuetani/quando littera.c.non.s.hoc loco exigitur. Paulo quoq; infra: CORETII.Antiqua exemplaria Foretii/quoniam de littera.f.nõ de.c.agatur.Fuerunt & regione sexta Casuentini/quod nomen in marmoribus quoq; uetustissimis aspicitur. Et infra:LONGANI Scribo Longulani ex Dionysio.Item Liuii secundo a Longula oppido non procul Coriolis/Bolani quoq; a Bola insigni quondam urbe/ut Dionysius ait/dicuntur.

Ex eodem quinto.

AD GN.POMPEIVM ET.L.CATONEM COS.Legendum Carbonem qui reꝝ potitus est/nõ Catonem/auctore Liuio Plutarcho Apuleio cæteris.

Ex eodem quinto.

IVNONIS ARIGIæ.Domitius legebat Acrææ/q; Corinthi Strabo eã coli diceret.Addo & Pausaniã/qui non Iunonẽ modo sed & fortunã quoq; Acræã ibi cognominatã scribit. Quidã Aricinæ lectitãt.Cæteꝝ Diana quidẽ Aricina celebraꝫ ab eodẽ Pausania/ut Virgiliũ prætereã/sacris eius ab Hippolyto patrẽ Theseũ perosoe Græcia illatis certamine gladiatoꝝ quotãnis instituto/fugitiuis tantũ pugnãtibus.Aricina Iuno qualis fuerit nõ cõperi:quãobrem scribendũ est uel Argoniæ uel Argiuæ:cũ ex Iulio Solino in Polyhistore/q Argiuæ Iunonis phanũ ab Iasone tradit exædificatũ fuisse/tũ uero maxime Strabonis astipulatu:post fauces inquit fluuii Silaris Lucania & Iunonis templũ Argoniæ qd̃ Iason cõdidit. Fuit & in Veneta ꝓuincia delubrũ Argiuæ Iunonis eodẽ auctore.

Iuno acreꝫ
Fortunaq acreꝫ

Universidad de Deusto
Biblioteca

Ex eodem quinto.

PELASGI ET NOTRI ITALI MORGETES. Legendum Oenotrii codices antiq/& Strabo δικῆσαι σικελοῦς καὶ μοργῆτας διᾶραι ὕστερον εἰς τὴν σικελίαν ἐκβληθέντας ὑπὸ τῶν οἰνωτρῶν.

Ex eodem quinto.

OPPIDVM BVXENTVM GRAECIAE PRIVS MAGNÆ NVNC LVCANIAE LAVS AMNIS. Vetus lectio: Oppidū Buxentum græce Pyx laus amnis. Proinde scribo Pyxus/nō Pyx neq; Prius. Verba autem illa/Græciæ prius magnæ nūc Lucaniæ adulterina sunt atq; suppositicia/cuiusmodi solet imperitia cōfingere quoties quod ignorat/aut scire se credit/aut uideri scire desiderat. Strabo μετὰ δὲ παλίνουρον πυξοῦς ἄκρα καὶ λιμὴν καὶ ποταμός. Et statim infra: μετὰ δὲ πυξοῦντα λαὸς κόλπος καὶ λαὸς ποταμὸς καὶ πόλις. Stephanus Pyxin uocat eam id est a Buxo Buxentum: de qua Silius Ptolomæus cæteri.

Ex eodem quinto.

TARENTVM OPPIDū PORTVS ORESTIS ET MEDDVA. Dubitare nemo potest mendosam in Tarento lectionē esse quandoquidem Tarentum ultra nō citra Leucopetram situm est ut post liquebit. Vetus lectio in plerisq; Taurentum. Ipse Tauranum siue Taurianum. Pomponius Rhegium/Scylla/Taurianum Metaurū: Strabo ὑπὲρ δὲ τῶν θουριῶν καὶ ἡ Ταυριανὴ χώρα ἵδρυται. Ab hoc & Ptolomæo scopulus hac parte Taurianus appellatur. Stephanus: Taurania Italiæ inqt urbs est/cuius municipes Tauranini denominātur. De Meddua Strabo quoq; meminit/sed Medmam uocat a fonte dictam cognomine. Ex hac urbe Medmæum Philippum qui de uentis scripsit celebrant.

Ex eodem quinto.

COLONIA REGIA. Ex Strabone uidetur Columna non Colonia scribendum. Item superius ubi legitur/Traiectus ad Coloniā regiam. Græci enim locum eum Stylida id est Columellā uocāt: ea turriculæ modo erecta ex aduerso turrem in Peloro sitam respicit: hodieq; a multis appellatur Stylarion. Sunt & uetusta quædā exemplaria/in quibus non Colonia sed Columna Rhegina legit. Strabo ἀπὸ κέρυος μέχρι τοῦ τῆς ῥηγίνης στυλαίδος πορθμοῦ διήκει στεμφοπόλιος ὅσον ἑξαστάδιος. Et infra paulū ἀπὸ δὲ στυλαίδος ἑκατὸν εἰς ῥήγιον ἤδη τοῦ πορθμοῦ πλατυνομένου. Ex iis uerbis columna Rhegina ab ipso Rhegio apertissime distinguitur. Pomponius/In Brutio inquit sunt columna Rhegia/Rhegium:

Scylla/quanq̄ non Columna in eo quoq; sed Colonia mendose legebatur. Plinius quoq; Siculum fretum ad Columnam Rhegiam non ad ipsum Rhegium uult intelligi hoc loco. In relatione item Siciliæ fretum inquit in longitudinem. M.d. passibus ad Columnam Rhegiā. Nequa uero dubitatio supersit: Antonini facit iter: cuius hæc sunt uerba: A Mediolano inquit per Picenum & Campaniam ad Columnā id est traiectum Siciliæ. dcccclvi. M.p. Item non multo post: Ab Vrbe inquit ad Columnam recto itinere. cccc lii. M.p. Item alio loco uoce græca usus est: A loco Naus ad Stylida prouinciæ Calabriæ stadia. dc. a Stylide ad Zephyrium promontorium stadia. cccxx. nauigantibus: sed Stylis hæc alia q̄ Regina est: nam in Calabria Columnam esse constat ex iis uerbis: & in Lucania freto Siculo. Ab hoc dehiscēdi argumento/Rhegium græci nomen dedere oppido in margine Italiæ sito: Strabo tamen etiam a Rege dici potuisse Rhegium existimasse quosdam refert. Trogus/quoniā inquit græce abrupta hoc noīe pronuntiantur.

Ex eodem quinto.

CENIS EX ITALIA. Scribendum Cænys per. y. ex Strabone. Infra quoq; mox: INDE RHEGIVM. XLIII. P. Scribo/Inde Rhegium. xii. M.d.p. Idem auctor: A Columna inquit Rhegia centū stadiis ad urbem Rhegiū angustiæ freti pertinent.

Ex eodem quinto.

LOCRI COGNOMINATI II A PROMONTORIO ZEPHYRIO. Scribendum sine uerbo Ii. dicuntur enim Epizephyrii a promontorio Zephyrio in Zephyrum uentum spectante: quem ob id Dionysius Poeta in situ orbis Locrum uentū cognominat: auctores Strabo Pausanias & cæteri. & infra: IN EO Q VĒ MARIA NVNCVPANT. Legendū In eoq; maria nuncupāt.

Ex eodem quinto.

AB DIANIO. LXX. STAD. Legendum Septingentis ex Solino Strabone Ptolomæo. Et infra: PALINAM ET POLLENTIĀ. Legendum Palmam ex Ptolomæo/Palamam Strabone/qui tamē non Pollentiam ut Ptolomæus Pomponius & Plinius/sed Potentiam uocari tradit alteram: alioquin uerbum Pollentia significat potentiam auctore Nonio. Plautus Rudente ne ineptorum potior sit Pollentia.

Ex eodem quinto.

LATINORVM CIVIVM ET TVCINI. Vetus lectio Latina ut sit sensus/Romani iuris duo fuisse oppida/Palmā & Pollentiā:

Universidad de Deusto
Biblioteca

Latini quoq; duo/Cinium & Cunici/quoniã ita nunc uocentur.

Ex eodem quinto.

E REGIONE PALINAE VRBIS MERARIA ET TIQVADRA PATRIA HANNIBALIS. Legendum ut dixi Palmæ non Palinæ. Porro uetus lectio non Patria sed parua Hãnibalis. Alioqui uidetur quibusdam & patria legi posse/q; Hannibal in Hispania non Africa sit editus/ex Liuiano illo: Pœnus inquit hostis nec Africæ indigena ab ultimis terrarum oris freto Oceani Herculisq; columnis. Idem non Tiquadram sed Triquadram legunt/q; ea sit eius forma & a nautis cunicularia ut aliæ multæ ab animalis eius copia dicatur alias deserta.

Ex eodem quinto.

LABONEM ET MAGONEM. Ptolomæus Magonem & Iamnonem per.i.non per.l. Pomponius quoq; Iamno & Mago. Sunt qui tres urbes ita nominent/Labonem/Sansenam quæ & Iamno sit/& tertiam Magonem: sed auctorem desidero.

Ex eodem quinto.

CVNICVLOS EBVSIS GIGNIT POPVLANTES BALEARIVM MESSES. Vetus lectio contraria hoc modo: Nec cuniculos Ebusus gignit populãtes balearium messes: quod & perplacet. Plinius octauo libro/ubi & mendum erat: In Ebuso inquit cuniculi non sunt/scatent iuxta Hispaniam baleribusq;. Pomponius Mela/Ebusus animalium quæ nocent adeo expers ut ne ea quidem quæ de agrestibus mitia sunt generet aut inuecta substineat.

Ex eodem quinto.

MOX QVAE BLASCONVS VOCATVR. Straboni Blascon dicitur hæc insula/itemq; Ptolomæo: nã Martianus Blascorum.

Ex eodem quinto.

STOECHADES A VICINIS MASYLIENSIBVS DICTæ PROPTER ORDINEM. Vetus lectio Tres Stœchades &c̃. Itemq; Martianus atq; Stephanus etiam si quinq; dicũtur a Ptolomæo. Et infra stati;: QVO SITAE SVNT ERVNT NOMINA SINGVLIS. Antiqua exemplaria/Quas item nominãt singulis uocabulis. Quod autem sequitur: PROTE MESE QVAE ET POMPONIANA VOCATVR TERTIA HYPE. Martianus tres inquit Stœchades/quarum hæc sunt nomina singularum: prima Themista: secunda Põponiana: tertia Hypæa. Cæterum fieri potest ut ex Tetrachordi quadã similitudine Proten & Mesen & Hypæam uocauerint: ut Hypæam ,p summa hoc

est postrema/quæ item Nete dicitur/accipiant.

Ex eodem quinto.

PHILARERO ET LERINA. Quid si legatur Phila Lero & Lerina. Strabo/Post Stœchades inquit planasia/& Lero/in qua phanum Leronis. De hac & Ptolomæus. De Lerina/Hirtius qui Salustium Crispum a Cæsare missum in Lerinam insulam scribit ad colligendas naues quæ deerrassent: etiam si Celerina scriptum est ut arbitror mendose. Antoninus ab Antipoli Lero & Lerinus insulæ absunt inquit.x.M.p.

Ex capite sexto.

GORGONA. Scio quidem Gorgonis insulam hoc loco statui a Ptolomæo: Sed omnis tamen uetus lectio habet Vrgo/non Gorgona. Martianus quoq;: Vrgo inquit & Capraria. Pomponius: Vrgo inquit Ilua & Capraria. Proinde in Ptolomæo quoq; legendũ erit Orgonesos id est Orgos insula siue Vrgo. Stephanus/Orgon inquit insula est Aethrusci maris: unde Orgonii dicuntur ut Antronii gentiliter. Item ET CONTRA LITTVS VAPONAE. Vetus lectio/Ambæ cõtra Cossanum littus & Barpona: ut hæc sit nomen insulæ quam Pomponius Carbaniam appellat: Iginium inquit & Dianium & Carbania. Quid q; nullum Vaponæ littus appellari constat?

Ex eodem sexto.

IN ANTIANO STVRA. Scribendum Astura. Plinius supra: Antium inquit Colonia flumen Astura & insula. Idem secundo & trigesimo uolumie: Tenuit inquit & nostra memoria nauim Caii principis ab Astura Antium nauigantis. Suetonius in Tiberio: Rediens inquit propere in Campaniam Asturæ in langorem incidit. Sed & apud Virgilium sunt qui legant libro septimo: Qua Asturiæ iacet atra palus geliduſq; per imas/quærit iter ualles atq; in mare conditur ufens. Ipse Pontinam paludem interpretor ex Plinio qui ait: Post Circeos Pontinam paludem fuisse loco.xxiiii. quondam urbiũ Capaci. deinde flumen Vfens. Proinde nec Asturiam in eo uersu legerim: sed Saturam ut nunc est: nam & Satyra locus alter proxime Tarentũ fuit. Sed & in Strabone Sturas amnis pro Astura corrupte scriptum est.

Ex eodem sexto.

NON AB ECA AENEAE. Vetus lectio Non ab Aeneæ nutrice. Quidam recentiorum/Non ab Caieta Aeneæ nutrice: quo nihil est absurdius: cum nutricem hanc unde nomẽ insulæ/Prochytam

Universidad de Deusto
Biblioteca

non Caietam uocatam ſcribat Dionyſius primo libro.

Ex eodem ſexto.

HOMERO INARIME. Quidam legunt Inalime falſo quaſi maritimam. Homerus ἐιμαρμένοισ ὅθι φασὶ Τυφώεοσ ἔμμεναι ἔνδοθι. In quo ſciendum quoſdam non una dictione iunctim ſed duabus ἐιμ ἀρίμοισ legere. Papinius aut uictam ſupera ad conuexa leuari Inarimen. Silius/Non prochyte non ardentem ſortita Typhœa Inarime. Et alibi: Apparet procul Inarime. Meminit & Lucanus & Valerius Flaccus & Claudianus & alii poſt Virgiliũ. dicta uero Inarime ab Arimis ſiue populis ſiue beluis/ita Aethruſcorũ lingua dicente Simias/quas græci Pithecos uocant: unde nomen inſulis Pithecuſæ/ut Straboni placet & fere Ouidio/Steriliq; locatas colle Pithecuſas habitantum nomine dictas. Plinius a Figlinis doliariorum: proinde per.i. non per.y. ſcribendum. dolia enim Græci Pithos/Simias Pithecos uocant. Poteſt & Ouidianũ illud cum Plinii ſententia congruere: ut habitantum hoc eſt Doliariorum ſubaudias.

Ex eodem ſexto.

ITEMQVE PINTON. Vetus lectio Pintonis: lego Phitonis ex Ptolomæo & Capella Martiano: qui tamen Pitonis.

Ex capite ſeptimo.

A GADIBVS. XIII. L. Scribendũ puto ex antiqs exẽplaribꝰ. xiiiicẽ cẽtena. l. M. hoc eſt. M. cccc. l. ut priore libro diximus. cũ enim abeſſe conſtet Gades ipſas ab occidentis limite partibus ſex/Sardiniam fere triginta/diſtributis in ſingulas partes quibus longitudinis a Gadibus in Sardiniã menſura ſuperat/ſtadiis quingentis hoc eſt. lxii. d. M. p. efficitur/ut inter duas inſulas miliaria. M. d. ſcrupulari ſupputatione colligantur. Et infra: GARDITANO. Scribendũ Gorditano ex uetuſtis codicibus Strabone Ptolomæo Martiano.

Ex eodem ſeptimo.

A SVLCHERSI. Legendum a Sulchenſi Pomponius/Item Strabo: Inſignes inquit urbes Calaris & Sulchi. Artemidorus qui ſcripſit epitomen Solci: Pauſanias Sylci/Carthaginenſium conditorum. Ptolomæus tamen & Stephanus Sulchos a Solcis in Sardinia uidentur mihi diuerſos exiſtimaſſe.

Ex eodem ſeptimo.

SALARI. Legendum forte Balari ex Pauſania/qui ſcribit lingua eorũ ita ſignificari fugitiuos. Strabo/Quatuor inquit in ea populi

mõticolæ: inter quos Balari. Plinius & Martianus: Quidã inquit haud procul ab ea etiam Belerides ponũt inſulas quaſi Balarides a Balaris appellatas.

Ex eodem ſeptimo.

ET QVAM VOCANT HIERACAM. Codices uetuſti Haralitra. Martianus Heras Lutra/quaſi Iunonis balneas: Non longe inquit Balaridas dicunt/& Callode/& Heras Lutra. Non me latet & Hieracon id eſt Accipitrum eo mari quandam inſulam uocari Ptolomæo: ſed antiqua lectio nec inuerti nec interpollari debuit.

Ex eodem ſeptimo.

ILIENSES. Quidã Iolenſes ſiue Iolaenſes ex Strabone Diodoroq; ac Solino/ab Iolao Iphicli filio: ſiue Ariſtei ut idem Solinus alio loco quaſi oblitus ſui tradit. Cæterum Pauſanias & Iolaenſes ab Iolao in Sardinia fuiſſe memorat & Ilienſes quoq; profectos Ilio. Pomponius Ilienſes inquit antiquiſſimi populorum in Sardinia. Meminit & Liuius. Paulo infra LIBISONIS: Ptolomæus Biſonis ut arbitror perperam.

Ex capite octauo.

ANTE OMNES CLARITATES. Legendum Claritate. Itemq; infra ubi dicitur fretum Siculũ in latitudinem patere. CXD. Scribendũ ex uetuſtis codicibus aut. M. d. hoc eſt paſſibus mille quingentis: quæ menſura colligit ſtadia duodecim. Plinius ſupra Siculum inquit fretum duodecim ſtadiorum interuallo: aut ibi ſeptem ſtadiorum interuallo/hic autem. dcccxl. paſſibus. Aſtipulantur Strabo & cæteri fere: ut qui heptaſtadium uocari fretum illud tradãt aliquando hexaſtadion. Quod autem ſubinde conſequitur AD COLONIAM RHEGIAM. Alibi monuimus Columnam ſcribendum uideri/non Coloniam.

Ex eodem octauo.

CATINA. Scribunt omnes quidem græci Hecatæus/Strabo/Polybius/Diodorus/Ptolomæus/non Catinam ſed Catanam: uulgus quoq; ita fere nominat: unde Catanæum Charundam ſcimus eum qui leges Athenienſibus dedit. Accedit q; uel ἀπὸ τοῦ κάτω καὶ ἄμω dicitur: quia cum ignes ex ætna erumpunt/ſuperiora infiunt: uel ἀπὸ τοῦ καταβαίρειμ ἤγμᾶμ qua Chalcidenſis Theocles ad Amelianum amnem uectus deſcendit/nauem porro Dorienſes uocant Nan. auctores parte Thucydides parte Stephanus: priorẽ interpretationẽ Plinius fere hoc loco innuit: Fauilla inquit Tauromínium & Catinam uſq; peruenit feruens. Pomponius tamen

Universidad de Deusto
Biblioteca

& Cicero & Latini fere Catinam.Silius:Tum catina nimium ardenti uicina typhœo.Adde q;.M.Varro ait Siculos uas in quo ꝓ nebant eſculenta Catinon appellare:ſed in Catino media ꝓducit quæ in Catina corripitur.

Ex eodem octauo.

PANTAGIES. Ptolomæus Pantachos:eſt & nomen amnis Pantaces ab uſu medicinæ pecorum dicti:ſed in Samnio prope chalcantis & podalirii ſacella Strabo auctor. Silius tamen in Sicilia Pantagiam uocat amnem/Hippatin ac facilem ſuperari gurgite parco Pantagiam. Sunt qui Pattagiam a ſonitu deriuent ut Seruius.Sunt qui ἀπὸ τοῦ πάντα ἄγειν Claudianus Et ſaxa rotantem Pantagiam.Ad eundem modum & Thucydides libro ſexto appellat oppidum Megaras appoſitum ei tradens.

Ex eodem octauo.

MAGEA ET CIANE MILICIæ FONTES.Vetus lectio Margæa.celebratur & in Helide urbs hoc nomine/ut inquit Stephanus.Scribendū & Cyane.Item non Miliciæ ſed aut Milichie aut Miline.De Cyane Diodorus & Hælianus/coli eum prodens a Syracuſanis non uirili forma ut Anapus amnis/ſed muliebri.de hoc fonte Claudianus Silius & multis locis Ouidius.Miline colorem luteum ſignificat/ut Cyane Ceruleum.Cæterum & fons Milichie a dulcedine uideri pōt appellatus:quemadmodū e diuerſo ipſum mare ἀμείλιχον poetæ græci cognominānt: Etiam ſi & Meliten & Melacten in Sicilia fuiſſe loca docet Italicus/Telaq; ſuperba Lanigera melite & littus piſcoſa melacte:quanq; & inſulaꝝ circa eam nomina quis intelligat/cū Diodorus ſcribat in Melita inſula precioſam tenuitate ac mollicie telā fieri.Cicero quoq; in actione contra Verrem quarta ueſtem & textrinum melitenſe nominauit ex hac inſula.

Ex eodem octauo.

FLVMEN FLORVS.Codices uetuſti Flumē Elorum.Appollodorus in chronicis Elorū Siciliæ urbē ab Eloro amne dictā proxime Pachynū tradit/in quo piſces cibū manu capiant:qđ quidē & Plinius ſecundo & trigeſimo uolumine cōmemorat.Silius/Sidonios drepane atq; unda clamoſus Elorus.In Ouidii faſtis:Hinc camarinā adit thapſonq; & eloria tempe:quanq; mendoſe legit Oloria quaſi ab oloribus:quoniam cygneia tempe nominētur in Bœotia Lycophron ἐλώρου ῥείθρων πρόσθεν ἐκτερισμένην. In Cicerone itē Florini pro Elorinis plerunq; deprauatum eſt.

Ex eodem octauo.

FLVVIVS CELAS. Lego Gelas/unde nomen oppido Straboni Thucydidiq;.Ouidius/Et te uorticibus non adeunde Gela.Silius Venit ab amne trahēs nomen gela/uenit & heſa. Claudianus/Nomenq; gelan qui præbuit urbi.

Ex eodem octauo.

AMNES AGATHEMA THERYPSA CELINVS.lego Atys & Hypſa & Selinus.Silius/Necnon q̄ porant hypſamq; alabynq; ſonoros Selinus/Ptolomæo:unde oppidi quoq; nomen eſt Polybio Straboni Plinio:a quo Selinuntios atq; Selinuſios græci appellant.De Aty Claudianus/Lucus erat prope flumen Atym.etiā ſi fere adducor ut Acin legam ex Theocrito/a celeritate ita nominatum quaſi ſagittam ut inquit Euſtathius.

Ex eodem octauo.

MOX ERYX.Vetus lectio Mons Eryx.Fuit tamen & Eryx in eo monte ciuitas/auctores Polybius & Strabo. Pomponius/Montiū inquit Eryx maxime memoratur ob delubrū Veneris.Silius/Nec non altus Eryx.

Ex eodem octauo.

OPPIDA PANORMVM SOLINIVM. Scribo Selinus ex ueruſtis codicibus Strabone Silio:Audax hybla fauis palmis quoq; onuſta Selinus.Meminit & in tertio Virgilius Palmoſam uocās.

Ex eodem octauo.

CEPHALEDI SELEVNTINVM AGATHIRMVM.lego Cephalœdis Aleuntium Agathyrſum.Cephalœdis Straboni qui cū Diodoro etiam Cephalœdium appellari tradit:Item Cicero cōtra Verrem quarta/a quo Cephalœditani.Silius/Quæq; ꝓcelloſo Cephalœdias ora profundo. De Aleūtio Thucydides &.M.Tullius in Verrem quinta/ubi Aleuntinos cōmemorat.De Agathyrſo Diodorus/Strabo/Polybius/qui Agathyrſam tamen uocauit. Silius Defuerunt agathyrſa manus geminoq; lacone Tyndaris.etiam ſi Agathyrna in eo uerſu/non Agathyrſa legebatur.

Ex eodem octauo.

SEGESTANI.Vetus fere lectio Aegeſtani.Oēs quoq; græci codices Aegeſtam nō Segeſtam ab Aegeſto Troe qui cū Philoctete uenerat Thucydides Strabo Diodorus Lycophrō Dionyſius: ī uno tamē Polybio itēq; Ptolomæo q̄q; Segeſtani/qđ & in Cicerone ac Solino cernit.

Ex eodem octauo.

AGGERINI.Diodorus & Dionyſius & Ptolomæ⁹ & Cicero quar-

Universidad de Deusto
Biblioteca

ta in Verrem Agyrini siue Agyrinenses ab urbe Agyrio:q̃uis deprauata quandoq; lectio est Agimenses pro Agyrinẽses.Abest uero Agyrium siue quod idem est Agurium a Centuripis.xii.M.p. ex Antonino.Stephanus Agyrinam. Fuerũt & Argyrini ab Argyro siue Argyra ciuitate/ut Philistus inquit:unde se Diodorus Siculus historiarum conditor oriundum facit.

Ex eodem octauo.

CITATIARINI. Ptolomæus Citarii & Cacirini. Vetus quoq; lectio Citarii & Cirini pro Cacirini ab oppidis Citaria & Caciro:ut in actione Ciceronis quinta contra Verrem Ciratarinos pro Citarinos aut Cacirinos corruptum putem.Fuit & urbs Oenotriæ Cyterion/a qua Cyterini:Hecatæus auctor. nemo aũt ignorat quãta sit inter Siculos & Oenotrios uicinitas.

Ex eodem octauo.

ARGESTINI.Scribendum Ergetini Philistus auctor ab oppido Ergetio.Vetus quoq; lectio Ergetini.Quid q; hac parte Plinius loca in lras digesta numerat.Silius/Hadranũ Ergetumq; simul.

Ex eodem octauo.

ACESTIENSES.Scribendum per.e.nõ per.a.eadem ratione.Ptolomæus quidẽ Elcetienses ab oppido Elcetio:sed Stephanus Echetlenses ab Echetla:& sane hoc modo uetusta fere legũt exẽplaria.

Ex eodem octauo.

ENTELLINI NETINI.Verbum Netini uetus lectio nõ habet: omninoq; de populis ab.e.non ab.n.incipientibus hic agitur:etiã si Netini ut Silius siue ut Ptolomæus.Neetini sũt in Sicilia quos Cicero Netinenses uocauit.

Ex eodem octauo.

EGVINI.Scribendum Enguini ex eodẽ Cicerone:quanq̃ corrupte interdũ Inguini pro Enguinis:itemq; Ptolomæo.Ouidius Fastoꝝ quinto/Enguinaq; tempe:ut qui per.eu.non per.en.scripserunt eo uersu errauerint. Stephanus Hexguinos & Enguinos:Hexgyios inquit Siciliæ oppidũ est ita dictũ/quoniã sex hygnias id est geniculа & articulos habeat:unde Silius/Lapidosiq; engyon artus.

Ex eodem octauo.

HEBRYTENSES HERBENSES. Diodorus/Ptolomæus/Cicero/Polybius/Herbitẽses ab Herbita/& Herbessenses ab Herbesso quæ Romanoꝝ aliquando ut Polybius inquit fuit horreũ. Memi nit & Liuius & Pausanias & Silius . Et infra : HALICENSES. Melius Halicyenses/cum ex Cicerone/tum ex Theopompo:Inter

Ex eodem.viii.

MVTICENSEs. Thucydides & Pausanias Motyẽses ab Motye in Pachyno sita/quã Libyophœnices inqt habitauere . Vetus quoq; lectio Mutyenses.Silius:Nec maior megara mutye concordibus ausis.Ptolomæus tamen quandoq; Motycenses/itemq; Cicero interdum:sed mendose Mutinenses.

Ex eodem.viii.

MACARENSES HYPANENSES IETENSES. Legendũ arbitror Imacarenses Ichanenses Iætenses.differitur enim hic de littera.i.non de littera.m.aut.h.In Cicerone quoq; leguntur Imacarenses/& mendose aliquando Macarenses.Mentio & apud Theopompum & Ptolomæum est.De Ichanensibus apud Stephanum a supplicatione dictis:quoniam Syracusani ut eos subiicerẽt multa uouerint:nam uerbum ἰκετεύειν optare significat.Polybius & urbem Ipanam cõmemorat:sed circa Carthaginem ut fieri etiamnũ potuerit colonos in Siciliam deductos . Iætenses uero ab oppido Iætia/ut Philistus inquit . Meminit & Italicus ubi dixit:Et Celsus Iætas.

Ex eodem.viii.

MVTRVSTANI. Polybius & Philistus a Mytistrato Mytistratini/siue quod idem est Mutustratini.Habetur & in Aphrica Mytistraton circa Carthaginem auctore Polybio:ut nihil mirum sit Ipanenses quoq; de quibus paulo ante dictum est in Sicilia fuisse Non sunt autem Mutistratini quos actione in Verrem quinta Cicero Amestratinos uocat.Silius/Comitata nemæis uenit Amastra uiris.

Ex eodem.viii.

NAXINONII PETINI.Lego Naxii Noæni Petrini.De Naxiis Siciliæ populis Herodotus Diodorus Thucydides : Itemq; non nihil Strabo.sed & iter Antonini Eustathiusq; Plinius Tauromi nium ipsam quandoq; Naxon uocatam scribit.De Noænis ab urbe Nois/ut sit Noæ noarum/Apollodorus in chronicis:Nisi quis Naconii a Nacona oppido ut inqt Philistus Siciliæ/malit q̃ Noæni legere.Petrinos a petra Ptolomæus & Antoninus:nam Silius Romanos petrea duces Romana petiuit Fœdera gallipolis . Peternos Cicero uocauit/sicut Menaninos a Plinio dictos: Ipse Menenos aut Menæos appellauit:ut Silianũ illud/Comitata nemæis uenit amastra uiris.Menæis potius ab urbe Mena q̃ Nemæis scribendũ sit:aut Noænis.Cæteꝝ qđ Cicero in una Verrinaꝝ ait qua Assoro itur Neunam:fortasse Menam scribendum sit.

Universidad de Deusto
Biblioteca

Ex eodem.viii.

PAROPINI TERAPHITIENSES. Lego Phintienſes ſiue Pinthienſes: cum ꝙ de alumnis litteræ.p.uocabulis hic agitur/tum ꝙ in Ptolomæo quoꝙ Phintia & Pinthia. Sed & Pinthianæ aquæ ab Antonino Cæſare nominantur in Sicilia.

Ex eodem.viii.

SESCHERINI SELINVNTI SIMETI. Scribo Scherini Selinuntii Symæthii/ab oppidis Scheria Selinunte ac Symætho: q̄q̄ & Soluntii referūtur a Diodoro/ut ſit ſolus Soluntis quemadmodum/Opus/Phlius/Myus/Sipus/a Solunte hoſpitibus ſæuo quē confecit hercules. Nec Soluntii modo ii/ſed Soluntini quoꝙ dici poſſunt/ut inquit Stephanus: nam de Selinunte ac Symætho Plinius Strabo cæteri. Caſtigādus & in Cicerone locus in quo Aſcherini pro Scherinis deprauatum eſt/omniaꝙ ex Ptolomæo. Soluntem a Panormo.xii.M.p.diſtare ſcribit Antoninus.

Ex eodem.viii.

HILARENSES TISSINENSES. Dubium non eſt uerbū Hilarenſes corrupte legi/propterea ꝙ uel ab littera.s.uel ab littera.t. incipiat neceſſe eſt: Nam & uetus lectio Tarenſes habet. Ipſe Talarienſes ſcribendum arbitror ex Theopompo/qui Talariam Syracuſanorum oppidum fuiſſe memorat: etiam ſi non ſum neſcius multis locis Tarram urbem & Tarrenſes populos Cretenſium Colonias fuiſſe/in Lydia/in Creta ipſa: unde Lucius celeber grammaticus qui de prouerbiis tria ſcripſit uolumina & ad montem quoꝙ Caucaſum alteram. Tiſſinenſes a Tiſſa quidem oppido uocantur/de quo Ptolomæus & Philiſtus / qui tamen numero plurali Tiſſas pronuntiat/ut Silius/Et paruo nomine Tiſſæ. Cæterū Tiſſenſes a Cicerone contra Verrem actione quinta nominantur Alioquin ut ab Athenis Athenienſes/ſic a Tiſſis Tiſſienſes uocādos Analogiæ ratio depoſceret.

Ex eodem.viii.

ZANDEI MESENIORVM. Lego Zanclæi Meſſeniorum ex Herodoto/Strabone/Pauſania. Hinc Zanclæa Charybdis uel a fonte dictam urbem putant/uel ab occultata ibi a Saturno falce: quam lingua Sicula Zanclon uocant/ut Thucydides & Silius exiſtimant: Alii ab gigante Zanclo. Meſſeniorum uero propterea ꝙ Meſſenii acciſis rebus & Peloponneſo a Lacedæmoniis eiecti Zanclem occupauerunt iiſdem auctoribus.

Ex eodem.viii.

ERONESOS CEREINA. Legendum Hieroneſos ex Polybio/ itemꝙ Stephano Ptolomæoꝙ. Et Cæne/non Cereina ex uetuſtis codicibus Marcianoꝙ: nam & Stephanus mentionē facit aut huius aut cognominis: quanq̄ Cænyn uocauit nō Cænen his uerbis Inſula inquit Cænys appellatur iuxta Pelorum Siciliæ promontorium ad occidentem ſolem conuerſa. Siue id nomen habeat a promōtorio/quod in Italia Peloro aduerſum Plinio ac Strabone Cænys appellatur: ſiue a Siciliæ oppido Cæna/quæ ut inquit Antoninus ab Agrigento.xviii.M.p.diſtat. Fuit quando Cereinam corrupte pro Cercinna legi putauerim. de qua Plinius in mentione inſularum Aphricæ: cui tam eſt annexa/ut ambigi aut contribui Siciliæ nō poſſit: poſſint Gaulos/Galata/& Coſſyra: item Lepaduſa ſiue quod idem eſt Lopaduſa a patellis dicta ut Athenæus inquit Oſtreorum genere/quaſi patellaria: nam pelagi uicinitas facit/ut hæ modo Siciliæ modo Aphricæ credantur inſulæ: ut qui leguntur hic Lampaduſam nihil dicant: quanq̄ Coſyra differre Stephano uidetur a Coſyro propterea ꝙ Coſyros Sicula inquit eſt inſula/unde Coſyrii dicūtur: Coſyra uero unde Coſyræi/Aphricana: cæteri unā tantū fecere Plinius Pōponius Strabo Ptolomæus/etiā ſi utroq; loco noiauerunt. Plinius hac parte a Lilybæo inqt.cxiii. Coſyra. Itē ſequenti libro: Exaduerſo inquit Clupeæ Coſyra cū oppido. Strabo: A Taphitico inquit Aphricæ promontorio ubi tumulus eſt Clupea uocatus/quadringentis ſtadiis abeſt inſula Coſyros appellata. Idem auctor medio inquit ſpatio Carthaginenſis ſinus Coſyra inſula eſt ex aduerſo Siciliæ. Item alibi/Medio ſpatio Libybæi Siciliæ promontorii & Clupeæ Cartaginenſis oppidi Coſyram haberi tradit.

Ex eodem.viii.

AETHVSA QVAM ALII AEGVSAM. Ptolomæus duas facit hoc mari Aethuſam & Aeguſam. Et infra proxime: BVCIONETNAE. Vetus lectio Bucinona/Interim Bucinna/cuius memīt Dionyſius/& poſt eum Stephanus inter oppida Siciliæ. In ſacris quoꝙ lr̄is Bucinna celebrat̄ inſula/Pontiani exilio & morte clara uiri fide & erumnis inclyti ſub Alexandro Cæſare.

Ex eodem.viii.

ET A SELEVNTE. Vetus lectio Solunte: de quo haud multo ante dictum eſt hoc ipſo capite. Item OSTEADES. Scribendum Oſteodes ex Ptolomeo & Mela Pomponio.

Universidad de Deusto
Biblioteca

Ex eodem.viii.

VFERCA. Legendum Vstica ex uetustis codicibus/itemq; Ptolomæo:& nunc quoq; Vstiga dicitur.

Ex capite.ix.

LIPARA A LIPARO QVI SVCCESSIT AEOLO. Iulius Solinus/A Liparo cui successit Aeolus.Fuit.n.Liparus Ausonis regis filius nõ Aeoli/ut auctor est Eustathi⁹.Ipsa porro Liparia Cnidioq; fuit Colonia.Et infra:LONGINIS.Scribendũ arbitror Lõgonis:nã & in Sicilia/cui apposita est/Longone fuit oppidum/ut Philistus ait.Item MELIGONIS.Scribendũ Meligunis ex codicibus uetustis:Id ipsũ Strabo Eustathius & utroq; prior in Dianæ hymno Callimachus.

Ex eodem.ix.

IN TRIDVO PREDISCERE.Romani codices non In triduo sed Interdũ.Scribo In triduũ prædicere/Polybius Strabo Capella Marcianus. Ex eodem.ix.

ERIPHVSA.Scribendũ Ericusa ex Põponio Eustathio ac Stephano.Item Strabone Ptolomæoq; duas illas Ericode ac Phœnicode appellãtibus ab Ericæ palmæq; frutetis:Nã & in Sicilia ut Antonini docet iter/loca sunt Tamaricium & palmax/quasi Ericode & Phœnicode appellata.Illud in transitu monuerim oẽs ueteres insulas Aeolias septẽ esse dicere/unũ Seruiũ nullo auctore/ nouem.

Ex capite.x.

LOCONVS.In Ptolomæo Locanus legit᷑.Et infra:CARCINVm QVOD ESSE LONGISSIMVM ITALIAE PROMONTORIVM.Vetus lectio Cocinthũ.Itemq; Polybius ut alibi sum testatus nec ignoro Carcinum quoq; oppidum Petiliæ uicinum a Pomponio tradi:de quo proxime disseremus.Antonini quoq; iter demonstrat Cocinthum usq; a Scyllaceo.xxii.M.p.esse.

Ex eodem.x.

NVSQVAM ANGVSTIORE ITALIA.XL.M.P. scribe.xx. M.p.ex uetustis exemplaribus fere/Item Strabone:Absunt inquit duo sinus Hipponiata & Scylleticus centum & sexaginta stadioꝝ interuallo.Hipponiatam sinũ uocat ipse quem Plinius Terinæũ ab urbe Terina/Crotoniataꝝ Colonia/ubi ueteres magnam Græciam uocabant auctore Stephano.Lycophron insulam scribit Terinam fuisse in qua Sirenum una coleretur Ligea nomine.Erratũ hoc & in Capella Marciano restituendum est.hoc ipsum ex Ptolomæi quoq; mensu ostenditur.

Ex eodem.x.

DEIN SCYLLACEVS ET SCOLAGIVM SCYLLACEVM ET SCYLLETVM ATHENIENSIBVS DICTVM. Vetus lectio Dein sinus & scyllacium scylletium Athenienſibus dictum.Strabo/post hæc inquit scylletium Athenienſium Colonia: nunc Scyllacium a qua Sinus Scylleticus.

Ex eodem.x.

AMNES IBI NAVIGABILES CARCINAS. A Pausania & Aeliano Cæcinos uocat᷑ amnis q Rheginũ agrũ a Locrẽsi diuidit. Sed Alex a Dionysio poeta/item Strabone. Philistus oppidum Italiæ haud procul Sicilia Cæcinum tradit appellari ut fere suspicer.Carcinum in Pomponio ut mox dixi deprauate legi pro Cæcino. Thucydides libro quarto Cæcinum & Halecem nominat Locrorum amnes duos.

Ex eodem.x.

TIRISERANVS A MELOESSA.Scribendum Tres Sirenusſæ Meloesſa.De Sirenussis tribus hoc mari Stephanus. Sirenum uero nomina Parthenope/Leucosia/Ligea/Lycophronis interpres uocari eas tradit. Pisinoen/Aglaopen/Thelxiepiam/Eustathius. Sirenusſas inquit Homerus duas/suppresſo tamen nomine: alii tris fecere. Pomponius/Silaris inquit amnis picentia petræ quas Sirenes habitauere.Strabo/A Sirenussis inquit insulis ad Silarim ducenta & sexaginta stadia.Idem auctor tris insulas Sirenibus dicatas Possidoniate sinu collocat:Varietate scriptorum in hoc notata:q; quidam eas ad Pelorum Siciliæ multis a Possidoniate sinu milibus distantẽ constituunt.Ptolomæus Sirenum insulas appellat.Meloessam uero non tam a pomorum q̃ a pecoris abundãtia nũcupari censeo/quemadmodum Melussam/quæ ab Hecatæo ut tradit Stephanus/ascribitur Hispaniæ.

Ex capite.xi.

INTER SIRIM ET ACRIN HERACLEA. Lego Acirin nõ Acrin ex Strabone.Item supra:NEETHVS & CRATIS.Scribendum Neæthus & Crathis ex eodem Strabone/qui Neæthum a nauium conflagratione dictum tradit quas Troianæ mulieres nauigationis pertesæ incendissent.Crathis uero ab amne Peloponesi eiusdem nominis/quod & Pausanias confirmat. De hoc primo & trigesimo uolumine dicturi sumus. Et infra:FLVMINA THALANDRVM.Strabo Acalandrum.Arbitrio locus esto.

Universidad de Deusto
Biblioteca

Ex eodem.xi.

MARDONIAM LVCANORVM. Strabo Pandosiam uocari tradit in qua Epirotes Alexãder occubuerit. huic est altera cognominis in Epiro. Trogus libro duodecimo: Iuxta urbẽ inquit Pandosiam Alexander non prius fatalis loci cognito nomine q̃ occideret/interficitur. Idem supra: Cum in Epiro esset Pandosia & flumen Acherusium ignarus eadem & in Italia esse ad declinanda fatorum pericula peregrinam militiam cupidus elegerat. Orta fortasse uocabuli confusio q̃ regio Mardonia in Epiro quoq; fuit: cuius Eupolis comicus Stephano auctore meminit. Sed & Liuius octauo libro Pandosiam: Data inquit dictio erat Alexandro caueret Acherusiam aquam Pandosiamq; urbem & reliqua.

Ex eodem.xi.

EX ADVERSO APPOLLONIA. & deinde. L. NON AMPLIVS PASSVVM. Vetus lectio habet non. L. sed mille. Neutrum uerum: sed illud potius/centum millia non amplius passuum. q̃ autem mensura hæc recipienda sit/Ptolomæi supputatio demonstrat. Itemq; q̃ Hydrunte Aulonem mille stadia reddũtur ab Antonino. Aulon autem Hydrũte minus abest q̃ Appollonia/eodem auctore Ptolomæo: Nam & Strabo in Sasonem insulam a Brundusio quinquaginta milia passuum: inde in Epirum totidem esse tradit.

Ex eodem.xi.

LVSPIA. Strabo & Pomponius & codices uetusti Lupia. Itemq; Antoninus/qui ab Hydrunte Lupiam.xxv.M.p. abesse tradit. Fateor & Luspiam in Ptolomæo quandoq; lectitari. Et infra paulo: STEGNATIA. Scribendum Egnatia iisdem auctoribus. Item DITERNIA. Scribendũ Cliternia ex Ptolomæo & aliis frequẽtibus.

Ex eodem.xi.

APINAM METAICRAM. Lego Apinam & Tricã. de quo poetæ Martialis epigramma nobile sed tritius q̃ ut referendum sit.

Ex eodem.xi.

ARPANI VORCANI. Scribendum Borcani ex Strabone. Item quia ordo exigit ut initium a.b. littera non ab.u. sumatur. Et infra: IRINI. Scribendum Hyrini ab Hyria urbe: Ptolomæus Eustatiusq; auctores/post Herodotum/qui Cretensium Coloniam in Iapygia fuisse eam tradit. Dionysius apher Hyrium non Hyriam uocauit. De Arpano agro diximus priore libro.

Ex eodem.xi.

VIBINATES. Ptolomæus Vibarnates ab oppido Vibarna nõ procul Hyria & Gargano. Et infra: STVLNINI. Vetus quãdoq; lectio itemq; Ptolomæus Sturnini: Excitatio sit hæc non castigatio ut in aliis pleriscq;.

Ex eodem.xi.

VLENTINI VERETINI. Antiqua lectio Valentini. Cicero in Verrem septima Velentini. Pomponius Valetini ab urbe Valetio De Vereto autem unde Veretini Ptolomæus/itemq; Strabo: qui nonnullos tradit existimare eandem esse quam Herodotus in Iapygia Huriam/Thyreas alii uocent.

Ex eodem.xi.

CALABRO& MEDITERRANEI EGETINI BVTVNTINENSES. Vetus lectio ante Butuntinenses alios duos populos habuit Apamestinos & Argentinos. Ptolomæus Apanestinos ab oppido Apaneste quod proxime Hardoniã siue ut Plinius Herdoniam cõstituit/in Parte Calabrum Aetolorum. Argentinos autem non legi/sed Arinthinos ut Hecatæus: siue Arianthinos ut Herodianus in mediterraneo Oenotriæ auctor Stephanus.

Ex eodem.xi.

OPPIDA BISTONIũ. Ptolomæus & Põponius & antiq codices Histoniũ: nam Bistonia Thraciæ urbs est. Histonẽ & in Corcyra montẽ tertio uolumine Thucydides. Et infra: PENNIENSES. Ptolomæus Pinnenses a Pinna urbe. Silius/Qui fiscelle tuas artes pinnãq; uirentẽ. Seruatur in hodiernũ quoq; diem hoc nomine.

Ex eodem.xi.

BOVIANVM. Ptolomæus & Strabo itẽ Cicero pro Cluentio Boianum in Samnio. Liuius tamen nono & decimo libro Bouianum. Item Silius/Qui batalũ mucrasq; metunt bouiania quiq; Lustra fatigant aut Caudinis faucibus hærent.

Ex eodem.xi.

TREBVLANI QVI COGNOMINANTVR MVTVESti. Forte Mutustæi a Mutusta/ex Virgilio: quẽ locũ Seruius indiligẽtissime uidet expositisse: Mutusta inqt Trebia postea dicta est quã modo Trebulã dicũt/apud quã Hãnibal deleuit pop. Rom. At Trebia ppe quẽ clades illa fuit Placẽtinus amnis est longissime ab iis terris positus. In Virgiliano uersu li.vii. Ereti manus oĩs oliuiferæq; mutustæ. Sũt q ex Dionysio Mutiscã legãt dicẽte/Mutisca Sabinoꝝ urbs Trebula & Suffenna quoq; dicta. Q d aũt sequit fere mox PARINATES: a lra.t.uel.u. necesse est incipiat.

Universidad de Deusto
Biblioteca

Ex eodem.xi.

SVBLAQVEO. Frontinus Sublacenſem uiam & Sublacenſes populos in quibus Anio ſit a triplici lacu dictos uocauit: ut uideri poſſit Sublaco potius q̄ Sublaqueo legendum. In hiſtoria tamen ſua Tacitus Sublaqueū appellat ad Simpriuina ſtagna:quæ Silius intelligit cum dixit/Gelidoq; rigantur Simpriuio. Eſt autem quando non Simpriuium ſed Imbriuium ſcribatur. Liuius octauo:Profectus inquit ad Imbriuium id loco nomē eſt/acie cū Samnitibus conflixit. Tacitus:Fontes inquit ſub Imbriuinis collibus deductos urbi intulit. Ergo ſublaqueum a lacu ſicut & laquearia & uerbum ablaqueare deductum eſt.

Ex capite.xii.

AVSINATES. Vocantur Auximates/hodieq; ab Auximo Piceni urbe auctor Strabo.

Ex capite.xiii.

ESINATES. Scribendū per.Ae.nō per.E.dicta eſt ſæpe ratio. Plinius.xi.libro/Caſeum inquit Aeſinatem ex umbria. Ptolomæus quoq; urbem Aeſin hac ipſa regione appellat:atq; ita plane modo nominat ab Aeſi fluuio. Et infra:ORTANI. Vetus lectio Oſtrani. Ptolomæus quoq; Oſtram urbem hoc ſitu collocat.

Ex eodem.xiii.

ETALI MERGENTINI. Vetus lectio integrior Et alii Mergentini:ut ſit ſenſus/Pitulanorum alios Piſuertes alios Mergentinos appellari. Pitulum & in Latio fuiſſe teſtes ſunt Liuius Strabo Plinius. Et infra paulo:ADINATES. Vetus lectio Sadinates:quoniam ab.s.littera incipiunt qui nunc redduntur populi.

Ex eodem.xiii.

ET ALLIMETAVRENSES. Scribo Et alii Metaurenſes:agitur enim hoc loco de littera.t.ut ſit ſenſus/Tibernatum gentes haberi geminas/cognominibus tantum diſtinctas/Tiburinos & Metaurenſes. Idem error & in uerbo ALLIHORTENSES. Legendum enim Alii Hortenſes. Et infra:METIONENSES. Vetus lectio Vettionenſes/ratione ſæpius adducta.

Ex capite.xiiii.

FORVM CLODII LIVII POPVLI. Scribo Pompilii.extat in hodiernum & nomen & locus parum diſtans a Foro Liuii. Et ſupra mox:CLATERNA. Strabo Cliterna. Ptolomæus tamen Claternam:Et indigenæ uulgo ut fit corrūpente omnia:Quaternam hodieq;.

Ex eodem.xiiii.

SALTES QVI GALLIANI COGNOMINANTVR AQVINATES TANITANI. Vetus lectio fere/Saltuſq; Galliani qui cognominātur Aquinates Tanitani. De Taneto Ptolomæus Antoninuſq; hoc ſitu. alioquin uerbum Aquinates nullo modo per ſe recipiendum eſt/ſed cognomenti loco tantum:cum de.a.littera non agatur. Gallianos uero ſaltus non deſunt qui eos intelligant: ubi nunc Galleata nominatur haud procul Foro Liuii. Illud merito notauerim quoſdā falſo credere quia ſuperiore capite de ſexta regione tractatum eſſet/inſcriptionem huius partis non octauæ ſed ſeptimæ concipiendam fuiſſe. nec animaduertunt de ſeptima hoc eſt Aethruria diſputatum prius eſſe:quoniam ut ipſe teſtatus eſt/nonæ regioni id eſt Liguriæ annectebatur ſeptima. Nec illud præteriero uerba ea de quibus ſuperiore annotamento diximus/Forum Clodii Liuii Pompilii Truentinorum quibuſdam codicibus ita lectitari:Forum Clodii.iiii.populi Truentinorum.nō hoc quidem recipio/ſed poſt me laboraturis quaſi manum præbeo/& ad ipſa nō modo ueſtigia ſed luſtra etiā ferasq; uenaturos deduco.

Ex capite.xv.

LIGVRVM GABIENNORVM. Ligures Gabiennos Veſuli mōtis accolas unde origo Padi. Plinius in Liguriæ relatiōe haud cōmemorat:Vagenos Vatienoſq; cōmemorat. Item Cebannum caſeum Liguriæ libro undecimo. Vtcūq; ſciendum eſt inſigniter erraſſe Ptolomæum de ortu Padi:quod quidem uidere facilius eſt q̄ ut a nobis qui alioquin ad reliqua toto opere mōſtra feſtinamus/docendum ſit.

Ex eodem.xv.

VOLANE QVOD ANTE ALANE. Vetuſti codices non Alane/ſed Olane. Polybius quoq; Olana:is & alterum Padi oſtiū nō Paduſam ſed Padoa uocari tradit.

Ex eodem.xv.

SPIRETICVM AB VRBE SPIRA. lege Spineticū ab urbe Spina. Erat ibi & Spinus amnis auctor Stephanus: nā qđ hic de theſauris Delphicis dicit/apertiſſime confirmat Strabo:quos ait fuiſſe ἀφαιρέματα γύγου καὶ κρόισου καὶ συβαριτῶν καὶ σιρητῶν. Dionyſius primo antiquitatum libro/Spinetas ait diu mari uictores ad Delphicum Apollinem decimas ſolitos mittere.

Ex eodem.xv.

ADRIAE A QVO ADRIATICVM. Lego Atriæ a quo Atria-

Universidad de Deusto
Biblioteca

ticum ex sequentibus/item uetustis codicibus & Stephano:Atria inquit Aethruscorum a Diomede cõdita est Aethria primo nominata.hinc & Aethruscos dictos crediderim/siue ἀπὸ τοῦ τὴν ἀιοραν ἀσκεῖν : propter auguriorum peritiam/quasi de cælo seruantes & exercentes æthera.Eustathius Adriaticum & ab oppido & ab amne appellatum scribit.Et infra paulo:OSTIA A PLENA.Scribendum Ostia plena.

Ex eodem.xv.

VOGISONO EX PATAVINORVM.Codices antiqui Vigisono.in hodiernũ quoq; lacus est eodẽ agro Vigisiolus cognomĩe.

Ex eodem.xv.

EDRONEM MEDIACIDVA. Legẽdũ Edronem Medoaci duo ex uetustis codicibus/ac ipso qui nunc quoq; durat loci situ. Strabo Medoacum uocari & portum scribit & fluuium . Idem supra Venetos Carnorum & Medoacorum fuisse gentem tradit. De amne aũt Medoaco Patauinoq; Liuius initio decimi uoluminis.

Ex capite.xvi.

VERCELLE LIBICIORVM EX SALVIS. Scribendũ ex Salyis/aut utiq; Saluis trissyllabos.Est ubi Saluuios & Salubios nescio q̃ recte scriptum sit.ut supra diximus græci modo Salyas modo Salyos appellant.Libicios aũt Ptolomæus quidẽ meminit/sed Libycos uocauit:Mentio & penes Liuium.

Ex eodem.xvi.

NOVARIA EX VERTACOMACORIS VOCANTIORũ HODIEq; PAGVS.Legendum ex uetustis codicibus Pago non Pagus.Item Vocontioq; non Vocantiorum. De Vocontiis in Gallia Narbonensi Liuius Strabo Ptolomæus Plinius.Erit ergo sensus Nouariam nõ ut Cato existimat/Ligurum esse.Coloniam/sed Vocontiorum ex pago Vertacomicoris hodieq; inquit monstrato.

Ex eodem.xv.

ET EATVRI GENS . Vetus lectio Caturiges/item Strabo Plinius Cæsarq;.nam & Ptolomæus Caturgos eos nominat in graiis alpibus.Et infra paulo SPIRA.Legendũ Spina/ut docuimus.

Ex capite.xvii.

CVIVS VENETIA FLVVIVS SILIS EX MONTIBVS TAVRISANIS.Scribendum ita ut uerbum Venetia præferat uerbo Cuius : non enim flumen ita ullum dicitur/sed ipsa regio Venetia mari adriatico apposita.Silis uero amnis eius est primus in stagnum cadens ubi nunc habentur suburbanæ Venetiarum

insulæ Murianum Torcellúq;.Sunt tamen qui Silim nõ ex montibus sed ex fontibus Taurisanis legendum putent:quoniam plano solo fonticuli salientesq; Taurisano agro erumpant unde Silis orit.hãc indaginẽ oppidanis eius loci atq; indigenis relinqmus.

Ex eodem.xvii.

TERGESTE.XXX.M.III.M.AB AQVILEIA . Scribendum xxiii.M.p. Strabo/Tergeste inquit ab Aquileia stadiis centum octuaginta distat.Antoninus/Ab Aquileia inquit ad Timaui fontes.xii.M.p.inde Tergeste totidem.

Ex eodem.xvii.

NAVPORTO . Strabo Pamportum : Amnis inquit Pamportus ex Illyrio nauigabilis defertur in Saum.Alibi Naupontum uocauit:Iuxta Naupontum inquit amnis est Corcora excipiens cõmertioq; onera.hic in Saum/ille in Drauum delabitur . Et infra Plinius HEMONAIN . Legendum Aemonam ex Ptolomæo & Antonini Cæsaris itinere.

Ex capite.xviii.

PANATICI SINVS . Lego aut Phanatici aut Flanatici/ut post monstrabimus.

Ex eodem.xviii.

VENETORVM AVTEM NATRI ACESTE.Ptolomæus & Antoninus & uetus lectio & antiqui lapides hoc ipso anno effossi Atestẽ nõ Acestẽ.Verbum quoq; Natri scripta manu exemplaria non habent.Ptolomæus Atriam Venetiæ oppidũ facit. Vtq; uero Atestẽ sit quod nunc Este dicitur Patauino territorio/haud dixerim:quando Antoninus Patauio Atestẽ uigintiquinq; milia passuum reddit/nunc quindecim fere sunt : nisi quis notam denarii numeri adiunctam in codice Antonini suspicet.Quod aũt sequitur ACELVM.Ptolomæus Acedum scribit:utrum uerius/in medio relinquitur.Hodie Acelũ esse credunt aliqui Taurisano agro unde Acelinus Romanus sæuicia famosus inter recentiores historias auditur/quoniam hodie Asulum dicatur/nũc Reginæ Cypri Corneliæ prætorium. Quod autem hic legitur FERTINI.Sunt qui malint Feltrini ab urbe Feltria:sic enim & nũc uocatur/& ab Antonino Pio : Interquã inquit & Tridentum Ausugani sint ab Ausugo dicti oppido/nunc uallis Sugana ut opinor appellatur. In ellogiis quoq; monumentoq; lapideæ hoc ipsum de Feltria litteræ testant.Cæterum quia fieri potest ut Fertini quoq; fuerint a Feltrinis diuersi:nihil muto.Item VICENTIA.Sunt qui ꝓbent

Universidad de Deusto
Biblioteca

Vicetia/ex uetusto illo de quo paulo ante dixi lapide/cuius uerba hæc sunt:Sex.Attilius.M.F.Seranus Proconss.ex Senati consulto inter Attestinos & Veicetinos finis terminosq; statuit.Alioqui & Quinctium Cicinatum/non Cincinatum scribebant.

Ex eodem.xviii.

NEXANTIVM.Ptolomæus Nesactium:& Plinius haud ita multo post:Oppida inquit a Nesactio.

Ex eodem.xviii.

FLAMONIENSES VANIENSES TVLLI COGNOMINE CVLICI. Vetus lectio fere habet non Tulli/sed Et alii cognomine Culici;ppterea q; hoc loco ab littera.f.initia populos sumunt

Ex eodem.xviii.

TAVRISANI COGIENSES. Vetus lectio Togienses:nam de littera.t.sermo est.alioqn Taurisanis uicini modo sunt qui se Cogienses non alio argumēto q̄ huius loci uocent futili ratione/quia uulgo dicantur Conegienses.

Ex capite.xix.

IVXTAq; CARNOS QVONDAM TAVRISCI NVNC NORICI.Quid si legas Tautisci.Strabo/Noricos inquit aliqui uocantur & Carni itemq; Tautisci: Alioquin hodieq; Germanos omnes fere Tetiscos appellari uulgo nouimus. Non me fugit & Tauriscos in his locis populos censeri Polybio Straboni cæteris: quos Eratosthenes Teriscos nominat. Sed si castigatio non est:ut certe non est:admonitionis loco fuerit.

Ex eodem.xix.

STHEONOS RHETORVM VENNONENSES. Ptolomæus Vennones:Item Strabo/qui & Stonos nocat nō Stheonos. Τῆμεν ραιτοὶ καὶ ὀνεμμωμεσ Τῆ δὲ λειπόμτιοι καὶ Τριλέμτῖμοι καὶ ϛομοὶ. Et supra GRAIARVM ALPIVM INSVLAS. Scribendum Incolas.

Ex eodem.xix.

CENTRONES.Ptolomæus quidem & Cæsar Centrones:sed frequentissime Strabo/nec aliter/Ceutrones.Plinius quoq; libro undecimo Ceutroniam/unde caseī præstantes.Antoninus/Centronū inquit oppidum Tarantasia:quanq̄ Antonini uerba nō puto/sed codex admodum uetustus est. Per hos trans Alpes in Galliam ex Italia ibat cōmodiore quidem itinere/ac curruū etiā capaci sed cō pendio per Pœnina iuga transitu Hannibalis insignia quanq̄ Celius auctore Liuio per Ceutronis iugum scribit transisse.

Ex eodem.xix.

CEVTRONES COTTIANæ CIVITATES ETVRI E LI GVRIBVS ORTI VAGIENI LIGVRES.Diximus de hoc supra:Nos ita legere: Ceutrones Cottianæ ciuitates Caturigos & Caturigibus orti Vageni Ligures. Ex Plinio superius in Liguriæ mentione:Caturigis inquit orti Vageni. Sunt autē Caturiges qui & Caturgi Ptolomæo in graiis alpibus. Strabo:Post salassios inqt sunt Ceutrones & Caturiges & Varagri & Nautuatæ. De quibus omnibus hoc capite mentionem habet & Plinius.Meminit & Cæsar Caturigum.

Ex eodem.xix.

CANVNI bis.Codices antiqui utroq; loco habent Camuni. Strabo Camuli:quos & Lepontios Rhætico nomini cōtributos scribit.

Ex eodem.xix.

BRODIVNTIOS. Cum Plinius in Narbonensi dixerit Galbam imperatorem ex Inalpinis adiecisse Aganticos & Bodiontios/dubium nō est quin aut hic Bodiontios aut ibi Brodiontios scribere oporteat.Nisi quis Ebroduntios uocare malit ab Ebroduno/unde codex Antonini Ebrodunenses appellauit prouinciæ contributos alpium maritimarum:sicut & Dinienses eadem parte nominatos a Plinio. Ebrodunum & Ptolomæus in graiis alpibus constituit Eburodunum uocat ipse:sicut Auanticum Ammianus:Alpes inquit graiæ penninæue habēt & Auanticū desertam ciuitatem sed non ignobilem quondam/ut ædificia semiruta nunc quoq; inquit monstrant.

Ex capite.xx.

ARSIA. Vetus lectio Arsiæ/ut sit nomen fluuii non gentis datiuo casu.etenim in ora ipsa nouissimū locū fecerat hūc amnem ab ea parte/post quam de Alpinis populis disseruit.

Ex eodem.xx.

OLBONENSES. Ptolomæus Albonenses ab urbe Albona/quæ nunc quoq; ita dicitur. Et infra: EX INSVLIS FERTINATES CVRITTAE.Ptolomæus Fulsinates Curictæ.Duo enim insulæ Curictæ tradit oppida Fulsinum & Curicum.Mentionem huius insulæ facit & Strabo/Cyrictam appellando. Hanc Vegiā uocari hodie multi arbitrantur/sumpto ab oppido continentis nomine/quod Vegia Ptolomæo dicitur/Vegium Plinio:etiam si Regium mendose hoc ipso capite scriptum est pro Vegio inter Argyruntum & Ortopulam:quæ si uera sunt/Portunata insula de qua

Universidad de Deusto
Biblioteca

paulo poſt dicemus/Vegia eſſe credi nullo modo poteſt.

Ex capite.xx.

FANATES.Vetus lectio Flanates a Flanone urbe ac portu contra inſulam fere Abſorum . Alutæ uero quos hic Plinius appellat ab Aloo ut opinor oppido dicũt.Artemidorus μετά δὲ ἄλωον ἔξι λιμὴν φλάμωμ καὶ πόλισ φλάμωμ καὶ πᾶσ ὅ κόλποσ οὗτοσ φλαμώμικοσ καλεῖται:hoc eſt poſt Aloum inquit portus eſt & oppidũ Phlano: unde ſinus omnis hic Phlanonicus uocat.Phlanates ergo non Fanates populi ſunt a quibus nomen Sinui quẽ modo nautæ Quernarium appellant alii Carnariũ propter naufragia procelloſo ferme ſemp tranſitu.In receſſu eius Senia urbs eſt cuius a tergo ſpecus ſunt unde uehementes nulla fere non hora uenti perflant/eaq; res infamem ſinum eum reddit. Per hæc forte loca id genus tempeſtatis eſt de qua uolumine ſecundo Plinius capite.xlvii. In Dalmatiæ inquit ora ſpecus uaſto in præceps hiatu in quem deiecto leui pondere q̃uis tranquillo die turbini ſimilis emicat procella.nomen inquit loco eſt Sentaquin. Quid aũt ſi non Sentaquin ſed Senia legatur/& uerbum Quin initium ſit ſequentiũ hoc modo/Quin & in Cyrenaica prouincia rupes quædam auſtro traditur ſacra quam prophanũ ſit attrectari hominis manu confeſtim auſtro inuoluente harenas.De hac ipſa rupe Mela Pomponius in Cyrenaica inquit/Rupes eſt auſtro ſacra:hæc cum hominum manu attingitur/ille ímodicus exurgit harenaſq; quaſi maria agens ſic ſæuit ut æquor fluctibus.

Ex eodem.xx.

FLAMONA.Item SEMA.Item ORTOPLYMA. Item REGIVM.Ptolomæus & uetus lectio Flauona Senia Ortopula Vegiũ Et infra flumen TELAVLVM quo finitur Iapidia. Ptolomæus Tedanium non Telaulum:habebat & uetus quandoq; lectio Telaunum:nam Flauona & Senia hodie quoq; nominantur.

Ex eodem.xx.

INSVLAE IN EO SINV ABSYRTIVM ARBA TRAGVRIVM ISSA PHAROS PAROS ANTE.Vetus lectio/Absyrtium Arba Crexa Giſſa Portunata.Probat hanc Merula:illam quaſi adulterinam & ſuppoſititiam refellit.De Crexa ſiue Crepſa Ptolomæus:etiam ſi nomẽ oppidi uult eſſe in inſula quæ dicatur Abſorus.nũc uulgo quoq; duas inſulas uocamus Crepſam & Abſorum:in eaſq; prætor unus qui ius dicat Inſulanis mittitur a Venetis.Giſſa uero nunc uidetur eſſe/ut ait Merula/quæ Pagus appelletur/quoniam ueſtigia in Pago urbis durant Giſſæ in hodiernũ uocatæ.Verba autem illa Pharos ante Paros/ex Strabone uiderí ſubſtituta/loco Portunatæ.Portunatam interpretatur Merula quæ nunc Viglia ſeu Vegia dicatur : quanq̃ ſunt qui Vegiam intelligant quam Strabo Ptolomæus & Plinius Curictam . Tragurium porro geminum & inſulam & incontinenti oppidum fuiſſe non negamus:teſtantur Strabo Ptolomæuſq;:ſed uetus lectio id nõ habet.Cæterum Pharus ſiue Parus Straboni dicta a Plinio Ptolomæoq; Pharia nuncupatur:Illyrico ſermone Liſna. Eſt eodẽ mari & Liſſa Plinius & Antoninus auctores / & uulgo quoq; ita dicitur.Eſt & Iſſa Iſſæo quondam uino clara/Strabo/Stephanus/Athenæuſq;.Item Chiſſa Plinius:Itemq; Giſſa idẽ auctor : eadem an diuerſa penes indigenas ſit fides:ſicut Iſſa Liſſaq; . Antoninus certe duas facit iis uerbis/Brattia/Iſſa/Liſſa/Corcyra/Melite.

Ex capite.xxi.

TRAGVRIVM CIVIVM ROMANORVM MARMORe NOTVM SICVLI . Lego Sicum/non Siculi:ut ſit ſenſus/Tragurium ciuium Romanorum fuiſſe marmoris metallo cognitum Deinde Sicum oppidum in quem locum diuus Claudius Veteranos miſerit.De Sico autem oppido non procul admodum Tragurio inter Salonam & Scardonam Ptolomæus.Hoc Sibnicum Liburnica uoce dicitur nũc.Et infra:MAZAEI.Item STATI. Vetus lectio Mæzæi & Stæi.De Mæzæis Strabo Ptolomæuſq;.& infra:DIVERSI.Ptolomæus Daurſi:Strabo Daurizi.

Ex eodem.xxi.

VENDITASSE.Lego Ventitaſſe/iura uidelicet petentes unde cõuentus appellantur.Et infra:CERAVRI.Ptolomæus & uetus lectio Cerauni.Et infra:DEREMISTAE. Sũt qui Dereuiſtæ/quoniam Driuaſtæ modo ibi nominent a ſemet ipſis Barbari.

Ex eodem.xxi.

NARES.Vetus lectio Nareſii/itemq; Ptolomæus/ab amne q Naruocat Põponio:Naronem Strabo appellat Ptolomæus & Plinius Et infra:OEVEI:Ptolomæus Oenei ſiue Onei ab Oneo urbe inter Piguntum & Naronem amnem.

Ex eodem.xxi.

ASCRIVIVM BVTVANIVM OLCHINIVM. Vetus lectio Butua quæ nunc uulgo Budua : Ptolomæus quoq; tria illa continenter annumerat/Aſcriuium/Butuã/Vlchinium. Et infra amnis DIRINO.Ptolomæus Dirilo/ſiue Drilo ut Straboni placet.Item

Universidad de Deusto
Biblioteca

Nicandro/ut alibi docebimus.uulgo tamẽ hodie appellaẽ Drino.

Ex capite.xxii.

APOLLONIA CORINTHIORVM COLONIA QVATuOR MILIBVS PASSVVM. Strabo.vii.M.d. hoc eſt ſtadiis ſexaginta:Cõdidere inquit Apolloniam Corinthii Corcyræiq; ab Aeante fluuio ſtadiis decem/a mari ſexaginta.Quod autem apud eundem Strabonẽ ſequitur Oræum/ſcribe Oricum ex Plinio Põponio Polybio cæteris ſcriptoribus.

Ex capite.xxiii.

TAVRNIA. Vetus lectio & Ptolomæus Teurnia. Et paulo poſt: VIVANA.Ptolomæus & uetus lectio Viana:quoniam modo ut plures exiſtimant Vienna dicitur in Norico. Et infra:CARAMBARIA IVLIA. Vetus lectio Sacarbantia Iulia: Itemq; Ptolomæus/& Antoninus/qui locum eum a Sabaria diſtare.xxiiii.M. p.ſcribit/medium fere inter hãc & Carnuntum. Et infra:MONA Vetus lectio Aemona:Itemq; Ptolomæus & Antoninus.de qua & ſuperius quoq; dictum hoc libro eſt.

Ex capite.xxv.

ASALI.Ptolomæus & uetus lectio Azali.& infra:COLAPIS.Strabo Calapis: & alibi Ogdolapis. Nihil muto. Illud moneo/caput hoc Dalmatiã inſcribi perperam:quia cum ſuperiore cõmittendũ ſit/quoniam de Pannonia ſermo eſt.

Ex eodem.xxv.

ANTEA OSTIA TIMAVI. Lego Ante oſtia/non Antea/Strabo auctor. Et infra: ABSYRTIDES A GRAIS DICTAE A FRATRE MEDEæ IBI INTERFECTO NVNC ABSYRTIVM. Vetuſti codices loco uerbi huius Nũc abſyrtium/habẽt Nomine Abſyrto.Pomponius/In Adria inquit ſunt Abſorus Celaduſa Abſyrtis Iſſa/ut Abſorõ ab Abſyrtide ſeparari uoluerit.Stephanus ſubdubitat ecquid diſtẽt Abſyrtides ab Abſoro.Herodianus Abſorum in Illyrio ciuitatẽ eſſe tradidit. De Abſyrtio & Plinius ſupra. Et infra:CONTRA IADER EST ISSA. Vetus oís lectio nõ Iſſa ſed Liſſa:de quo & dictũ prius eſt/& mox diceẽ.

Ex eodem.xxv.

ADEO VT LISSA QVAS EARũ DESIGNENT HAVD VNQVAM CONSTITERIT. Legendum ex uetuſtis codicibus/Adeo ut iis quas earum deſignent haud unq̃ conſtiterit.Et infra:TRVCONES LIBVRNICAE CELADVSAE. Verbum Trucones in uetuſtis codicibus nõ legitur.Pomponius Ticanam

& Celaduſam quas ſunt qui modo interpretẽtur/eas quæ Trucula & Laguſta dicantur/priorem inter Corcyram nigram & Phariam locantes:alteram inter Corcyram nigram & Garganũ montem.non pari tamen interuallo:ſed a Corcyra octo.M.fere:a Gargano.lxx.Verum hæc quæ de uno aliquo uocabuli aut alterius ſimilitudinis inditio trahuntur haud ita protinus agnoſcẽda ſunt: raro unq̃ non fallente coniectura.

Ex eodem.xxv.

CONTRA SVRIVM BATTRIASA. Vetus lectio fere Brattia/uulgo quoq; ita dicitur/Venetorũq; ditionis eſt ut omnes maris eius inſulæ.Polybius quoq; Brettiam:unde Brettiani atq; Brettii dicantur/auctore Stephano: qui & Elaphuſam & Brettanida quoq; dici eam ſcribit.Sed & Antoninus Pius in itinere ſuo Brattiam.Poteſt & ita legi/Brattia Iſſa/ut duo ſint nomina/ex Antonino qui ſic ait: Inter Dalmatias & Hiſtriam ſunt inſulæ Abſorus Brattia Iſſa Liſſa Corcyra Melite.Verbum autem Cõtra Surium/quem locum deſignet non comperi.Nunc autem Brattiam cõtra Salonas eſſe conſtat:ſiue ut nautæ dicũt/contra Spalatũ:ita enim uocaẽ urbs:Diocletiani quondam palatiũ Euſebius in chronicis: Diocletianus inquit haud procul Salonis in uillæ ſuæ palatio moritur & ſolus omniũ inter deos priuatus refertur.Eſt autem Brattia hæc inter palatium id & inſulam Pharum quaſi media.Reſpicit hanc inſulam e continenti & caſtellum Halmiſſa modo nominatum arce nobilis quo & præfectum mittimus:octo fere.M.p.a Diocletiani uilla:inter quam & Halmyſſam tractu maritimo ad mõtes uſq; pertinet/gens quæ q; Diocletiani ſe proſapia ortos prædicant politiam quaſi remp.appellant locum eum/iuribuſq; ſuis uiuunt in hodiernum diem Senatu permittente.

Ex eodem.xxv.

MELITA ET MELITOS. Scribendum Melitæos a Melita/ex Ariſtotele Strabone cæteris.Illud mirari conuenit/q; inſulã hanc unde Melitæi canes ſint/inter Illyricum & Corcyram nigram haberi dicat:cũ ea Siciliæ ſiue Aphricæ ſit reddita/tum ab ipſo Ptolomæoq;/tum a Strabone/qui ait:Ante Pachynum ſita eſt Melita unde catuli ſunt inquit quos uocant Melitæos.Sipontinus Plinium affinitate uocabuli deceptum fuiſſe credit:quoniam prope Corcyram nigram non Melita ſed Melitina uocetur inſula:cuius mentio apud Ptolomæũ ſit.Ego Pliniũ auctores ſecutũ nõ falſum

Universidad de Deusto
Biblioteca

hallucinatum ue crediderim:& q̃ Callimachum ait ita prodidiſſe & q̃ Stephanus quoq; in hunc modum ſcribit: Melita inſula eſt inter Italiam Epirumq; poſita/unde Melitæi canes putantur: Eſt inquit & alia urbs hoc nomine Carthaginenſium colonia. Sed & hodie ita eſt:a Corcyra nigra diſtat inſula quæ ab omnibus Melita nominatur.xiix.M.p.fere:etiam ſi.xxii.ſcriptum hoc loco eſt: ut in Ptolomæo potius emendanda ſit lectio Melitinæ q̃ in Plinio Melitæ. Non præteribo & uetus inſtitutum ciuitatis noſtræ quo cauetur:uti ne præfecti triremium redeuntes Adriatico mari leuorſum extrorſum ue nauigent/ſed dextrorſum introrſumq; per Melitenſem canalem.ita enim uocant freta inſularum ſtagnãtia. Quid q̃ Antoninus quoq;/ut prætexui/Dalmatiæ facit inſulam Meliten hoc ordine:Abſorus Brattia Iſſa Liſſa Corcyra Melite.

Ex eodem.xxv.

AB ARICO SASONIS. Legendum Ab Orico.Plinius ſupra:In ora inquit oppidum Oricum a Colchis conditum indeq; initium Epiri.Cicero in Philippicis/Inſtat Epiro urget Oricum. Hecatæus/In Ionio ſinu portus inquit Epiri Oricus. Idem Pomponius: idem cæteri.Hoc & ſupra attigimus:nam de Saſonis inſula Polybius/& Antoninus:A Saſonis inſula hydrũtem prouinciæ inquit Calabriæ ſtadia.cccc. hodie quoq; nomen retinet. Lucanus/Non humilem Saſona uadis. Italicus/Adriaci fugite infauſtas Saſonis harenas.Et alibi:Expauit ſonitus tremefacto littore Saſon.

CASTIGATIONES PLINIANAE HERMOLAI BARBARI AQVILEIEN.P.EX LIBRO QVARTO.

Ex Prologo Libri Quarti.

i TERVMQVE AB ALIA MARI EADEM PHOCIS. Legendum eſt Ab alio mari/hoc eſt Aegæo.Nec dubitare poſſunt qui ſitum eius orbis etiam negligẽter ſciũt.ſed & Strabo & Pauſanias & Ptolomæus cõfirmãt

Ex eodem prologo.

SELLAE. Homerus quidem Sellos uocat: & ut quidam rentur Hellos ἅμφι δὲ σελλοὶ σοὶ μέλουσ' ὑποφῆναι. Hinc Statii Papinii poetæ pater Neapolim migrauit.Lucanus tamen tertio libro Sellas:Quercuſq; ſilentes Chaonio ueteres liquerunt uertice Sellæ.

Ex eodem Prologo.

PELOPES. Scribendum eſt Hellopes ex Strabone/item Stephano:qui ait circa Dodonem Hellopiam uocari in qua Selli ſint & Helli. Et infra:TALARVS MONS. Solinus legit Tomarus mons/Circa Radices inquit Centeno fonte nobilis Theopompo. Ipſe Strabo hunc montem & Tomoron & Tmaram quoq; appellat. Et infra Plinius: Montes inquit clari in Dodone Tomarus. Vtcunq; Strabo Talares inquit populi ſunt Moloſſici.

Ex capite primo.

MEDI.Scribendum eſt per.æ.diphthongum/ut ab Aſiæ Medis differant/ex Ptolomæo/Strabone/Stephano/Ariſtotele.Ab iis & Mædica Thraciæ præfectura dicitur/uicina Pæoniæ. Et infra:DASSARETHAS. Scribendum eſt Daſſaretas:ex Strabone Ptolomæoq;/Daſſaretios etiam uocantibus.In Polybio Daſſaritæ nominantur:a Stephano quãdoq; Daſſareni. Et infra:DENSELATAE. Veteres ſcripſere Denthelatas: ut in Thracia docebimus. Denſeletos Cicero in Piſonem.

Ex eodem.i.

MEANDRIA CESTRIA. FLVMEN THESPROTIA.VETHYMIVS.Legendũ eſt Mæandria Ceſtria.Flumen Theſprotiæ.Thyamis.ex Strabone Ptolomæo uetuſtis codicibus.Fuit autem Ceſtria/a qua Ceſtrini populi: de quibus Strabo/Pauſanias: κεχρῖροσφησὶν ὁ τοῦ ἐλέμου σὺν τοῖσ ἐθέλουσι τῶν ἠπειρωτῶν τὴν ὑπὲρ θυάμιν ποταμοῦ χώραν ἔσχε.Athenæus quoq; Thyamin uocat amnem hunc/etiam ſi mendoſe in eo Thyramis legatur. Thucydides primo libro:Amnis inquit Thyamis Theſprotidem Ceſtrinamq; diſcriminat.Idem auctor & mõtem in ea regione Thyamon appellat libro tertio. Et infra:MOLOSSO& FLVMINA ALPHAS ARATHVS. Vetus lectio Aphas & Arachthus.De Arachtho Ptolomæus atq; Strabo.De Apha non comperi:ſed Stephanus Aphedãtes in Moloſſis populos uocari tradit/ab Rege dictos/cui Aphedas nomẽ fuerit Ex eodem.i.

LACVS PANDOSIA.Lege Locus Pandoſia:Eſt.n.ciuitas Pãdoſia/Straboni cæteriſq; in Epiro/cui altera fuit in Italia cognomis: ut dictũ eſt ſupiore libro fuſius.Et infra:QVONDã MERITIs Legendũ eſt Neritis/cũ ex uetuſto codice: tum q̃ & oppidum in ea Leucas:ut inquit Plinius & Strabo/Neritũ uocabatur.Alii nõ Neritũ/ſed Nericũ:ut idẽ quoq; Strabo Lupercũ ſecutus coarguit Hanc Leucada Homerus aiũt ſignificat:cũ dixit ἀκτὴν ἠπείροιο

Universidad de Deusto
Biblioteca

Silius/Saxa cephalenum & scopulosis neriton aruis. Virgilius/Et neritos ardua saxis: de insula his locis uicina unde nomen peninsulæ. Neriton insulam & Pomponius citat.

Ex eodem.i.

CHINVS. Lego Echinus ex Stephano & uetustis codicibus. Echinus echini & echinūtis. Rhianus urbem Echion. Fuit & Echinus alter in Phthiotide Ptolomæo: ac Plinio in faucibus Sperchii amnis. Et infra: HALYZIA. Ptolomæus Hazylia: sed Thucydides & Strabo halyzea ab Halyzeo Icari filio fratreq; Penelopes/sicut ab eius fratre altero Leucadia. Ex eodem.i.

ASTACVS. Vetusti omnes & manu scripti codices habent Stratos/non Astacus. Atq; ita sane lego Polybium Strabonem Pomponium secutus/urbem Acarnaniæ sic uocantes. Quid ꝙ Thucydides secundo libro Achelous inquit amnis ex Pindo per dolopas agræos & Amphilochos Acarnanesq; Straton urbem Aeniadasq; interfluit. Scio & Astacum ibi ciuitatem quandam fuisse Thucydidi Straboni Ptolomæo: Sed antiqua lectio temere cōmutanda non fuit. Quid si utrunq; simul tam Stratos q̄ Astacos legatur? Et supra: DIORECTOS. Legendum est Dioryctos/cum ex Strabone/tum ꝙ uerbum hoc significat abscissam cōtinenti. Dioryges uero fossæ manu factæ sūt: qua uoce apd nos utit Mela Pōponius

Ex eodem.i.

ARTEMICAM. Lege Artemitam ex Stephano & antiquis exēplaribus. Sūt & aliis locis Artemitæ: unde Artemitenus.

Ex capite.ii.

EPIRIMENSEs. Vetusti codices habēt distincta uerba Epiri Emēses. Propterea legi pōt Ephyri Aenienses/ex Thucydide primo libro/itē Strabone. Fuerūt.n. in Thessalia & Epiro Ephyræ: in Thesprotis: in Aetolis: in Peræbis: a quibus Ephyri populi uocant. nā ab Ephyra inqt ꝙ Corintho Ephyræi nō Ephyri dicunt. & quos Homerus appellat Ephyros: in Thesprotia Pausanias intelligit. Proinde in Lucani sexto Ephyræa non Epirea scribendū fuit illo uersu: Insedit castris ephyræaq; mœnia seruat. Nā Virgilius Ephireia æra ꝙ Corinthiis Georgicoꝝ secūdo dixit: etiā si Ephyræū æs ꝙ Dodonæo in ꝙuerbiū quoq; sanxit antiqtas cōtra garrulos δωδωναῖον χαλκεῖον. Aenienses uero ab Aenia Perræboꝝ oppido uident appellati: quos in Epiro græci modo ἀιμόυσ modo ἀιμάσσ ut Polybiꝰ Thucydides. Strabo ἀιμάσσ quoq; noiauit: etiā si alios hoc noīe in ponto haberi meminit. Citant Aeniēses & a Liuio.

Ex eodem.ii.

MARAGES ATRACES. Legi potest Magares & Atraces. Theopompus Macaræ inquit circa Pharsalum sunt. Alioquin nihil mirum in Epiro eos a Plinio collocatos esse. Quādoquidem & Atraces in Thessalia positos a Ptolomæo ac Stephano. Idem Plinius in Aetolia constituit. In quo scire oportet etiam per.g. Atrages dici posse: ut fecit Eupolis. Propterea & Magares pro Maccaræ citra uitium usurpari potuit.

Ex eodem.ii.

MATINA. Legendum est Macynia: Strabo auctor/ut mox constabit. Et infra: MONS EST PRASVS. Vetusti codices habent Phiassus. Proinde in illam coniecturam pronus uenio ut Taphiassus/nō phiassus aut prasus legatur: ex Strabone: Montes inquit supra Molycriā sunt Taphiassus & Chalcis. in quibus urbes duæ Chalcis & Macynia. Confer hec Strabonis uerba cum Plinio/& nihil ambiges: Macynia inquit & Molycria quibus a tergo Chalcis & mons Taphiassus.

Ex eodem.ii.

EVPALIMNA. Vetus lectio Palmina. Ipse Pylenem/ut post docebimus. Non dissimulabo tamen uideri hanc a Strabone dictam Eupalion: qui scribat ἐπείκτιτον ἀιτωλίαν εἶναι τὴν τοῖς λοκροῖς συμάπτουσαν ὥσ ἐπὶ μάυπακτόν τε καὶ ἐυπάλιον. Quæ uerba cum Plinianis hoc loco fere consentiunt. Sed cum Eupalium idem sit cum Eupalia: si Stephano credendum est: ut sequenti capite dicemus: non uideo qui possit hic legi Eupaliū. Et ibi Eupalia: nisi forte duo sint nominis eius oppida. De Pylene constat ex Strabone in Aetolia sic oppidum uocante: Item Papinio/Sensit Scopulosa pylene Fletaq; cognatis auibus meleagria pleuron. Itē alibi: Nunc tumidæ calydonis opes/nunc torua pylenes Agmina: nunc mœstæ fundes pleuronis alūnos. Homerus ὅι πλευρῶν ἐμέμοντο καὶ ὤλεμον ὅι τε πυλήνην.

Ex eodem.ii.

HALISORNA. Scribendum est Halycarna Strabo Stephanus & uetusti fere codices. Et infra: IN AMBRACIA ACRANOS. Legendum puto Cranos/siue Crania. Theopompus κράνεια χωρίον ἐς ἀμβρακιωτῶν. Erat & Cranon ciuitas Athamanū: de qua Strabo/Callimachus/Herodotus/post Homerum. Celebre coruorum fama nunq̄ ibi plurium duobus habet & in Magnesia Thessaliæ ut post constabit/sub ipsa tempe collocata/ut Hecatæus docet.

Universidad de Deusto
Biblioteca

Ex eodem.ii.

IN AETOLIA ACHATON. Legendum Acanthon. ita enim uocari urbem Athamanum Stephanus est auctor: qui & cicadas in ea mutas esse prodidit:non has intelligens quas Plinius libro undecimo:Aristotelem si memini secutus:cis flumen Silere:ultra in locris Italiæ uidelicet ait canere.Sed alias: unde prouerbium Acanthios Tettix de iis qui non loquuntur. Et infra:MADIMIVM. Lege Medion/ex Polybio: qui oppidum Aetoliæ Μεδίωρα uocari scribit secundo libro. Confirmāt & Thucydides & Stephanus:Nam Medeon in Bœotia & in Phocide habet ut docebimus.

Ex capite.iii.

EANTHE. Scribendum est Oeanthe per œ diphthongum:auctores Hecatæus Thucydides Marcianus Capella/Hellanicus Pausanias:qui duo tamen Oeantheam uocarunt/ut apud nos Pomponius.In Ptolomæo corrupte legitur Euanthe.

Ex eodem.iii.

EVPOLIA.Scribēdum Eupalia/ex Stephano:Eupalia inquit urbs est in Locride:quam Artemidorus Eupalion appellat: in quo & Strabonis uerba superiore capite prætulimus. Thucydides tamē quarto libro/Eupolion inquit Locridis prædam misit.

Ex eodem.iii.

PORTVS APOLLINIS PSESTIS. Et infra:PESTVM. Lego Apollinis phæstii/& Phæstum ex Stephano Pausania & antiquis fere codicibus.Et infra:CHRYSEVS SINVS.Legendum Crisæus ex Herodoto ac Strabone/a Crisa oppido:quod ut Pausanias docet/filius Phoci Crisus condidit:Nam Chrysæ urbes multæ/sed aliis locis sunt. Ex eodem.iii.

PORTVS CALEON.Scribendum Chalæon/ex Thucydide/Hecatæo/Strabone/Ptolomæo/cæteris.nam Chalia Bœotorum est ex Theopompo. Et infra: AMPHISA. Pausanias quidem & Amphicæam & amphicleam nominat in Phocide. Sed aliud est Amphissa:aliud Amphicæa.Idem auctor post Herodotum:Amphissa in Locris est.qui Ozolæ inquit appellantur ab Amphissa Macaris & Apollinis filia nomen habēs:Amphicæa uero Doridis.Ideo nihil muto:nisi q̄ per duplex.ss.scribenda est.quod fere in omnibus quæ a præpositione græca deriuantur seruare oportet: ut ἀπὸ τῆσ ἀμφι Antissa.ἀπὸ τῆσ ἐπὶ Epissa.

Ex eodem.iii.

OPPIDVM CHRYSA. Scribendum est Crisa/ut prædiximus.

Illud sciendum/Homero Crisam dici nō hanc/sed quæ modo Cirra sit in Locris/auctore Pausania. Item infra: CVM VLENSIBVS ANTYCIRA. Lego cum Bulensibus anticyrra/ex Ptolomæo & uetustis exemplaribus/etiam Strabone.Vel Anticyra per simplex.r.ex Pausania & cæteris. Ab Anticyræo quodam Herculis ætate Cyparissus ab Homero nominata. Bulis quoq; a Bulone dicta conditore:a qua Bulii & Bulenses.maiore parte purpurarii: ut idem Pausanias est auctor.Buliam non Bulida Ptolomæus. Cicero in Pisonem/Parthenii & Bullienses illusi. Quodq; in eadem actione legitur Pertebia/castigandū est/ut sit Peræbia:ex Strabone Plinio cæteris scriptoribus:q̄q̄ & Bullienses in Macedonia Parthyæniq;. Ex eodem.iii.

PYRRHA.Stephanusquidem Pyrrhonæam uocat. sed cum Pyrrhæ multis locis sint/ut constat:in neutram partem decerno.

Ex eodem.iii.

TRYCONE TRICORIMBVS. Vetusti codices habent Trycone tricor ambribus.Proinde legi potest Trichone tritea ambrysus/ex Herodoto Pausania & Stephano:etiam si Tithronium Tithronenue q̄ Trichonem appellare quidam malunt. Strabo Ambrysum alteram in Phocide/alterā in Bœotia locauit. Stephanus Amphrysum quoq; dici recte affirmat. Pausanias quandoq; Ambroson uocauit ab Heroe sumpto nomine. De Tithronio in Locris omnes:nam Trichonion in Aetolis fuisse non in Locris lego: sed insertæ sunt & cōnexæ regiones/nec iidem semp limites fuere. Triteam Stephanus inter Phocidem & Locros qui Ozoli cognominantur.liberum sit & hoc.

Ex eodem.iii.

MYRENA. Legendum forte sit Drymæa. Pausanias/A Tithrone inquit Drymæan uiginti fere stadia. Herodotus Drymon uocauit:nā & Daulis de quo statim dicemus/idem fere significat apud Græcos quod Drymæa.

Ex eodem.iii.

TAVLIS.Lego Daulis/ex Homero Strabone Ptolomæo.Pausanias a nympha Daulide Cephissi filia.Strabo a densitate nemorum Et Dauliam uocari cœptam.in ea prognes & philomenæ fabulam cæteri/ Megaris ut inquit Strabo/ Thucydides.Pausanias tumulum eius Megaris ostendi tradit: Sed regnum tamen tenuisse in ipsa Daulide quæ supra Cheronæam sita est in Phocide: quod & Thucydides secundo uolumine affirmat iis uerbis:

Universidad de Deusto
Biblioteca

Dauliam inquit Tereus incoluit:qua in terra ſcelus quod de Ity fertur/mulieres illæ patrauerunt. unde inquit auis Daulias poetarum carmine celebrata eſt.Plinius autem cum dixit in mentione Thraciæ Biziam arcem Regum eius a Terei neſaſto crimine inuiſam hirundinibus:non tam hoc intelligit/quod quidam rentur/in Thracia id facinus feminarū fuiſſe/q̄ ꝙ etiam ſi cōmiſſum id flagitium eſt in phocide:aues tamen illæ hunc ſenſum habent: ut in Thracia quoq; tam longinqua Regum eius arcem oderint. Huius rei Pauſaniam auctorem habeo:qui cum dixiſſet hirundinem in Daulia non parere/ſubiungit:Nec in ipſa quoq; Terei Thracis patria:his uerbis:φωκεῖσι δὲ λέγουσιν ὥσ τῆ φιλομήλη καὶ ἄρρηι οὔση τηρέωσ ἔγγι ἀεῖμα.καὶ τῆσ πατρίδοσ ἀπέχη τῆσ τηρέωσ.

Ex capite.iiii. Peloponeſus.

LEGEAE HINC. CENCHREAE ILLINC. Pauſanias/Ptolomæus/& infra Plinius Lechææ.Strabo ἀρχὴ δὲ τῆσ παραλίασ ἑκατέρασ τῆσ μὲν τὸ λέχαιον. τῆσ δὲ, κεγχρέαι. Ratio nominis ꝙ Corinthii portus ipſos uocant λέχη.Liuius in bello Macedonico: Lechæum alterius maris portum appellari tradit.Non ſit hoc lex ſed cōmonitio originis. Alioquin Papinius a nobis eſt illo uerſu: Curua palæmonio ſecluditur unda Lechæo:ut qui Lycæo legunt imperitiæ arguendi ſint.Idem Poeta in una ſyluularum:Ab Inoo fert ſemina tecta lechæo.Nam de uia Domitiana/uerſum illum in quo legebatur His paruus niſi deuiæ uetaſſent Inous freta miſcu iſſet iſthmos.caſtigauit Domitius ut Lechiæ non deuiæ legendū eſſet:neſcio q̄ ferendus/ſyllabarum duarum neglecto menſu. Proinde ſi diuinandum erat:uerbum Cenchreæ potius q̄ Lechiæ ſupponendum fuit:incōmodum hoc:ſed minus.

Ex eodem.iiii.

PELOPONNESVM CONTINEAt HELLAS. Niſi legamus Contingat/ſenſus fiet obſcurus:& Pliniani ſaporis degener.Eſt autem in uerbo contingere/quædam quaſi Emphaſis:ceu paꝛ deſit: quominus abrupta & abſciſſa ſit Græciæ. contingit ergo tantum eam Græcia:non continet. Nam ut continens ſit Peloponneſus Græciæ aut contra:non tamen continere inuicem ſe dicunt. Marcianus Capella/Ab ipſius inquit Iſthmi anguſtiis Hellas incipit a noſtris Græcia dicta:in ea prima Attice antiquitus Acte uocata contingit Iſthmum Megarica ſui parte. Pomponius/Iſthmos inquit anguſto tramite Helladi Peloponneſum annectat. Et infra: PATRAS COLONIA. Legendum eſt Patræ.declinatur enim

Patræ patrarum:nec aliter.Pauſanias hanc Aroen dici prius ſolitam affirmat:mox a Patræo mœnibus ampliatis nomen accepiſſe quod nunc habet.

Ex capite.v. Achaia.

OLYROS. Xenophon Oluros/in Achaia eſt/non procul inqt Pellene.Alioquin Olyros in Bœotia eſt/ut Plinius Straboq; teſtant. Nam Olluris ſiue Ollyra uocatur inquit Strabo/quæ Dorion ab Homero dicitur in Meſſenia.In quo illud notari dignū:quæ græci per.y.pronuntiant licere nobis per.u.litterā proferre:ut Calumna Larumna Sulla Cordula : pro Calymna Larymna Sylla Cordyla.e diuerſo quæ illi per.u.ſcribunt/rationem depoſcere ut nos quoq; idē ſeruemus. Et infra:PELLENAEORVM CASTELLVM.Non uidetur legendum ita:ut Oluros Pellenæorum ſit caſtellū:ſed ita/ut duo loca ſint.Etenim Pellene oppidū eſt Achaiæ Polybius Strabo Ptolomæ⁹ cæteri.Ex Homero πελλήνην ἀεῖχον ὑπαὶγιον ἀμφιβέβηντο. Nam Pellana ſeu Pallana plurali numero Laconiæ tribuit/in Arcadiā euntibus:ut poſt liquebit.

Ex eodem.v.

EGIRA EGIVN. Scribi debet utrunq; cum diphthongo Aegira & Aegion/Polybius Pauſanias Ptolomæus Strabo.Papinius/Aegion arenemq; & quas Theſeia trœzen addit opes. Et infra:PALINORMVS PORTVS.Pauſanias & uetuſti fere codices Panormus.ἄκρα φησὶν ὁμοιαζομένη ῥίῳ καὶ λιμὴν πάνορμοσ:quindecim ſtadiis a Rhio diſtans.Et infra:HISIE. Scribendum eſt Hyſiæ:quo loca multa ſunt nomine in Bœotia & Arcadia & alibi/ex Thucydide Pherecide Artemidoro. In Argolide autem ſunt hæqnas hic legimus/ex Pauſania & Strabone/qui ait : εἰσὶ δὲ ὕσιαι τόποσ τῆσ ἀργολικῆσ γνώριμοσ καὶ κεγχρέαι. Et infra : A QVO PROMONTORIVM ABSVNT PATRAE. Legendū eſt a quo promontorio abſunt Patræ.auctores oēs & uetuſti codices.

Ex eodem.v.

LOCVS PHERAE IN ACHAIAM NOVEM MONTIVM SCIO ESSET. Vetuſti codices Nouem montium Scieſſa. Cæterum e Solini uerbis quanq̄ corruptis uera lectio exculpitur: Propter oppidum inquit Patras Odeſſa locus nouem colliū opacitate umbroſus:& radiis ſolis ferme inuius:nec aliam ob cauſam memorabilis.Ipſe odeſſa uerbum ex collatione ut dixi ueterum librorum mendoſe ſcriptum ſuſpicor pro Sciœſſa:quo illa ſignificatur opacitas.Strabo Celoſſam montem in Phliaſia uocari quendā

Universidad de Deusto
Biblioteca

tradit.de hoc intelligat nec ne/haud satis possum colligere.Fuit & inter Pellenem & Aegiram Achaiæ oppidulum Donussa qđ Homerus Doncessam uocauit illo uersu ὃι Δῦπερησίην καὶ ἀιπεινὴν Δομέσσαν.Nec scio an mentio hæc pertinere quicq̄ possit ad præsentem locum. Hypersia certe Homero ut inquit Pausanias & Strabo/Aegiram significat.Quod autem hic dicitur Locus pheræ in Achaiam:legendum est/Locus pheræ in Achaia. ideoq; adiicitur hoc ut distinctus sit a pheris quæ in Thessalia & Messenia uel alibi sunt.

Ex eodem.v.

VLTRA PATRAE OPPIDVM OLENVM COLONIA DYME.Videri potest legendum nō Colonia sed Colone:ut sit loci nomen: qui & Alesium uocaretur/Strabo auctor.Ex Homero: πέτρησ τ̓ὠλενίησ καὶ ἀλησίου ἔμμα κολώμη κέκληται. Potest tamen & Colonia defendi ex Strabone/qui ait Dymē Romanorū Coloniam fuisse deductis a Pompeio qui e cilicibus piratico bello supfuissent. In sexto Metamorphoseos/Messeneq; ferax pateræq; humilesq; cleonæ.Scribendū est Patræ/non pateræ. Et infra:HORMINAE.Vetusti codices & Strabo & Pausanias Hyrmine. Homerus ὅσσον ἐφυρμίμη καὶ μυρτιμοσ ἐσχατόεσσα ab Hyrmina Epei filia:quanq̄ & Horminam siue Hyrminam quoq; dici comprobant non urbem modo ut prius/sed ꝓmontoriū Cyllenæ ꝓximū.

Ex eodem.v.

PROMONTORIVM AVRAXVS.Strabo Promontoriū Arroxum:& aliubi Araxum.Plinius quoq; promontoriū hoc ubi de insulis sermo est Araxum inquit Peloponnesi promōtorium.Atq; ita sane lectio recta fuerit:nā & Ptolomæi & Pausaniæ confirmat auctoritas.addimus & Pomponii.

Ex eodem.v.

SCYLLAE SINVS.Legendum Cyllene sinus/non Scyllæ. Strabo μετὰ κυλλήνην ἀκρωτήριον ἐστὶ χελωνάτασ: id est post Cyllenē promontorium est Chelonatas. Plinius quoq; statim inde Cyllenem inquit & reliqua. Sed & uetusti codices Cylleñ sinus. habetur quidem & Scyllus Scylluntos oppidum Achaiæ/Straboni & Pausaniæ: quo Xenophon orator exul a Lacedæmoniis donatus est.Sed in Triphylia prope delubrum Iouis olympii.Est & Scyllæum in Peloponneso promontorium: ut Plinius Strabo Ptolomæusq;:sed sinu Argolico iuxta Hermionē ut ait Eustathius/quo Scylla Nisi filia fluctibus eiecta creditur.

Ex eodem.v.

PHILIVM. Lego Phlius ex Strabone & infra Plinio. quanq̄ est ubi & Philius philiuntis apud ueteres scribaē:errore potius q̄ industria crediderim:Nam & apud Ciceronem in Tusculanis quinta questione Phyllunta pro phliunta & phyliasios pro phliasios inuenias.Fuit autem quando Phliuntios non phliasios idem Cicero uocauerit.In Epistolis ad Atticum hoc est Aristarchum suū Me inquit analogia deceperat φλιοῦσ ὁποῦσ σιποῦσ ὀπουρτίουσ σιπουρτίουσ.Sed hoc continuo inquit correximus.In Apuleii desensiōe idē error:Vinū inqt Thasiū/olus philiasiū.scribe phliasiū.

Ex eodem.v.

ARETHVSA DICTA. Codices uetusti Arathere habent nō Arethuse.Proinde legendum est Aræthyrea/Homerus ἀραιθυρέην ἐρατειμήν.Strabo/Regionē inqt phliuntis Aræthyreā Poeta noiauit.

Ex eodem.v.

EPIE. lego Epeæ Strabo & Homer" ab Epeo Endymionis filio Paone fratre cursu uicto:conuenerat enim ut qui superatus esset imperium uictori cederet:ille in Macedoniam discessit/a quo Paeonia dicta Regio auctor Pausanias.Et infra:ET APILO.Distinguendum est Et a pylo:ut sciamus præter hanc quæ Nestoris fuit duas alias Pylos monstrari:unde carmen Ludicrū ἐςὶ πύλοσ πρὸ πύλοιο, πύλοσ γεμέμ ἐςὶ καὶ ἄλλοσ Nestoris pylus cognominari solet multipliciter Lepreaticus Heliacus Triphylius/& ab Homero Emathois: altera huic uicina Scollios & Alphaicus: tertia Messeniacus prope Coryphasium.

Ex eodem quinto.

FASTVS.Omnes uetusti codices habent Fastos:quod & potest defendi:quoniam ut Romani per Consules aut Cæsares/ita Græci ꝑ Olympiadas & Olympionicas tempora chronicorum supputant. atq; ut Consules ita & Olympiæ uictores iterū & tertiū dicimus: ex Plauto menechmis:qui iterum inquit Pythia & tertiū Olympia:qui locus ante nos corruptus ferebatur. huic simile est quod L.Apuleius Tantos inquit progressus exercitatio Platoni contulit ut Pythia & Isthmia de lucta certauerit.Nō sum nescius tamē rideri a Cicerone uanitatem fastusq; Græcorum in iis ludis:cuius in oratione pro.L.Flacco uerba sunt Olympionices hoc est apud Græcos inquit quoniam de eorū grauitate dicimus prope maius & glorioſius q̄ Romæ triumphasse.Nec illud me præterit Fastus etiam pro Fastis dixisse ueteres/Lucanum/Columellam/Varronē/

Universidad de Deusto
Biblioteca

id quod Seruius non tam improbauit q̄ neſciuit.

Ex eodem.v.

BREPIVM.Strabo Ptolomæus Pauſanias Leprium ab Heroe Leprio quem occidit Hercules/ſiue a lepra qua curabant̄ ibi ſe quodam flumine mergentes.Eſt & alterum in Arcadia quoq; Lepriū ut inquit Pauſanias/& in epiſtola quadam ad Atticum Cicero:& coniectura quoq; noſtra Plinius. Propterea Lepreatæ de quibus hic agitur Triphyliaci uocantur/q̄ in Helide ſunt ut ab Arcadicis diſtincti:etiā ſi Triphyliaci Lepreatæ Arcades cenſeri q̄ Triphyliaci malebant.Thucydides/Lepreon inqt qđ in Laconico & Helæo agro ſitū eſt. Ex eodem.v.

PROMONTORIVM PLATANODES. Ptolomæus & Strabo Plataniſtus/ut ſit Plataniſtuntis ſicut phlius phliuntis & myus myuntis & ſimilia his pleraq;.Plataniſtus autem a promontorio quod Onugnatos appellatur quinq; milibus paſſuū duntaxat abeſt:nam Plataniſtos amnis eſt qui Coronem alluit in Peloponneſo poſitam Venetorum Coloniam.

Ex eodem.v.

PILOS METONE LVCVS HELIS.Scribendum arbitror Pylos methone:locus Helos ex Homero καὶ πτέλεον καὶ ἕλος καὶ ἀώριον.nam de Pteleo & Dorio ſtatim fere Plinius.dictum uero helos/quoniam paluſtre ſolum ſit/auctores Strabo Pauſanias. Fuit Et helos alterum Laconiæ: de quo idem Poeta οἳ τὰρ ἀμύκλας ἔχον ἕλος τέφαλον πτολίεθρον. De Pylo diximus.de Methone itē cōſtat:& ipſa Venetorum colonia/quam Pedaſon uocari Homero quidam rentur.

Ex eodem.v.

PTOELEON TRIRON.Lego Pteleon Thryon/ex uetuſtis codicibus Strabone cæteris/præſertimq; Homero καὶ πτέλεον καὶ ἕλος καὶ ἀώριον.Item καὶ θρύον ἀλφειοῖο πόρον.hanc uero Thryon alibi Poeta idē Thryceſſam uocat/a fruticis eius copia.quidā epitalium/alii propinquum Thryo epitalium fecere. Nam Thrius thriuntis altera eſt urbs in Helide uicina Patris/a Thriūte Atheniēſi cōditore noīata. De Thryo noſtra Papinius/Quos thryon & ſummis ingeſtum montibus æpy Quos Helos & Pteleon.

Ex eodem quinto.

DORION ZANCLE VARIIS CLARA TEMPORIBVS. Cum in Peloponneſſo Zancle nuſq̄ legatur fuiſſe/non Strabo/nō Ptolomæus/non Stephanus/nō Mela Pomponius/nō Iulius Solinus/non Pauſanias/non cæteri quos adiui nominent:ſed in Sicilia fere/ut Hecatæus Herodotus & Nicander & utraq; lingua certatim Poetæ:uix eſt quin corruptum eſſe locum uerear:cum ſi clara priſcis temporibus fuiſſet ut hic dicitur/omitti a græcis ſcriptoribus nullo modo potuiſſet.quippe qui hoc ipſo male audiant q̄ ſua plus æquo prædicent:quodq; apud ipſos ut poeta ille cecinit Nullum eſt ſine nomine ſaxum.Ita fit ut ipſe aliter legi poſſe non tam affirmem q̄ in medium conſulentis & diſceptantis more proferā:hoc pacto/Dorion Thamyræ uatis clara temporibus. Ex Homero διώριον ἔμοάτε μοῦσαι ἀμτόμεναι θάμυριν τον ορνίκα παῦσαν ἀοιδῆσ οιχαλίηοεν τομτα παρεύρυτου οιχαλιῆοσ. Papinius Getico: Quos flebile uati Dorion:hic fretus doctas anteire canendo.Aonidas multos thamyris damnatus in annos.Lucanus ſexto/Et Dorion ira flebile pieridum.de quo tamen poetæ uerſu poſt dicemus Accedit & Doſitheus qui harmoniæ genus Doricæ a Thamyra inuentum hoc loco tradit:unde urbi nomen Dorion.Sed & uetus lectio non omnis habet Zancle ſed Cande.Scio tamen Meſſenios Peloponeſo exactos in Siciliam ueniſſe/ibiq; capta Zancle Meſſanam appellaſſe:denuo in patriam reuerſos urbem nouam condiſſe/nec Zanclen ſed Meſſenen uocaſſe/ut Pauſanias eſt auctor. Quod ſi noua hæc Meſſena cognomentū retinuit Zanclæ/id qđ hiſtoriæ non demonſtrant:nihil mutauerim.Quod autem hic dicitur Variis clara temporibus: optime poteſt accōmodari Meſſeniis:quibus ob æterna cum Lacedæmoniis bella:uarios caſus mari & terra experiri contigit.Ipſe Plinius(ne quid ſciens prætereā) in Siciliæ ſitu Zanclæos Meſſeniorum nuncupat.

Ex eodem quinto.

AMYCLAE PHERAE LEVTRA ET INTVS SPARTA. Homerus legit Phare ſingulari numero φάρητε σπάρτητε πολυτρήρωνα μέσσην.Item Pauſanias & Strabo/qui tamen Pharim eam uocat ὑποπέπτωκε δὲ τῶν Ταυγέτων ἡ σπάρτα καὶ ἀμύκλαι οὗ τὸ τοῦ ἀπόλλωνος ἱερὸν καὶ ἡ φάρις. Papinius/Quos phare uolucrūq; parens cythereia meſſe.Alioquin Pheræ aut Pharæ cum multitudinis numero dicunt̄ in Meſſenia non in Laconia ſunt inqt Strabo.habentur & in Achaia & alibi. Verbū autem LEVTRA ſcribendum eſt Leuctra per.c.plurali numero / Singulari Leuctrum & genere fœminino Leuctra ſed rarius. Sunt & in Bœotis Leuctra/Strabo/Ptolomæus/cæteri. Solinus etiam Leuctras uidetur uſurpaſſe.

Universidad de Deusto
Biblioteca

Ex eodem.v.

CARDAMI LEPITAMAE.Scribendum est Cardamyle Pitane: Strabo/Pausanias.Homerus utiq; de Cardamyla . Solinus/Pitane inquit Archesilai Stoici patria fuisse traditur . ab hac Pitanatæ nominantur.Est & in Aeolide Pitane/a qua Pitanæi & Pitanitæ potius:& ubi natus Archesilas Achademicus nō Stoicus auctore Pomponio Strabone cæteris.Mirū unde Solinus tam aperte/ne dicam turpiter/conniueat.

Ex eodem.v.

ANTIANE.Lego Anthane/auctor Stephanus/& Charax/qui Anthenam mauult appellare:Vrbs hæc inquiunt Laconica proxime delubrū Neptuni Anthes cognominati.Fuit & Anthea/sed prope Argos/de qua Homerus atq; Strabo . Solinus quoq; Antiam hoc loco forte p Anthea posuit:Antia inquit & Cardamyle ubi quondam fuere Thyre:Sed de Anthea mox.

Ex eodem.v.

LACVSTIREA.Legendum est Locus Thyre.Solinus/Vbi quondam inquit fuere Thyre nūc locus dicitur.Papinius/Et Lacedæmonium Thyre lectura cruorem.a quo & Thyreaticæ Spartanorum Corollæ quædā appellatæ.De hac Lacedæmoniorum uictoria Herodotus Athenæusq;.In quo sciendū Thyre pluratiuo numero genere neutro p Synæresim efferri θύρεα καὶ θύρη auctor Stephanus:etiam si numero singulari quoq; Thyrea dici potest.Fuit hæc Messeniorum:sed diuus Augustus Lacedæmoniis asscripsit. q; Messenii cū Antonio sensisse uiderent auctor Pausanias. Strabo Thuriam appellat φηραὶ φασὶν ὅμοροσ θουρία καὶ γερηνίοισ. Meminit & Diodorus & Thucydides.De Gereniis statim mox & Plinius.Videtur autem hæc Ptolomæo nō Thyrea sed Thurion uocata.Est & Thyreū in Arcadia Pausaniæ.sunt & Thyrides Straboni & Pausaniæ circa sinū Messeniacum uersus Laconiā/porro ipsa Thyre de quibus modo loquimur.Ab Homero Aepeas uocari Strabo:Antheam Pausanias existimat.

Ex eodem.v.

EGERANIA.Lego Gerenia ex Strabone & Pausania qui ab Homero Enopen uocatam putauit . Et infra: SINVS CYTHEATES . Legendū est Gytheates ex Strabone Ptolomæo Pausania: ab oppido quod Gytheon appellabatur : Id Hercules & Apollo depositis eo loci simultatibus cōmuni opere condiderunt. Cicero in officiis tertio uolumine : Classem inquit Lacedæmoniorꝝ quæ

subducta esset ad Gytheum : etiam si ad Aegypteum corrupte ab omnibus legatur. q; autem Gytheum huic muneri dicatum esset: Strabo fere demonstrat γύθειον ἔφη τό τῆσ σπάρτησ ἐπίνειον ἐν διακοσίοισ καὶ τεσσαράκοντα σταδίοισ ἱδρυμένον ἔχει λόγοσ φασί τοῦ μάυζαθμον ὀρυκτοῦ.Id & Polybius cōfirmat ad uerbū fere. Liuius/In Macedonico bello Gytheum inquit omnium maritimarꝝ rerum Lacedæmoniis receptaculum.

Ex eodem.v.

OPPIDA BOEA EPIDAVRVS LIMERA COGNOMINE ZARAX . Distinguendum est/ita ut sciamus Limeram cognomentum Epidauri esse/non Zaracis:auctor Strabo & Pausanias. dictam ita quoniam portuosa sit. Habetur & altera Epidauros in Peloponneso ut Ptolomæus inquit/Epidauria Straboni dicta.Plinio Epidaurum oppidū Aesculapii delubro celebre.De Bœa Strabo Ptolomæus cæteri.Pausanias multitudinis forma Bœas uocat ab Heraclida Bœo conditore.

Ex eodem.v.

CIPHANIS PORTVS.Legendū uidetur Cyphanta portus aut Cyphantis ab urbe ut Ptolomæus inquit Cyphanta . Pausanias Cyphantæ inquit portum habent ubi fons Atalanta nominatus: q; ibi uenatrix fœmina situ & æstu languida consederit & petra uenabulo eius percussa laticem præbuerit.Meminit & Polybius.

Ex eodem.v.

APESANTHVS.Lego Apesas ex Pausania Pindaro Callimacho ab Heroe cui Apheſas nomen erat. Puto etiam legi posse Apesas: Anthes ut sint montes duo Apesas & Anthes/ab Anthe qui & Anthanem ibi condidit. Mons Apesas Nemeæ superiacet ubi Theseus Ioui primum operatus creditur:de quo Apesantius quoq; dictus est Iupiter. Papinius/Mons erat audaci seductus in æthera dorso Nomine Lernæi dicunt apesanta coloni . gentibus Argolicis olim sacer.

Ex eodem.v.

OPPIDA HARMIONE. Scribendum est Hermione/Polybius/Strabo/Ptolomæus/Pausanias . Ex Homero ἑρμιόνηντάσιμηνται. hac ad inferos descendi compendio ferunt/eoq; defunctis ibi non ingeri portorium.Et infra:PORTVS CHENITES . Legendū Cænites.sunt enim Caenæ urbs circa sinū Laconicum/unde portus nomen Ptolomæus auctor. Pausanias quoq; Caena inquit ad Tænarū monté fuit/Tænaron ante uocitata.Meminit & Strabo.

Universidad de Deusto
Biblioteca

A Cæna Cænæus Iupiter. Ouidius/Victor ab œchalia cænæo sacra parabat Vota Ioui.

Ex eodem.v.

PORTVS ANTEDVS. Lego Anthedon ex uetustis codicibus Strabone Ptolomæo/sed & Homero ἀμφηλόμα ἔσχατόωσαν. Et infra: PORTVS BVCEPHALIO. Scribendum aut Bucephala ex Pausania/aut Bucephalas ex Stephano/aut Bucephalon ex Ptolomæo.

Ex capite.vi.

PROPHIS. lego Psophis/ex Theophrasto Polybio Ptolomæo Pausaniaq;/a Psophide Erycis Sicani filia. Ouidius quinto Metamorphoseos: Vsq; sub orchomenon psophidaq; cyllenemq;. Perhibentur & aliæ Psophides: Nam & insula Venetorum Zacyntho arx ipsa uocabat' Psophis: & aliæ multis locis. Verum Arcadicæ Psophidis nomen uetus reddunt Phegeam a conditore impositã Phegeo Alphesibœi filio: nisi quis a faginea glande potius existimet: quando & Arcadia quoq; ipsa Pelasgis quãdoq; dicta est a Pelasgo rege magno & sapiente uiro/scilicet quia uitæ cultioris auctor eis fuisset & uictum ex stirpibus herbarum arborumq; frondibus transtulisset ad glandẽ maximeq; fagineã. De Psophide Papinius.

Ex eodem.vi.

ANTIGONEA. Cum de Mantinea dictum sit pauloante/nec alia sit Mantinea q̃ Antigonia ut Ptolomæus inquit & Pausanias mutato ueteri urbis uocabulo in adulationem Antigoni eius qui Philippo Persæ patri curator regni fuit. Mirari æquum est quam obrẽ duas urbes Plinius existimet: Adrianus quoq; princeps ex Antigonia rursus ut Mantinea diceretur imperauit/atq; ita post obtinuit/non inuenio qui Plinium tueri possim nisi altero e duobus suffugio/siue uti Mantineas fuisse duas ueterem & nouam dicamus: etiam si uestigia tantum & rudera ueteris manebant ubi cãpus est Ptolis appellatus/eodem auctore Pausania: siue ut in Plinio Manthyream non Mantineam legamus. fuit enim Manthyrea locus Arcadiæ ut auctor est Stephanus. Et infra: PHINIVM Et infra: PHINEOS AMNIS. Scribendũ est Phenetum & Pheneos/ex Homero Polybio Strabone cæteris: alioquin Phineos & Phinopolis in Ponto sunt/nec ambigitur.

Ex eodem.vi.

CARTINA BVCALION CRANON. Pausanias in Arcadia cõmemorat Gortyn Buphagiũ Carniõ. Gortyn a Gortyne stymphali/Buphagium ab amne Buphago/item a conditore: Carnion

& in Messenia lucus/& in Laconia templum Apollinis/& in Arcadia flumen uocari ab eodẽ auctore dicitur: qui & Cromnem oppidum quod & Cromum appellauit in Arcadia constituit. Ptolomæus montem quoq; in Peloponneso Carnion haberi tradit.

Ex eodem.vi.

PARRASIE THELPHVSA. Scribendum est aut Thelpusa ut Polybius & Pausanias: quæ urbs prope Orchomenum est Arcadiæ aut Erymanthum amnem/a Thelpusa Ladonis filia id nomẽ habens: aut Telphussa per.t.& duplex.ss. quæ item in Arcadia est Lycophroni: nam Thelphussium siue Tilphossium in Bœotia est Straboni Athenæoq;/ubi Pindaro laudatus fons Telphissa: cuius aquæ frigus Tiresias uates cum senex potasset & ferre non potuisset/extinctus est ut inquit Aristophanes. De Parrasiis a Parraso Lycaonis ut alii a Pelasgo conditis Strabo & cæteri/ex Homero ςύμφαλον καὶ παρρασίην ἐρέμνητο. Nicanor Parmasiã prius appellatam tradit ἀπὸ τῆς τοῦ λυκάονος παρρασίας. nam Prasiæ Ptolomæo Laconicum est oppidum Argiuoq;/Polybio & Thucididi: a Pausania Brasiæ uocatum.

Ex eodem.vi.

MAENALA HERAEA. Omnes uetusti codices habent Melanea heræa. Pausanias/Melæneæ inquit in Arcadia sunt oppidũ a Melæneo Lycaonis filio inter Heræam & Megalopolin. nã de Mænalo inferius a Plinio fiet mentio. Siquidem & urbs ipsa Mænalus uocatur & mons/a Mænalo ut inqt Stephanus filio Lycaonis

Ex eodem.vi.

HERE PHILE. Scribẽdũ est aut Heræa & Pyle ut Strabo & Pausanias: aut Heræa & Phialia ut Polybius Diodorus Ptolomæus. Pausanias Phialiã prius Phigaliã appellatã refert a cõditoribus/sicut Heræã quoq; ab Heræo Lycaonis filio: quæ Sologorgos ante

Ex eodem.vi. dicerẽt.

PALLENE PINCINA ETHE LEPRE. Collatis syllabatim literatimq; uerbis omnibus & lectione ueteri quæ post Pallene habet agra: scribendũ censeo: Pellana Agræ Epiũ Cynæthæ Lepreon De Agra siue agris Stephanus duo loca dici tradens ita quorum unus in Attica sit ubi mysteria minora celebrarent'. de altero nihil certũ affert ambusto codice. De Cynæthensibus in Arcadia Polybius & Pausanias/q a Cynætho Lycaonis filio Cynæthas appellatos ꝓdidit. De Epio Polybius ditiõis aliquãdo triphyliacæ. prima in ea ꝓducit': nã Aepea Laconicoꝝ fuit sicut Aepi Messenioꝝ.

Universidad de Deusto
Biblioteca

Vtriuſq; mentio apud eminentiſſimum Poetam. Dionyſius antiquitatum primo Tractum Cynæthium ab Aeneæ ſocio ibi uita functo ſepultoq; nominatum putat in Arcadĩa. De Pellana Pauſanias:Locus inquit in Laconico eſt Pellana petẽtibus Arcadiã & Megalopolin occurrẽs pluratiuo numero Straboni dictus.Lepreatæ item gemini reddũtur a Pauſania Triphyliaci & Arcadici/ut in Achaia teſtati ſumus.Malui diuinator uideri q̃ Aetoliæ cicada Cui diſplicet/meminerit Ariſtarchum non alia magis ratione uatem exiſtimatum q̃ q; librariorum aut uetuſtatis in Homero uitia etiam cum periculo famæ ſcrutari uoluiſſet.Sciebã & Proſymnam & Aetiam Augeas ab Homero dictam. Legi & Etion quam & Etiada uocent ab Aeneæ filia.ſed illam in Argolide Micenenſi agro ponunt. Papinius/Danaia tideus Arua gradu uiridiſq; legit deuexa Proſymnæ. Et alibi/Hinc armat Lariſſa uirens hinc celſa proſymnæ.Aetiam & Etion in Laconico.

Ex eodem.vi.

ARCALIA. Vetuſti codices habent Arcadia. Item Stephanus urbem ita dictam cõmeminit uicinam mari:magis tamen probamus ut ad diſtinctionem Leprei Triphyliaci præcedentibus addatur.De Lepreo enim Arcadiæ cum Pauſanias tũ Cicero ad Atticũ : Lepreon inquit in Arcadia cenſebat eſſe quoddã maritimũ.

Ex eodem.vi.

ELEE.Scribo Alea/uetuſti codices & Theopõpus/a conditore Aleo Papinius in ſyluis/Aut aleæ lucis uidit tegeea ſacerdos.melius.n. ita q̃ Eleæ:ibi Minerua colebatur:quod & Herodotus confirmat. Inde ſimulachrũ Mineruæ opus Scopæ diuus Auguſtus poſt Actiacam uictoriã ex Tegeis trãſtulit & in foro poſuit/auctore Pauſania.Et infra:ENISPHE.Scribendum Eniſpe.Papinius/Ripeq; & Stratie uentoſaq; donat eniſpe. ab Homero ſumptum ῥιπήτε σταθμήτε καὶ ἡμεσσάων ἐρίσπης.

Ex eodem.vi.

LAMPADIA.Stephanus Lampea:nam & mõs in Arcadia hoc nomine conſpicitur/Strabo Pauſaniaſq;.Papinius Lampia ut poſt liquebit.Et infra:REGIO NEMEA THEMBINADIA VOCITATA.Legendũ eſt Bembinadia.fuit enim uicus Nemeæ Bembina:unde Nemeæus leo a poetis Bẽbinites dictus.Panyaſis δέρματε θήρειον βεμβιήταο λέοντος.Sed & in Plautino milite ubi dicitur Bombamatides clutum inſtar:cogitent legentes an emendãdũ ſit Bembinatidis beluæ inſtar/hoc eſt Nemeæi leonis inſtar.

Ex eodem.vi.

PHOLE.Vetuſti codices Pomponius Ptolomæus & Strabo Diodorus & gregatim omnes Pholoe/a Pholo dictus Centauro.urbs tamen ipſa Pholon:unde Pholoenſes auctore Stephano.

Ex eodem.vi.

LAMPHEVS. Scribendum eſt aut Lampeus aut Lampea/ut ex Strabone ac Pauſania ꝓbauimus:a ſplendore Papinius/Candẽſq; iugis lampia niuoſis.Et infra:PHINEVS.Scribe Pheneos/ut ſit Tribrachys/quod & ſupra poſui.Papinius/Et pheneos nigro ſtyga mittere credita diti. Homerus ὅι φενεόν τε ἐρεμνόν. Et infra: ALITREI.Scribendum uidetur Allantei ab Allante oppido:qđ & Allanteum quoq; Theopompo dicitur. Poteſt & Aliphiræi ab urbe ut inqt Polybius Aliphira:cuius & Pauſanias meminit. No men oppido Aliphiris dediſſe Lycaonis filius creditur. Cicero ad Atticũ/Tene inqt & Aliphira & Trittia quaſi ꝓcoĩ ſđ eſſe uidebant.

Ex eodem.vi.

AB EA TEPVRGENSES. lego Abeatæ Pyrgenſes/ex Ptolomæo Pauſania Polybio & antiqs fere codicibus.Sũt aũt Abea & Pyrgi oppida Meſſenioꝝ.Abea uero etiã Ira dicebat/una e ſeptem urbibus quas Homerus ab Agamemnone ꝓmiſſas Achilli finxit.Scio illud ſcribi Stephano Macareas in Arcadia fuiſſe quam Romani beatam inquit uocarent.

Ex eodem.vi.

PEREATE.Scribendum eſt aut Perethes aut Paroræatæ ab urbibus Arcadiæ Parethenſi & Paroræa/ut Nicolaus & Pauſanias teſtantur.Fuerunt ibi & Eparitæ ut Ephoro & Xenophonti placet. Nominãtur & Peræatæ/ſed in agro Corinthienſi:nam Paronatæ ut Strabo refert Helidis mõtana tenuere:niſi quis Paroræatas in Strabone quoq; non Paronatas legat/a montibus quos incolunt uocatos.

Ex eodem.vi.

TORTVNI. Quid ſi legas ex Pauſania Ptolomæoq; Teuthranii ab oppido Laconiæ quod Teuthras Athenienſis homo condidit. Quid ſi Teutani a regione Sicyonis Teutanio uocata quam Homerus Titanon appellat Τιτάνοι οτε λευκὰ κάρηνα.

Ex eodem.vi.

TIPHANAI. Vetus lectio habet Phane. Porro quatuor Phanæ ſunt / quarum in Peloponneſo nullæ. propterea fit ut Typania legendum putem ex Ptolomæo / qui circa Helin uocari urbem

Universidad de Deusto
Biblioteca

ita ſcripſit. Aut Typaneæ plurali numero ut Polybius a monte ut arbitror Typæo: cuius facit mentionem Pauſanias: ex eo tradens præcipitari ſolitas mulieres ab Helæis quæ certaminibus olympicis interfuiſſent alphæumq; traieciſſent interdicto illis tempore.

Ex eodem.vi.

TRIVSI. Legendū Thriaſii/aut quod idem eſt Thriuntii a Thriunte oppido Triphyliæ/ut in Meſſeniaca Thryo diximus: a qua Thryoentii non Thryuntii dicuntur.

Ex eodem.vi.

TRIRENSES. Vetuſti codices habent Attricenſes/fortaſſe Acrorienſes ab urbe ut inquit Stephanus Triphyliæ quam Acrorios uocabant. Ptolomæus certe in Laconico ſinu Acriā quandā ponit unde Acrienſes. Quid ſi Trittenſes ex Polybio qui eos in Achaia conſtituit, nam & quidam manu ſcripti codices ita plane habent: a Trittæa urbe: cuius & Strabo meminit inter Achaicas. Cicero ad Atticum: Arcadiæ inquit cenſebat eſſe Lepreon quoddā maritimū: Tene aūt & Aliphira & Trittia ῥεόκτισὰ eſſe uidebanť: idq; τῶ τῶμ μεῶμ καταλόγω confirmabat/hoc eſt Homeri; ubi mētio nō

Ex eodem.vi. (fit iſtoq;

AD OPPIDVM RHEGEVM CORINTHIACI SINVS. Legendum arbitror Lechæum aut Legæum. Plinius ſupra Corinthiacus hinc illinc Saronicus inqt appellatus ſinus Legææ hinc Cenchreæ illinc anguſtiarum termini. Strabo quoq; idem ad uerbum dicit/prætereq; q, non ad oppidum Legæum ſed ad Aegæum mare latitudinem metitur Τό ἀπό τοῦ μότου πρόσ τόμ ἄρκτομ ἀπό τωῖ μαλεῶμ διἄρκαλάσ ἐισάιγαῖομ: non q, Lechæum alluať mari Aegæo/ſed q, in illis anguſtiis fere nihil eſt Ionium quis an Aegæum faciat huius menſuræ limitem.

Ex capite.vii.

ATTICA ANTIQVITVS ATTE. ſcribēdū eſt Acte ab Actæone ſiue Actæo rege/ut Fauorino placet & Lycophroni/q Actæos uocat Athenienſes: uel quia littoralis fere tota ſit exili & anguſto quodā uelut margine/ut Apollodoro & Straboni. habēt & codices uetuſti Acte/nō Atte. Dicebať quidē & Atthis/ſ3 ab Atthide Cranai regis filia/ut inqt Euſtathius Marcianuſq; apd nos itēq; Trogus ſecundo libro: q̄q̄ græcus ,p Cranao mēdoſe in eo ſcriptū eſt.

Ex eodem.vii.

PORTVS SCHENOS. Scribendum eſt Schœnus Schœnuntis ex Strabone Ptolomæoq;. Strabo & flumen Athenis proximum

ita nominat/dictum a iuncis: proindeq; Iuncarios in Hiſpania cā pos Schœnuntas uocat. ſed & in Arcadia Schœnūtis fit mētio/ab amne quē Schœnica appellāt. Schœnū uero in Bœotia terra collo (cāt.

Ex eodem.vii.

CREMION ET SCIRONIA SAXA. Thucydides & Pauſanias Cromyon/itē Strabo/a Cromyonia Calydonii Apri matre. Stephanus Cremyon a cōditore Cremo neptuni filio. Ouidius/Q d̄q; ſuam ſecurus aret Cromyona colonus Munus opuſq; tuū eſt. Dio dorus quoq; p.o. Cromyon nō p.e. Et infra: FVERE ET ENOA ſcribendū eſt Oenoa ex Strabone Ptolomæo Pauſania poſt Herodotū & Thucydidē. Ex eodem.vii.

CALLIRHOE NEMEAE CRVNOS. Legendū eſt Callirhoe Enneacruntos. ita.n. uocari fontē Athenis cēlebrē conditum a Piſiſtrato Pauſanias Vitruuius Pliniuſq; teſtanť: etiā ſi Solinus corrupte uideť legiſſe Cruneſon: Callirhoen inquit ſtupent fontem. nec ideo Cruneſon fontē alterū nullius rei numerāt. Papinius Enneacrunon uideť eundē putaſſe cū Callirhoe libro.xii. Thebaidos Et quos Callirhoe nouies errantibus undis Implicat: id.n. ſignificat Enneacrunos id eſt ſalientes nouē. Marcianus Capella: Fōtes inqt multi Atticæ inter quos Callirhoe prædicať. de Enneacruno mentionē facit nullā. Recētiores q hūc locū ex Plinio in cōmentatiōes ſuas trāſtulere: in eundē ,plapſi ſunt etroré. Cæteq; Thucydides ſe cūdo libro Papinii cōprobat ſniam iis uerbis: Fonte inqt utebanť qui poſtq; reparatus a tyrānis fuerat Enneacrunos dictus eſt: Callirhoe quondā appellatus. Ex eodem.vii.

SVNIVM DORISCVM PROMONTORIū. Vetus lectio Suniū ,pmontoriū Doriſcū ,pmontoriū: nec diſplicet/cū ex Ptolomæo/tum ex Homero ἄλλὸτε σούνιοῃ ἄκροῃ. Vt tamen obiter ſciamus plebē quandā e tribu ſiue curia Leōtide Athenis Sunion uocatā fuiſſe/Cicero ad Atticū modo nomē loci modo nomen oppidi Suniū & Pyrræū intelligi poſſe ait. Si loci: præpoſitiones adiici: e Sunio e Pyrræo/ad Suniū ad Pyrræū. Si oppidi/nō adiici.

Ex eodem.vii.

POLYPOSTERE BRAVRON ION. Strabo Potamos Sterea Brauron Ion noia populoq; & oppidoq; in Attica: quoq; Potamos in littore Brauron a Braurone heroe/ubi Diana colebať Brauronia ut inquit poſt Herodotum Pauſanias. Ion quoq; in eodem loco/a quo Ionidæ. alioquin & Attica ipſa quondam Ionia eſt uocata/ut Homero placet/ab Ionio Apollinis & Creuſæ Erichthei filio/au-

ctor Stephanus.uel ab Ione Xuthi filio/auctor Strabo. Papinius libro.xii.Qui gelidū braurona uiri.quo ſane loco populi regiōis Atticæ reddūtur ii Munichia:ubi Diana celebratur.Pirræos ſiue Pirræeus/& inde accuſatiuo caſu pirræa/ut illo eius uerſu Munychia & trepidis ſtabilé pirræa nautis. Pōt & pirræea ut Dactylus ſit quinto pede legi:etiā ſi ſoluta oſone pirræū nō pirræa caſu illo pronuntiandū latine cenſebat Atticus reprehenſo Cicerone.Dicūtur & multitudinis uocabulo Pyrrhæa/Ouidius:Sunion expoſitū pyrrhæaq; tuta receſſu Linquit.Nominant' ab eodē poeta Icarii celeiq; domus uirideſq; melaenæ. Item Aegaleos.Parnes.Lycabettus.& Hymettus mōtes:& Hylleus uicus & Acarne:Suniū Salamis & Eleuſis & Iliſſus amnis & fons Callirhoe.quæ ideo recenſui q; mendoſe legebantur. Ex eodem.vii.

MARATHON CAMPVS TRIASSVS OPPIDū MILEtū. Videt' legendū Thriaſius/ita ut uerbum campus non tā ad Marathonem q̄ ad Thriaſium ptineat:Thucydides & Strabo quoq; θριάσιον πεδίον a lōco quem græci Thriam & Thrio uocant.Miletū uero codices antiq Melitā ſcribūt:qd & Stephanus cōfirmat eiuſq; loci populares/ut Thriaſios/tradit œneidis cōtributos fuiſſe Ex eodem.vii.

LEBEDEA.Scribit' Lebadia Straboni Ptolomæo cæteris:quanq̄ & Lebedea Herodoto/ubi oraculū Triphonii.hāc Homerus Mideā uocaſſe credit' illo uerſu ὅτε πολυζάφυλον ἄρμην ἔχον ὅτε μίδειαν Arnen uero Chæroneā Pauſanias.In Papinii Thebaide li.vii.corrigendus uerſus eſt/Et ualles Thebadea tuas & iā polon acri Sūmiſſam ſcopulo:ut ita legas/Et ualles lebadea tuas & hyampolin acri ſummiſſam ſcopulo.De Hyampoli nō multo infra Plinius & Ex eodem.vii. (Herodotus.

LEVTHRE. Vetus lectio Eleutheræ/Strabo auctor In Bœotia. Theopōpus Eleutherida quoq; in eadem terra poſuit Oropo urbi proximā/& quantū coniicio diuerſam ab Eleutheris.Non ignoro Leuctra Bœotioq; fuiſſe Lacedæmonioq; clade inſignem:Leuthræ uero nunq̄. Et infra:ET HISBE. Scribo Thiſbe/Strabo Ptolomæus cæteri poſt Homerū πολυτρήρωνα οἰσβην.Papinius/Dionæiſq; auibus circūſona thiſbe. Item ſupra:HILE. Scribendum hyle p.y.Homerus ὅι τε λεωμέιχον οἰᾶὔλην καὶ πετεῶνα.Fuerūt & aliæ urbes hoc noīe:Strabo reprehendit q nō hylen ſed hyden ꝓnuntiāt.Papinius/Qui breue littus hyles.in quo mirum produci primam ab Homero/corripi Papinio.

Ex eodem.vii.

GLISSA COPHE.Scribo Gliſſas Cope/ut ſit gliſſas gliſſantis aut ctoribus Papinio Herodoto Strabone. De Copis & ſeptimo libro Plinius.de utraq; Homerus ὅι τε πλάταιαν ἔχον ἠδ' ἀῦλιν γλίσσαν τε μέμορτο κῶπας ἐυτρήσιν τε.

Ex eodem.vii.

LAMIA ET ANICHIA. Scribendum forte ſit Larymna & Anchoa.etenim Larymna duplex/Locrorum altera de qua poſt dicetur/altera Bœotiæ ut inquit Strabo/prope locum eum cui nomen eſt Anchoa.dicitur & Anchoa ibi palus.Locrorum autem Larymna ſuperior Bœotorum inferior & maritima uocabatur:cui poſtea Romani ſuperiorem iunxere.Q d autem iuxta Cephiſum amnem Larymna & Anchoa forent teſtatur idem Strabo ἐμτεῦθεν ἥΔη ὁ κιφησσός.Sunt codices tamen in quibus Amyeta & Anichia ſcribatur. Inuenio Hyettum & Niceam in Bœotia urbes uocatas: Hyetto nomen ab himbrium frequentia fuiſſe/aut a cōditore Hyetto/q primus adulterii reus fuerit ut Pauſanias exiſtimat.in neutram partem decernitur. Ex eodem.vii.

MEDION. Legendū eſt Medeon medeonis/ex Strabone qui duo facit nōis huius oppida/alterū in Phocide/alterū in Bœotia Onchesto ꝓximū cognomine Phœnicis a mōte Phœnicio.Homerus ὠκαλέην μεδέοντα τευκτίμενον πτολίεθρον:nam Midea Bœotiæ quidem eſt Homero ciuitas ſed Lebadia ut diximus.Homeri uerſum quē dixi Papinius imitat'/Ocalee medeonq; & cōfertiſſima ſyluis Ex eodem.vii. (Niſſa.

GREPHIS.Legendū eſt aut Creuſis ex Herodiano qui oppidū id Megaridi aduerſū collocat in Bœotia/itēq; Ptolomæo ac etiā Strabone/q & Creuſam & Creuſſam quoq; appellat. Pōt & Acræphia hoc loco ſcribi ex Pauſania Theopōpo Strabone Ptolomæo.habetur & Cirphis ſed in Phocide. Ex eodem.vii.

CORONE ACHARON.uetus lectio Coronea Chæronea:nā Corone in Pelopōneſo meſſenioq; eſt:Coronea in Bœotia. de Chæronea quoq; Plutarchi & nepotis eius Sextii patria clade totius græciæ clariſſima/Cicero Thucydides Ptolomæus Strabo Pōponius cæteri.De Coronea Papinius/Meſſe Coronean baccho gliſſanta colentes.Homerus ὅτε κορώνειαν καὶ ποιήεντα λίαρτον.

Ex eodem.vii.

OCALE ETHEON. Legit' in Homero Ocalea & Eleon ὅι τε λεῶν εἶχον οἰᾶὔλην καὶ πετεῶνα ὠκαλέην μεδεῶντε.uidet'q; a paluſtri

Universidad de Deusto
Biblioteca

ſolo id nomen datum Straboni. Poteſt & Eteonon defendi/quem poſtea Scaphias dictum Strabo affirmat. Meminit quidē & Homerus πολυκτῖτον τέτεωμόν. Sed ſunt quibus in Euboea uerſum poetæ placeat intelligi.

Ex eodem.vii.

ETHEON IOLCOS SCHOENOS. Lectio uetus modo Scalos modo Icolos non Iolcos/& ſane Iolcos in Magneſia eſt ut poſt liquebit. propterea etiam adducor ut etiam ſi Ocolon in Theopompo/& Oechaliam in Strabone legimus: Scolon tamē ſcribendum putem ex Papinio/Qui ſcolon denſāq; iugis eteonon iniquis: Sed ante omnia Homero σχοῖνον τε σκῶλον τε πολυκνημον τέτεωμον. unde Papinius: Sed & Stephanus σκῶλος Βοιωτίας πόλις. Et infra: HYRESEON. Homerus Ileſion καὶ ἐιλέσιον καὶ ἐρύφρασ a paluſtri ſitu/Strabo.

Ex eodem.vii.

BOETOS HYANIAS. Legendum Hyantas ſiue Aonas: utrunq; Strabo. Papinius/Exul hyantæos inuenit regna per agros. Ouidius/Cōpellat hyātius ore. & alibi/Hyantæa aganippe. Apollonius libro tertio Oncheſtū urbem Neptuno in Bœotia dicatam ut apd Homerum legitur & Plinium Hyantiam uocauit: nam & Bœoti ſues ab illiberalitate morum dicuntur/unde nomen hyantibus. Bœtiam uero pronuntiari uſus quidem recentiorum qui nullius mihi auctoritatis eſt/obtinuit. Cæterum Bœotiam ſcribendum & proferendum eſſe cum Politiano ut ſentiam facit uetuſtus itineris Antoniani codex: in quo ita ſcriptum eſſe teſtes mihi ſunt in urbe plurimi: Bœotiæ inquit aulis in qua Græci aduerſus Troianos cō ſpirauerunt. exigit uero id & græca ratio: apud quos Βοιωτία nec aliter. Ad eundem modum & Marcianus Capella ſcriptitauit.

Ex eodem.vii.

LOCRI DEINDE PYGMENIDI. Legendum eſt Epicnemidii. Sunt enim Locrorū Epizephyrii/Opuntii/Ozolæ: item qui Epicnemidii cognominātur: ſiue ut Strabo Epicnemii & Epicnemidæ dicti a monte qui Cnemis appellatur.

Ex eodem.vii.

OPVNTINVS SINVS GINNVSE PHOCIDIS. Vetus lectio non Ginnuſe habet ſed Cynus. Comprobant Hecatæus Strabo Ptolomæus Pauſanias poſt Homerum ὅι κῦμον τε μον τὸ πόεμτάτε καλλίαρον τε. Lycophron καὶ Βοαγρίε καὶ κῦρε καὶ σκάρφεια καὶ φαλωριασ. Liuius tertiæ Decados octauo libro: Cynum inquit

Locridos emporium. Pomponius: In Locride inquit cynos & caliaros. Verbum autem Phocidis cum ſequenti ceſo iungitur hoc modo: Phocidis inquit unum oppidum in littore Daphnus/aucto re Stephano φωκικὴ πόλις ἔφη Δαφμοῦσ ut Daphnuntis faciat paterno caſu. Meminit & Strabo: Daphnuſam uocauit Euphorion.

Ex eodem.vii.

CLATEA. Pauſanias Ptolomæus & Stephanus Elatea. Fuit & in Theſſalia hoc nomine: fuit & in Theſprotide: ſed frequētius Elatea. Quod autem ſequitur Et in ripa Cepheſi: quidā uerbū ET ſuperfluum exiſtimant/quia conſtet amnem Cephiſum per Elateam fluere. Sed Homerum ſecutus eſt Plinius ὅιτε λίλαιαν ἔχομ πηγῆσ ἐπὶ κηφισσοῖο. Papinius: Coryciumq; nemus propellentēq; lilæam Cephiſſi glaciale caput. In quo notandi ſunt grāmaticuli qui non Corycium ſed Ogygium nemus legunt: cum de nemore Corycio ad Parnaſum Strabo Pauſanias & cæteri loquātur: unde Corycea ciuitas Parthenio.

Ex eodem.vii.

VERSENEMIS ET HYAMPOLIS. Scribendum puto Beſſa cnemus & hyampolis. De Beſſa & Hyampoli Homerus. De Cnemide Pomponius Ptolomæus Strabo: Locus inquit munitus eſt Cnemis poſt Daphnunta uiginti fere ſtadiis. Significat ea uox Ocream: quos enim Homerus & Dionyſius apher pedes montiū: Pindarus σφυρά hoc eſt malleolos & calcanea: Lycophron pernas uocant: cōmunis lingua Cnemidas id eſt Ocreas appellat. In Sabinis quoq; interocrea locus dicitur Straboni Reatino agro ubi Cutyliæ lacus eſt: ab eodē argumēto dictus. Sabini ut ait Plinius Appēninis iugis utrinq; uallātur. Et infra: TRONIVM. Scribe Thronium/ex Strabone Diodoro Ptolomæo poſt Homerum Τάρφηθε ορόμοντε Βοαγρίου ἀμφὶ ῥεέθρα. Lycophron Βοαγρίε καὶ κῦρε καὶ σκάρφεια καὶ φαλωριασ καὶ μαρύκειον ἄζυ καὶ ορομίτιλεσ λοκρῶν ἀγυιαί.

Ex eodem.vii.

NARICVM. ALOPE. SCARPIA. Lege Narycion Alope Scarphia. Narycium uero etiam Naryx dicit/& Naryce inter Locros unde fuit Aiax. De Scarphia Thermopylis uicina dubitat nemo. Alopen quoq; in Bœotia uel Locride cōmemorant: etiam ſi multæ ſunt hoc nomine: Nā Lycophronis teſtimoniū mox attulimus.

Ex eodem.vii.

HALCYONE. Strabo Halalcomene. Pauſanias quoq; urbes tris

Universidad de Deusto
Biblioteca

in Bœotia cõtinenter nominat/Halalcomenas/Itoniam/Phalarã. de quibus & hic Plinius eodem ordine ut mox liquebit.nihil mouet me aut Halcyone palus uocata Pausaniæ/aut sinus Halcyonius Straboni/q; his locis nõ sunt.Dicitur & Halalcomeniũ neutro genere/& halalcomenæ fœminino tam singulari q̃ plurali numero.Proinde Papinii uersum libro septimo thebaidos/Ducit hiraneos etiam alcimena mineruæ Agmina.in quo ne syllabarum quidem & scansionis ratio seruata est:correximus in hũc modum Ducit itonæos & halalcomenæa mineruæ agmina.Etenim Mineruam eo loco maxime coli solitam Aristarchus & cæteri testantur Halalcomeneida cognominatã.Item Glaucopin a Glaucopo Halalcomenei & Athenaidis filio.Sed & uersus ille Papinianus eodẽ loco statim subditus/Agmina quos mileos & quos humida suggerit arne:castigãdus est hoc pacto/Agmina quos malieus quos uuida suggerit arne.aut sic/Agmina:quos halos & quos uuida suggerit arne.De Halo & Arne/quam Homerus πολυσέφυλον cognominat/Plinius Strabo cæteri.De Malieo Stephanus/a Malo Amphictyonis filio/siue Amyro Bœoto dicta Maliaco situ.

Ex eodem.vii.

ECONIA.Pausanias Itonia ab Itonio Amphictyonis filio. Stephanus Itonem uocat:a qua & Pallas Itonia Catullo: nam Ithome in Peloponneso/itemq; Thessalia est/unde Ithomæus Iupiter.Et infra.PHALARNE.Scribendum est ut prædixi Phalara Pausanias/etiam si Strabo in Thessalia constituit:quæ diuersitas illo tractu maxime frequens est.nomen urbi Phalarus amnis dedit Itoniæ Mineruæ proximus.Lycophron eam Phaloriada uocauit.

Ex eodem.vii.

IN QVA SPARCHOS.Et infra:BOLON ET PINDVS. Lego Sperchios Boion & Pindus ex Ptolomæo. Stephan° Bœon nó Boion.Strabo tamẽ Boion ἐρίμεον βοίου πίμλου κύτιμου.Idẽ Thucydides.Amnem porro Sperchium postea Salambriam uocatum a recentioribus inuenio. Et infra: IBI HELLENES A QVO HELLENIS.Scribendũ Ibi hellen a quo hellenis/auctor Thucydides Strabo cæteri. Versus autem Homeri quem Plinius hac parte significat talis est μυρμιδόνες ἔκαλεῦντο καὶ ἕλληνες καὶ ἀχαιοί. Hellenen porro Deucalionis & Pyrræ filium fuisse quis ignorat?

Ex eodem.vii.

IN HERACLEA TRECHIN DICTA EST. Legendũ/Inde

Heraclea Trachin dicta est/hoc est aspera:conditam ab Hercule Stephanus:a Lacedæmoniis Strabo. Nouit & hanc Homerus ὃι τε Τραχῖν ἔμεμορτο.Sophocles & Ptolomæus heracleã Phthiotidis appellant:Strabo quandoq; Trachiniam/duas eiusdẽ nominis prodendo nouã & ueterem.Meminit & Diodorus & Herodotus

Ex capite.viii.

ELMON.Ab aliis Salmon.Scribendum forte sit Almon.Hellanicus Almon inquit.urbem Salmon quoq; dici tradunt:etiam si reprehendit' a Stephano.Posset legi Elyma ut Ptolomæus:Elymea ut Strabo:Elymeon ut Alexãder.Macedonicum id oppidum reddentes ab Elymo heroe/uel ab Elyma Tyrreno rege.

Ex eodem.viii.

AMNIS ORCHOMENOS MINILVS ANTE. Legendum Minyius siue Minyeus/ex Diodoro/itemq; prius Homero ὃι ἀὰ σπλίἀομ ἔμεμορ ὃι ἀὸρχόμεμορ μιμύειορ.hinc Minyæ quorum aliqui migrauere Iolcum/unde Argonautis nomen/Strabo.Est autẽ Orchomenon & oppidi nomen & fluminis.Thucydides/Alii inquit ex Orchomeno qd olim Minyeũ nũc Bœotium uocatur.

Ex eodem.viii.

PALAMNA.Stephanus Pelinna:Pelinnæon Strabo:nam Phalãna Magnesiæ est ut post liquebit. Et infra: FONS HIPERIA. OPPIDA THERE. Scribendum est Hyperia & Pheræ.Strabo ἣλὔπερία κρήμη ἐῦ μέσῃ ἐςὶ τῆ τῶῦ φεραίωῦ πόλει. Meminit & Ptolomæus:& de Hyperia fonte Homerus ὃι ἀἔχορ ὁρμίμιορ ὃι ἀἐκρήμῃ ὕπέρειαῦ.Itẽq; de Pheris ὃι ὰιεφέραῦ ἐμέμορτο παραὶ βοιβηΐὰα λίμμῃ.Valerius Flaccus/Te quoq; dant cãpi tãto pastore pheræi Fœlices.

Ex eodem.viii.

THEBAE THESSALIAE NEMVS PTELEON.Fortasse distinguendũ est/ita ut tria intelligant' loca:Primus Thebæ Thessalicæ:nam de Bœoticis Thebis itemq; Corsicis dictum est supra. Secundus Cereris nemus/quod & Strabo ἄλσορ ὰηήτροσ appellat. Tertius Pteleon eodem auctore Ptolomæoq; ac cæteris post Homerum/cuius est uersus ille ὰηήτροσ Τέμεμοσ ἰτάμαΐε μητέρα μήλωῦ ἀγχίαλορ ΤἄμΤρῶμα ἴὰιεπΤέλεορ λεχεποίημ.Et infra:TRICEA.Lego Tricca/Ptolomæus & Strabo/a Tricca Penei filia.Homerus ὃι ὰεῖχορ Τρίκκημ καὶ ἰθώμημ κλωμακόεσσαῦ : ut mirer in Papiniana quadam sylua Domitium & si qui alius eandem fecit hanc cum Trachine de qua diximus: Homero præsertim scribente ut diuersas.

Universidad de Deusto
Biblioteca

Ex eodem.viii.

MONTES PHIOTIDIS. Legẽdum Phthiotidis.una e quatuor partibus Theſſaliæ Phthiotis appellabaꝫ/Strabo Ptolomæus cæteri.Et infra:MONS BROMIVS.Strabo Ptolomæus & fere codices uetuſti Bermius.

Ex eodem.viii.

DAPHVS ACHIMARON. Vetus lectio Daphiſſa Chimerion. De Chimerio in Theſſalia mõte Pauſanias. Et infra:LAMINIſSVS.Legendum arbitror Pamiſus nõ Laminiſſus/ex Herodoto: Flumina inquit Theſſaliæ Apidanus Enipeus Onochonus Pamiſus & Peneus & Phœnix:unde ſumit Plinius.

Ex eodem.viii.

FONS MESSEIS LACVS BEBEIS. Quidam legunt Neſſois & Bœbeis.in Theſſalia enim urbes Neſſon & Bœbos/unde lacus duo.Sed cum Strabo Neſſonin lacum etiã Bœbeide maiorem tradat/Plinius nõ lacũ ſed fontem faciat:ſcribendum eſt fons Meſſeis/non Neſſonis.Duo inquit Strabo in Theſſalia fontes μεσήις καὶ ὑπέρια. Placuit autem in mentionem hanc diuertere propter Catulli uerſum/Mnemoſynem linquẽs doris celebranda choreis. Cũ nos Meſſein aut Neſſonin potius q̃ Mnemoſynem legamus. Cæteꝙ Bœbeis lacus ab Heſiodo Bœbias uocaꝫ. de quo Lucanus ſeptimo/Ire per oſſæam rapidus bœbeida ſanguis. Item Valerius Flaccus Bœbida/Perderet & pingui miſeros in Bœbide crines. Alibi/Præreptum quanto proles bœbeia queſtu Audiat.

Ex eodem.viii.

ACCIPIT AMNEM ORCON NEC RECIPIT.Vetus lectio Erocon:Strabo Euroton/ab Homero Titareſium uocatũ ὃι λάμφι μερτον Τιταρήσιον οἰκίεσθετο ὅσ ῥέσπηειοῦ προίει καλλίῤῥοον ὕδωρ, ὀὐλεγε πηειῶ συμμίσγεται ἀργυροδίνη ἄλλατέ μιν καθύπερ θεν ἐπιῤῥέει ἠυτε ἔλαιον.ὅρκου γάρ εἰμοῦ συγοσ ὕδατοσ ἐστὶν ἀπόρρωξ Quos ita interpretaꝫ apud nos Lucanus ſexto/Solus in alterius nomen cum uenerit undæ Cuſtodit Titareſus aquas lapſuſq; ſuperne Gurgite penei pro ſiccis utitur aruis Hunc fama eſt ſtygiis manare paludibus amnem Et capitis memorem:fluuii contagia uilis Nolle pati.ſuperumq; ſibi ſeruare timorem. Occaſiõe hinc nata ut Orcum p Euroto Pliniani correctores poſuerint: quoniã dii alioquin per Stygem aquam iurare crederentur.

Ex eodem.viii.

OPPIDA ORMENIVM PYRRA.Vetuſti codices Oppida olcus Hormenium Pyrra.Proinde ſcribendum puto Iolcus.Strabo Iolcus inquit ab Hormenio uiginti tantũ abeſt ſtadiis. Ptolomæus quoq; in Magneſia Iolcũ locauit.Sed & Diodorus Hormeniũ haud procul Iolco urbe tradidit.

Ex eodem.ix.

METON. Legendũ Methone/uetuſti codices Strabo Ptolomæus cæteri/ut prima corripiatur/&ſi Homerus notante Stephãno produxit ὃι περὶ μηθώνην καὶ θαυμακίην ἐρέμοντο.In hac Methone uulneratum Philippum regem non in Meſſeniaca: uolunt præterea ab ebrietate dictam/quia uino abundet.Non ignoro quoſdã Methonem Homericam in Thracia ſtatuere.

Ex eodem.ix.

OPPIDA CASIANA.Legendum Caſtana ſiue Caſtanea.Herodotus Eudoxus & Strabo Caſthanea per.th.Venerem in ea mire coli Caſtnectin cognomine Callimachus. Sunt & qui nuces Caſtaneas hinc dictas putent. Paulo quoq; infra uerbũ SPALATRA ſcribendũ eſt per.th. Hellanicus Spalethrã uocauit. Item EANTIVM.Scribo Aeantium ab Aeãte/Ptolomæus.Et infra:RHYBVS.Legendum Rhizus/ut faciat rhizuntis/Strabo auctor.Item ERIMNE & OMOLIVM. Scribo Erymne & Homolium/qđ & Homole dicitur Ptolomæo/item Straboni/a monte ut ex Pauſania colligitur eiuſdem nominis.Virgilius:Deſcendunt centauri homolen othrynq; niualem.

Ex eodem.ix.

ORTHEI.THESIE.PELIN.NATHOCVm.Quid ſi legas Orthe.Theſpie.Phalanna.Thome. De Ortha Strabo/& Homerus ἔρωηι ἠλοώρηι τε πόλιν τὸλόσσομα λευκήν.de Theſpiis in Theſſalia Stephanus:nam & in Bœotia ſunt Theſpiæ. De Phalanna uterq; poſt Hecatæum/qui & Hippiam uocari eam tradit. Phalannon Ephorus.Scio & Pelen in Theſſalia fuiſſe Stephano.Sed Strabo Ad Peneum inquit Phalanna eſt urbs Perrœbis quondã ſubdita cuius arcem inquit aliqui Orthen dictã putãt. De Thoma quoq; Ithomen inquit detracta priore littera Thomen appellãt.Stephanus quoq; hãc Thomæon & Thumæõ dici tradit:Homerus Ithomen:quo noĩe in Peloponneſo quoq; altera Meſſeniis cõtributa eſt.

Ex eodem.ix.

THOCVM.ACHIAE.CRICON.CRANNON. Lego Thaumacie Cyrton Crãnion.De Thaumacia Homerus ὃι περὶ μηθώνην καὶ θαυμακίην ἐρέμοντο. De Crãnio & Cyrtone/ſiue quod idem eſt

Universidad de Deusto
Biblioteca

Gyrtone ut uicinis plane locis Thucydides & Strabo in Magnesia/qui tamen non Thaumaciam sed Thaumacunta nominauit. Fuit & Maliaco sinu altera hoc nomine ut tradit Stephanus:quã tamẽ Liuius in bello Macedonico Thaumaston uocauit.de Gyrtone Homerus quoq; ὃι ἀἄργισσαν ἔχον καὶ γυρτώνην ἐμέμορτο. Non dicuntur hinc Tempe Teumesia Papinio/& ante Papiniũ Antimacho/qui & ipse condidit Thebaida:sed a Teumesso mõte Bœotiæ/cuius meminit & Homerus in hymno Apollinis.Mihi q dem uidentur Poetis duo maxime celebrari Tempe/Thessala & Bœotia/quæ Teumessia dicuntur/& ab Ouidio Cygneia:Sunt & in Sicilia nomine amnis Heloria.

Ex eodem.ix.

DORION MELLITE PHILA CEPONIE.Legendum uidet ex Strabone Dotion Melitea phylace . De Dotio Hesiodus ἣ ὅιη διϊλύμουσ ἱερούσ᾽ μαίουσα κολώνουσ διωτίῳ ἐν πελίῳ πολυβότρυος ἄμπαμυρίῳ ῥίψατο βοιβιάδοσ λίμνησ πέδα παρθέμοσ ἀλμήσ.Fuerũt autem in Thessalia Didymi uocati montes.ergo Dotion Cnidiorum fuit colonia.ob id regio ea nuncupatur Cnidia nomẽ urbi a Dotia Elati filia/siue a Doto quem nonnulli Dotin uocant. Magna Lucani sexto hallucinatione qui Dorion non Dotion uocauit hanc illo uersu/Quæ tetigit phylaceptelcosq; & Dorion ira Flebile pieridum.cum Dorion ubi Tamyræ uati succensuere pierides/in Achaia sit non Thessalia ut monstrauimus Homero teste ac Papinio & aliis.De Melitea Philo Theopõpus Strabo Ptolomæus/quam alii per duo.tt.& per diphthongum.æ.Melittæam scripsere.De Phylace Protesilai patria Strabo in Phthiotide.Homerus quoq; ὃι ἄξιχον φυλακήν καὶ πύραμον ἀρεσμόεντα. Propertius/Illic phylacides iocundæ coniugis heros Thessalis antiquam uenerat umbra domum.Papinius/Si Thessalicis admetus in oris Sylua una tetram phylaceida rettulit umbram. Quod autem hic relinquitur Ponie/cuius sit urbis nomẽ haud reperi:Potniæ quidem in Bœotia reddũtur Stephano:& fons quoq; Potnia Strabo ni prope Thebas Bœotias/sed procul Magnesia . Sunt & Phylacæi Macedoniæ ut mox constabit. Non ignoro Philam quoq; oppidum in Macedonia fuisse Stephano.

Ex capite.x.

SEPTENTRIONALEM PENIA.Legendum Pœonia ut inferius patebit.sed & Strabo quoq; idem sentit & antiqui codices.Et infra:OPPIDA AEGLE.In qua mos sepelire reges & BEROA

Herodotus & Ptolomæus Aegæ . Itẽ Solinus & Stephanus:quas & Meloboteram uocari tradit.Beroam uero frequentius est ut Beroea scribatur nomen a Pherone quem gentis eius sermo Beronem uocat/ut Bilippum qui sit Philippus.alii a Beroea Beroetis Macedonis filia . Et infra:AEGIDIVM. Strabo Aeginium/non longe ab Europo Macedoniæ.

Ex eodem.x.

PHINA OLOROS. Quid si Phila Eloros. De Phila Stephanus quam Demetrius Antigoni a Phila matre dictam in Penco Macedoniæ monte cõdidit.De Eloro item Stephanus:quod & in Sicilia nomen est:unde Thucydidi Elorina uia.nam Aloros Ptolomæo Pomponioq; diuersa est/item Plinio:unde paulo post Aloritæ. Quid autem si non Phina sed Cinna.Stephanus/Cinna inqt Heracleæ propinqua est a Cinno Cœi fratre nomẽ habens seu ab una Amazonum.Infra paulo:CYRRHEI THIRISSEI. Scribendum ex Ptolomæo Cyrrei Tyrissæi/a Cyrro & Tyrissa oppidis.Theagenes Tirsæos ab urbe quam Tirsas uocat/in Macedoniæ Mygdonia:cui nomẽ Tirse dederit una ex nurub⁹ Mygdonis

Ex eodem.x.

MOX ANTIGONE EVROPVS AXIVM AMNEM EODEMQVE NOMINE AMNIS PER QVOD RHEDIAS FLVIT . Legi potest:Eodemq; nomine alius per quod Rhedias fluit:ut sit sensus/Europos geminos hĩi unũ ad amnẽ Axium/alterum uero ad amnem Rhediam.Ptolomæus quoq; duos facit/alterum in Aemathia flumini Axio appositum:alterum in Horesti de/quemadmodum & Antigoniæ altera cognomẽto Psaphara:altera simplĩ Antigonia/ab Antigono uocatæ q cognoiatus est Gonata.

Ex eodem.x.

OPPIDVM STOBICI CIVIVM ROMANORVM.Legendũ Stobi nõ Stobici/Strabo cæteri.& infra:SCYDRA PHORDEA EMIORA GORGIDONE.Ptolomæus Scydra phorbæ mieza gordone.De Mieza Plinius quoq;.xxxi.uolumine ut docebimus.Phorbæ tamen a Stephano in Thessalia ponũtur:quæ uarietas cum sit Macedoniæ pars Thessalia plerunq; contingit.

Ex eodem.x.

MOX IN ORA ICHNAE.Scribit Achnas Eratosthenes:ſ; Herodotus & Strabo tamẽ Ichnas a uestigiis:quoniam Themin fugientem Iupiter in his locis assecutus dicat : unde Ichnæa Themis.Proinde Philetas aliam esse urbem Ichnas ab Achnis uoluit.

Universidad de Deusto
Biblioteca

Achnæũ fuiſſe Cleodamantem perhibẽt/qui de domitura equoꝝ & equeſtri diſciplina ſcripſit.

Ex eodem.x.

PAROCEI.Scribendum ſorte Paroræi ex Strabone qui ait/Tymphei oreſtæ paroræi ab oppido Paroria ut inquit Stephanus: aut certe Paroœcei ab urbe Parœcopoli/Ptolomæus auctor. Et infra: HALMOPI.Scribendum eſt uel Almopes uel Almopii ex Thucydide Ptolomæo & Lycophrone qui regionem Almopiam uocat ἐκ Ἀλμωπίας παλιμπλαγήτην λέξεται ubi de Aenea loquitur ab Almope dictam gigante Neptuni & Athamantidos Helles filio. Et infra:OROBELLVS.Herodotus & Ptolomæus & Pomponius Orbelum uocant montem.Olbelum Stephanus oppido cognominem a quo & regio dicitur Orbelia.

Ex eodem.x.

ARECVSI.Vetus lectio Arethuſii ab urbe Arethuſa cuius meminit Ptolomæus & Stephanus & infra Plinius. Item DOBERIENSES.TRIENSES.ALLATENSES. Scribendum arbitror Doberes Eſtrienſes Allantenſes. Primum & ſecundum ex Ptolomæo qui urbẽ Doberon a qua Doberes ut ait Stephanus deriuantur/& Eſtrienſes nominat. Tertium ex eodem Ptolomæo itemq; Theopompo Allantion oppidum uocante.Stephanus Allantem. Adrianus poeta urbes ibi celebrat Aſtreã & numero multitudinis Dobera ὅι Ἄξιον ἀγραῖαπτε Δόβηράτε. Meminit & Herodotus & Thucydides.

Ex eodem.x.

ACCLARISTENSES MORILLI. Ptolomæus Audariſtenſes Moryllii ab oppidis Audariſto & Moryllo. Aſtipulatur & uetus fere lectio. Et infra:GARRETI OENORIENI. Vetus lectio Gareci Othryonei. Ptolomæus Gareſcios ab oppido in Orbelia Macedonia Gareſco.Et infra:LIBERI MANTINI ET ORESTE.legendũ Amãtini.Ptolomæus/In Oreſtide inqt Amãtia eſt.

Ex eodem.x.

EDIENSES XYLOPOLITAE.Ptolomæus Edeſſenſes ab Edeſſa:quo nomine aquarum ſignificatur impetus auctore Stephano. Vetuſti tamen codices non habẽt Edienſes/ſed & Dienſes fortaſſe a Dio colonia:cuius meminit Ptolomæus:a qua græci Διεῖς appellãt/nos Dienſes.Pauſanias gẽtis conſuetudinẽ ſecutus Diaſtas Apud hos olympicũ certamẽ agebaẽ in Macedonia.Thucydides & ad ipſum montem Athon alterã Dion monſtrari ſcribit.

Ex eodem.x.

COTISEI LIBERI.Scribendum ex uetuſtis codicibus Strabone Ptolomæo Scotuſſæi.Sunt aũt in Macedonia Scotuſſæ geminæ. Meminit & Liuius.apud quaꝝ alterã Macedonũ rex Philippus a Romanis prælio uictus eſt. Celebratur & Scotuſſæus Polydamas ætate regis Darii magnitudine corpis inſigni ac robore/ut ait Pauſanias.De Scotuſſæo quoq; lacu Plinius.xxxi.li.Et infra HERACLEA SCYNTICA.Scribẽdũ eſt Sintica ex Ptolomæo ab urbe Sintia/ut eſt apd Eudoxũ & Ariſtotelẽ.Addiẽ uero Sintica/ut ab

Ex eodem.x. altera Heraclea diſtinguaẽ.

PHILEROS LETHE.Scribendũ eſt Lete Codices uetuſti Ptolomæus & Nearchus a ꝓximo Latonæ phano. quæ ſit aũt Philerosnõ cõperi.Ceteꝝ in Creta quoq; habeẽ hoc noie.Itẽq; Dion & Holopyxos ut cõiectari liceat cõmeaſſe ultro citroq; colonias.Fortaſſeq; nõ Phileros ſed Piloros ſcribendũ ſit. Herodotus/Claſſis inqt Perſaꝝ foſſã enauigauit quæ pducit ad ſinũ in quo Aſſa & Pilorus & Singus & Sarge ſunt oppida.meminit & Stephanus. Et infra: IN THERMICo SINV OPPIDA DICAEA.PADINA.DERA.Scribendũ/In Thermaico ſinu oppida Dicæa Pydna Derra. Thermen Thucydides Apollodoruſq;:ſinus inde Thermaicus & Thermæus.Dicæa uero urbs a Dicæo Neptuni filio Stephanus. De Pydna Thucydides & Trogus li.xv.Itemq; Ptolomæus hic & Derim nõ Derrã uocat:a qua Derræ populi/quos Herodotus Der

Ex eodẽ.x. ſæos/& ſedo li. Thucydides.

PROMONTORIũ CANASTRAEũ.OPPIDũ PHALENE. PHLEGRA.Eudoxus Strabo Põponius Dionyſius Afer & cæteri nõ Phalenẽ ſ3 Pallenẽ:etiã ſi Phlegrã urbẽ poſtea Pallenẽ dictã tradũt.Sophocles/Poſt Canaſtræũ inqt ꝓmontoriũ Pallene a Pallena Sithonis filia & uxore Cleti.gigantũ hic fuiſſe bella memorãtur.Ptolomæus quoq; ꝓmontoriũ Canaſtræũ Pallenæ ꝓximũ facit:etiã ſi corrupte in latino Patalene ſcribiẽ. Supius aũt uerbum CALASTIA ſcribendũ eſt Chalaſtra:unde Chalaſtrici Sales atq; Nitrũ/Hecatæus Strabo Ptolomæus.Sed oĩa hæc prior Herodotus.Nec mirentur grãmatici q; hanc Pallenẽ alii Macedoniæ/alii Thraciæ aſcribãt/ob regionũ uiciniã.Et infra:NISSVS.Quid ſi Nyſæ:Stephanus in Thracia Nyſæ nyſaꝝ.Multis locis hoc noie uiſunẽ urbes eodẽ auctore.qd ſi Nipſa ex Herodiano/q & ipſe urbẽ in Thracia ſic appellat. Sunt & uetuſti codices in qbus Nixos ſcriptũ eſt quaſi Nipſos.Fuit uero & Neſſos oppidũ in eadẽ terra Sed id a Cõſtantino principe conditum exiſtimant/ut dicemus.

Universidad de Deusto
Biblioteca

Ex eodem.x.

PHRYX ELEON. Vetus lectio nũc Philenon/nũc Phrygelion. Quid si Phrygion/siue qđ idẽ est & usitatius in ea terra Brygionẽ nã Bryges in iis locis/Herodot⁹ & Strabo:quoꝝ urbẽ Brygiõ Stephanus appellat:a q̃ populos Brygãtes Herodianus.hinc & Phryges Asiæ.Itẽ MENDE & HIPPALENSES.Vetus lectio Ipsalẽses.Ptolomæus Apsalenses ab urbe Almoporꝝ Apsalo:Nisi qs Hypatẽses malit ab Hypata/cuius in Thessalia mẽtionẽ Ptolomæus faciat:Stephanus ĩ Aetolia. Aenianũ quondã oppidi: qđ & Appuleius fere innuit.Mendæ uero apud Thucydidẽ & Herodotũ/etiã Mendis Apollodoro dicit᷑. Ex eodem.x.

ATHEMVS.& infra OLYPIXVS.& infra SINVS. Scribo Anthemus/ut faciat anthemũtis.& Holophyxos ex Herodoto. Item Singus:ex Ptolomæo quoq; ac Thucycide li.v.Mecybernæos inqt Sanæos Singæosq;.Põt tñ & sinus Mecybernæus defendi/ut mox dicet᷑.Et infra:METIBERNA . Scribe Mecyberna.i. μηκυβέρνα ex Herodoto Hecatæo Philonide Põponio:Flexus inqt Mecybernæus unde ipsi nomẽ est Mecybernã incigit. Et infra:ISCELLA AMPELOS TORONE . Vetus lectio Physcella . Ptolomæus quoq; Physcas:unde p diminutionẽ Physcella.Thucydides Physcã.Stephanus Physcon.De Ampelo & Torone iidẽ auctores. Põponius Miscellã ut arbitror mẽdose p Physcella.Item FRETũq; MONS ATHON QVẽ XERXES PERSAꝝ REX ABSCIDIT.Vetusti codices aptius:Fretũ quo montẽ Athon Xerxes Persaꝝ rex abscidit.nã & mõs ipse casu recto nõ Athon dr̃/sed Athos: ut Meneleos Hermoleos similia. Ex eodem.x.

ACRATON. scribendũ Acrothon/siue plurali numero Acrothoi: quo uerbo ipsius Atho mõtis sũma pars ostẽdit᷑.Herodotus Acrothoon.Põponius Acroathon.Et infra THYRSVS OLEON.uetus lectio Thyssus Cleone:idq; ꝓbandũ est ex Thucydide:nã Herodotus urbes ait q̃s Persaꝝ rex cõtinenti molitus est abscindere: uocabant᷑ Dion Holophyxus Acrothoon Thyssus Cleone.Põponius:Inter Athon inquit & Pallenẽ Cleona & Olynthus. Et infra FAVCESq; A LATERe ISTHMI.uetus lectio ut puto melius Fauceſq; alteræ Isthmi. Ex eodem.x.

GYRASITONIa.scribẽdũ Grastonia ex Thucydide li.ii.a cõdito re Gresto ut ait Stephanus.Põt uero & Grestonia & Grastonia & itẽ Crestonia uocari/ut Lycophron q Thraciã ab hoc oppido Crestonẽ appellauit.Itẽ AMPHIBOLIs.scribẽdũ est Amphipolis/ex Thucydide Ptolomæo cæteris. de qua li.x.in mẽtione Accipitrũ.

Ex capite.xi.

DENSELETHE.Plinius supra in Epiro Denselatas/itemq; Iulius Solinus uocauit.Ptolomæus Dentheletas.Et infra pauló DIGERI.Stephanus p simplex.r.hoc est ἀίγηροι. Et infra:BESSORũ. Herodotus & Stephanus Bissoꝝ:sed hoc arbitrariũ existimo.

Ex eodem.xi.

AD NESTVM AMNEM PANGEI MONTIS IMA AMBIENTEM.Vetus lectio Ad Nestũ amnem Pangei Orpeiæ mõtis ima ambientẽ.Legendum arbitror Orbeliæ nõ Orpeiæ:Ptolomæus id fere demonstrat.Regionem Orbeliam,ab Orbelo monte dictam superius ostendi.Nestus aũt fluuius a Ptolomæo Ammianoq; Nessus appellat᷑.Thucydides tamẽ & Strabo & Mela Põponius & Plinius ubiq; Nestũ . Apollodorus quoq; Neston urbẽ & Nestida regionem ab hoc amne cognominatã scribit:confirmat & Herodotus.Est quidẽ & Nessos oppidum in Thracia/sed a Constantino principe conditum ibi nato ait Stephanus.

Ex eodem.xi.

BRISAS.Item SAPHEOS.Item ADOMANTES. Scribendum Brysas siue Brysos a Bruso Aemathii filio.Stephanus:unde partẽ Macedoniæ Brysida nominẽt.siue ut Dionysius poeta Bræsas.Stephanus & Brycas.Eustathius Brygas eosdem cũ Thracibus fuisse tradit.Hecatæus & Drysas in Thracia cõmemorat/& urbem eoꝝ Dryn.Itẽ Sapæos non Saphæos dicimus Herodoto auctore:unde Sapaica præfectura Ptolomæo. Eosdẽ Strabo Sintos & Sinties & Saios & Sipios uocari uult.Adomãtes quoq; minus recte ſ3 Odomantes appellantur Herodoto Thucydidi Ptolomæo cæteris.

Ex eodem.xi.

CENISTIS. Vetus lectio Cænicis. Ptolomæus quoq; Cænicos & Cænicam præfecturam.Solinus Cænienses.Apollodorus Cænos. Item BISALTIS.Vetusti codices Hypsaltis.Sunt enim Hypsaltæ in Thracia:quos Stephanus Hypsalitas uocauit.nam de Bisaltis in Macedonia dictum est a Plinio.Libera inquit gens Bisaltæ a fluuio Bisalte/siue a Bisalto solis & terræ filio:ubi lepores duplici iocinere ut Theopõpus ait.habet᷑ & Bisantha urbs/de qua post.

Ex eodem.xi.

SYALETE.Ptolomæus Selletæ:a quibus Selletica præfectura.Itẽ PRIANTE.Herodotus Briãtæ/a qbus regio Briãtica olim dicta inqt Gallaica.Itẽ DOBANGE.Vetus lectio Dolãge.scribendũ arbitror Dolõcæ uel dolonci ex Dionysio Stephano Solinoq;/a Dolonco Bithyni fre Thracũq; rege.

Universidad de Deusto
Biblioteca

Ex eodem.xi.

THYNICE LALETE.Quid si legas Thyni Celete.primũ ex Solino:secundũ ex Ptolomæo:unde Celetica præfectura. Fuerunt & Thunatæ uicini Mædis populi.& locus Thynias i Thracia Strabo ni:quẽ & Thynon & Thynida uocari posse Stephanus demõ-

Ex eodem.xi. Lstrat.

PENCROPOLIS.Scribendum Poneropolis ex Stephano Ptolomæo cæteris. Hãc & Philippopolin & mox Trimontiũ uocatam scribit Plinius:nunc & Adrianopolis si Ptolomæo credimus.Strabo Calyben uocat:in quam flagitiosissimũ quenq; Philippus Macedoniæ rex cõstituit:in Astica regione Thraciæ supra Byzantiũ. Diuersam ab hac Ammianus Hadrianopolin dicit urbem Hæmi montanam quæ ustudama inquit ante hac appellaretur.aliam ut Antonino placet a Philippopoli/quæ centum &.xxiiii.milia passuũ ab ipsa distet.hodieq; in Thracia diuersæ urbes sunt Hadrianopolis & Philippopolis.

Ex eodem.xi.

SCITONIAE QVAE ORPHEI VATIS GENITORES.lego Sithoniiq; Orphei uatis genitores/a Sithone quã ueteres partem fecere Thraciæ Solinus/itemq; Marcianus.Dein pontum inquit Sithonia gens habet/quæ gloriã Orphei progeniti uatis per sectione sortita est.Item CVIVS IN ORA ASTRVMONE. Legendum est A Strymone. Ptolomæus:Post Strymonis inquit fauces Oesyma urbs est.

Ex eodem.xi.

CESIMNA.Scribendum est ut mox notauimus Oesyma:Ptolomæus & Thucydides Thasiorum colonia:quæ nunc dicat᷑ ut ait Stephanus Aemathia Homero tamen inquit per.æ.non per.œ. Τοὶ ῥ᾽ ἔξ ἀισύμηθεν ὀπυιομένη τέκε μητήρ. Per hæc loca ut inquit Athenæus Biblinam prius fuisse tradunt:a qua uinum eidem poetæ celeberrimum:quod & Ismarium uocant:quanq̃ & alia origo nominis traditur:ut in Corollario nostro diximus.

Exeodem.xi.

NEAPOLIS BATOS. Vetusti codices Patos.Ptolomæus Pastos a quo præfectura Pastica.Stephanus Passon.Ipse Datos potius ex Herodoto/itẽ Eustathio q ait Thasioꝝ celebrẽ coloniã Daton fuisse circa Strymonẽ/adeo ut in ꝓuerbiũ quoq; illoꝝ opes uenerint δᾶτος ἀγαθῶν quasi ἀγαθῶν ἀγαθοίδεσ.qđ itẽ ꝓuerbii loco est apud græcos/ut uerbũ ἀγαθοίδεσ loci nomẽ sit:alioq frigeret ut idẽ Eustathius existimat:apd quẽ eodẽ usu & Thasos ἀγαθῶν fuisse legit᷑.

Ex eodem.xi.

DIPYROS NESTI AMNIS HOSTIũ.Ptolomæus & codices uetusti Topiris:Ait.n.iuxta Nestũ flumen Neapolis & Topiris. Et infra:TYRIDA.Codices antiqui Tinda. Stephanus/Tinda inquit in Thracia Chalcidensiũ colonia. Solinus tamen Tyrida. Scio & Tyredizã fuisse urbẽ Serrio monti proximã/ab Hellanico Tyrorizã uocatã.ab Herodoto Tyrodizã Perithioꝝ ora. Sed lego Tinda:quã uideꝫ Herodotus intellexisse cũ scriberet li.vii.Bistoniũ stagnũ Dicææ ꝓximũ existere. Hũc ipsũ locũ significat.xxv. libro Plinius:Circa Abderã & limitẽ qui Diomedis inqt uocatur equi pasti inflãmant᷑ rabie.Marcianus Capella/Mox inquit regio Maronea & Tinda oppidũ in quo equi Diomediaci stabulati.

Ex eodem.xi.

MONS SERIVM & ZONETũ LOCVS DORISCVS.lego Mons Serriũ & Zone:Tũ locus Doriscus ex Herodoto Hecatæo & Mela Põponio:etiã si mendose in eo Scriphiũ ꝓ Serrio sit alcriptum. Infra quoq; : ENOS & MACRONTICOS.Scribenda sunt : Aenos & Macrontichos : id est longus murus. Aenon uero prius a cõditore Polyobriã uocabãt/itẽq; Absynthũ.nunc Aenos ab Aeno amne q secus Ossam montẽ labit᷑:siue ab Aeno Gynei fratre.Strabo Apollodorus cæteri.nã de Zona urbe Thraciæ Nicander in Theriacis & Apollonius in Argonautico.Itẽ PORTVS TENTORIS OPPIDũ AENOS.lego Stentoris.Herodotus li.vii.de Xerxe/Oppidũ inqt Aenon & lacũ Stentoridẽ præ

Ex eodem.xi. Ltereunt.

OPPIDA CYPSELABIS ANTE MACRONTICHOS. Lege Oppida Cypsella Bisanthe Macrontichos ex Mela Pomponio.ad uerbũ de Cypsella Strabo Ptolomæus cæteri.de Bisanthe Samioꝝ colonia Ptolomæus idẽ atq; Stephanus Phædimi elegiaꝝ celebris poetæ patria.Et infra MACRONTICHOS DICTVM.QVI A PROPONTIDE AD MALEã SINũ. Lego Macrontichos dictũ qa a Propõtide ad Melana sinũ &c̃. ut sit sensus:Macrontichos nomẽ hoc accepisse lõgi muri/qa Cherronesum Thracicã excludat a Propõtide ad sinũ qui Melas ab amne dicit᷑.De hoc sinu cũ alii oẽs/tũ Plinius & supra & infra quoq; meminit hoc capite.

Ex eodem.xi.

ISTROPOLIN MILESIOꝝ TOMOS.Scribẽdũ ita ut uerbũ Milesioꝝ ad Istropolin/nõ ad Tomos referas. Strabo/Istros inqt urbs Milesioꝝ opus:post quã Tomis.ita.n.uocat ipse.alii Τομεύσ

Universidad de Deusto
Biblioteca

id est Tomeus/ut theseus orpheus similia.Ouidius Tomos singu lari numero:inde Tomos dictus locus est/quia ferē in illo Mēbra soror fratris cōsecuisse sui.Istropolis ab Arriano Istria quoq; dicit Ouidius primo de Tristibus:A qbus adueniat miletida sospes ad urbē Offensi quo me contulit ira dei. Milesioȝ.n.colonias eo situ plures fuisse cōstat:Istropolin.Crunos.Apolloniā.Odessον.ut Megarēsiū Mesembriā & Naulochon.Idē poeta fortasse de Calati:nā de Mesembria post.Et quos Alcathoæ memorāt a'mœnibus ortos Sedibus iis ꝓfugos cōstituisse lares. Nā & Bulbus Megaricus ab eodē auctore significat/cū dixit:Cādidus alcathoæ qui mittit urbe pelasga.De Alcathoe Pausanias.

Ex eodem.xi.

SCALATIM.lego Calatin/ex Strabone Ptolomæo Mela.unde Hister poeta/qui de Tragœdia insignē librū cōdidit.quasi Calathis a Calatho ibi ut ait Stephanus inuēto quali uirgines thesmophoræ utunt'.Fuit & in Pōto Calathusa/ut ait Stephanus/nec locum reddit.Fuit & ad Herculis columnas Calathe dicta Hecatæo:quā Ephorus Calathusas uocauit.nā Calytis in Syria est Herodoto.

Ex eodem.xi.

DIONYSIOPOLIN CRVNON ANTEDICTā.Strabo Crulios/sed corrupte. Scribendū.n.Crunos multitudinis uocabulo a saliētibus aquæ dictā/qui græce Cruni appellant'/auctor Stephanus.Mela portus Crunos.Ita hic opē non tā Plinio q̄ Straboni timus.Ouidius primo de Tristibus:Inde mesembriacos portus & & Opeson & arces Prætereat dictas noie bacche tuo.Vt castigandū tamē sit Opeson:quoniam Odessos ibi nō Opesos fuit auctore Plinio Ptolomæo Herodoto cæteris.Paulo quoq; supra uersus alter:Inde leui uento serinthia littora nacta Threiciā tetigit fessa carina samon.Scribendū est Perinthia a Perintho urbe:cuius nemo

Ex eodem.xi. ℒnō meminit.

BROCOBE EVMENEDA.Vetus lectio Rocobe & Eumenia.Stephanus Rhocolen in Thracia uocari locū in quo Pygmæi quōdā fuisse memorant'.Eumeniā uero ab Eumene rege dictam autumo quēadmodū eodē tractu a Lysimacho Lysimachiā.Fuerūt aūt Eumenes & Lysimachus Alexandri magni successores . Lysimachia porro Cardia uocabat' ante ut inqt Stephanus:ſ Ptolomæo & Plinio Cardia siue Cardiopolis diuersa est a Lysimachia . Et infra: PYGMEOȝ Q VOS CATIZOS VOCANT. Solinus & Stephanus Cattuzos & urbem Cattuzam.

Ex eodem.xi.

OPPIDVM TERTANARVM LOCVS.Scribe Oppidū Terta Naulochus.De Terta Ptolomæus.de Naulocho uetusti fere codices atq; Strabo:Naulochus inquit Mesembrianoȝ fuit oppidum.Illud meminerint hæc noscentes ab eodē Strabone inter Calatin & Apolloniam Cetirizin arcem quondam Lysimachi in promontorio cognomine uocari:quæ Tiristris a Ptolomæo/nō Cetirizis dicatur/ut in alterutro sit erratū.Et infra:ANCHILEVM: Scribo Anchialū/ex Ammiano Ptolomæo & Mela Pōponio/item Strabone qui Anchialem pronuntiat.Ouidius de Tristibus:Vecta sub Anchiali mœnia findat iter.fuit & in Cilicia hoc nomine. Item FLVMINA PANISA ZIRA.Forte legas Panisus & Ziras ex Plinio superius:unde Ziria ut puto ciuitas dicatur . Item paulo infra:TINNIAS . Scribo Thynnias ex Strabone Ptolomæoq; ut prædiximus.hic & Panysum flumen nominat.

Ex eodem.xi.

AMNIS STEARVS.Scribēdum est Tearus ex quarto Herodoti:Ad eū amnē columnā Darius Persaȝ rex fluuio delectatus erexit.Et infra:HALMYDESSOS.Stephanus & ante ipsum Strabo Salmydessos.& infra paulo:DEVELCON.Ptolomæus Deueltos : Deueltus inquit colonia.Et Plinius statim post:Quod nunc inquit Deultū uocant.Et infra:VTERANOȝ.Lego Veteranoȝ. Et infra PHYNOPOLIS. Strabo Phthinopolis:sed Ptolomæus & Mela Phinopolis.Adiicit rōem uocabuli Stephanus:quia Phineus inqt eā cōdiderit . De hac & quinti libri fine dicturi sumus.

Ex eodem.xi.

AB EO CERON EST.CXXVI.MILIA.Scribēdū Ab eo Cherronesus.cxxvi.milia. Regredit'.n.hic ab hostio Danubii sacro Plinius metiēdo ea quæ supius exposuerat/qđ & Strabo facit . Et infra:SINVS CASTENES PORTVS SENVM & ALTEr QVI MVLIEȝ.Stephanus Leosthenes nō Castenes mulieȝ inqt portus est περὶ τὴν λεγομένην φεδάλιαν τὸ μεταξὺ τοῦ ἀμάπλου καὶ τοῦ λεοσθενείου. dictū uero ita portū eū tradit/quoniā Phedalia Byzātis uxor Stroebū uiri sui fratrē absentibus oppidanis insidiantē urbi collecta fœminaȝ manu ad eū usq; locū ꝓsecuta fuderit.& infra:AMNES BITHINIAS PIDARAS SIVE TIDAs Vetus lectio Atidas/nō Tidas.Proinde lego Bathynias & Atyras Ptolomæus Bathynniæ inqt amnis hostia Atyræ amnis hostia oppidū Selymbria & Perinth'.quē ordinē hoc loco seruat & Plinius

Universidad de Deusto
Biblioteca

Ex eodem.xi.

SELIMBRIA& paulo post BIZIA & PACTIE. Scribendū Selymbria & Bizya & Pactye/Strabo Ptolomæus cæteri.Q đ autem hic de hirundinum intellectu dicitur cōfirmat & Solinus:nequis ut uisum est nonnullis/Plinium existimet/aut temere id scripsisse aut hallucinatum fuisse:quam nos calumniam alibi quoq; astipulatu Pausaniæ retudimus.

Ex eodem.xi.

REGIO CELICA.Codices uetusti Cænica/Ptolomæus Apollodorus Solinus id quod & huius capitis initio demonstratum est. Et infra:OPPIDVM GANOS. Stephanus in Thracia Gonenses fuisse tradit:quos aliqui ea quondā loca tenuisse putant/ubi nunc in mediterraneo Adrianopolis est condita:Nam Gonni siue Gunnii quoq; urbs Gonnos/Peræboq; gens fuit:Item Gonusa.

Ex eodem.xi.

ALIVS NANQVE IBI ISTHMOS ANGVSTIAS SIMILES EODEM NOMINE ET PARI LATITVDINE ILLVSTRANT DVAE VERBES VTRINQVE LITTORA HAVD DISSIMILI MODO TENVERE PACTIE A PROPONTIDE CARDIA A MELANE SINV. Confusa lectio:Propterea scribendum puto/Alius nanq; ibi Isthmos angustia simili est.eodem nomine & pari latitudine/illustrant duæ urbes utrinq; littora.quæ haud dissimili modo tenuere & reliqua. Solinus:Alter Isthmos in Thracia est similibus angustiis & pari latitudine arcti maris cuius littora urbes utrinq; secus ostentant Propontidis oram insignit pactye.melana sinum cardia.Q đ autē sequitur : Hæc ex facie loci nomine accepto utræq; comprehensæ hunc sensum habet/Cardiam a cordis similitudine uocatam.sed & Pactyas & Cardiam nedum uicinas etiam comprehensas atq; iūctas esse/auctor Herodotus.Miltiades inquit Isthmū hunc a Cardia urbe ad Pactyā muro sepsit.Solinus/Cardia inquit q; in Cordis facie sita sit dicitur. Stephanus alteram celebrat originem/q; Hermochare diuina faciente cor uictimæ raptū a coruo in Thraciæ partem illam delatum fuerit.Quod porro dicitur aliū ibi esse Isthmum & similes angustias & idem loco nomen : referendū est ad Isthmum alterum quo Græciæ Peloponnesus exili ceruice nectitur.In hodiernum quoq; diem uterq; Isthmus Hexamilion Castrensi uoce appellatur:etiā si Quinq;milium uocari esset rectius: q; ea latitudo stadiis fere.xl.pateat Diulcos a Strabone dicta/quoniam plaustris naues transuehi solerent tam compendii faciendi q̄ periculi uitandi gratia.

Ex eodem.xi.

POST HAEC E LYSIMACHIA QVINQVE MILIA PASSVVM A LONGIS MVRIS.Videtur ex antiquis exemplaribus legendum/Postea Lysimachia quinq; milia passuum a longis muris:non q; altera sit a Lysimachia prius dicta:sed ut repetitione fiat illustrius:quemadmodum urbes illæ ad Isthmum positæ Lysimachiam/& reliquam littoralem oram respiciant.

Ex eodem.xi.

CRITOTEN SCISSAM FLVMINI EGO APPOSITAM. Vetus lectio Crithoten Sycam flumini Aego appositam.Crithote inquit Strabo in Thraciæ Cherroneso posita.Stephanus/Crithote inquit in Hellespontodecem milibus passuum a Cardia Cherronesi distat.Ptolomæus Critheam eo situ nominat. Fuit & Acarnaniæ promontorium Crithote.De Syca Strabo quidē/sed in Propontide haberi tradit:quam alii Sycas plurali numero ,pnuntiāt Byzantio parum distantem in directo eius fere:quam & Iustinianas appellari mō putāt.Fuit & alibi & in Sicilia urbs Syca Thucydidi . Flumen uero Aegon Pomponius & alii naufragio classis Atticæ nobilitatum scribūt:quanq̄ rectius forte sit Aegos casu genitiuo legere. Plinius secūdo libro.c.lx.Idq; inquit factū interdiu in Thraciæ pte ad Aegos flumen:cuius loci accolæ ut ait Stephanus Aegopotamitæ nominantur.Noto locum ut facile sit studiosis inuenire/Syca sit uocanda nec ne:quam huic amni appositam esse Plinius uult.Diodorus id aut Thucydides ut autumo docuerit.Sunt codices in quibus Cissia/non Syca.

Ex eodem.xi.

NVNC HABET A COLONIA A PROPONTIDE. Lego A Colonia Apro non a Propontide. in quo & exemplaria seqmur antiqua.De Apro Colonia superius:quam plurali numero Ptolomæus & Antoninus uocant Apros. Quod aūt sequit̄ SESTON ET EX ADVERSO COLONIAE PHARIANAE.Nulla uetus lectio est in qua scriptū sit Sestos/sed Resiston habet omnis. Erit ergo uerborum textus ab initio talis.Nunc habet a Colonia Apro.xxxii.M.p.Resiston ex aduerso Coloniæ Parianæ/hoc est ipsius Parii quod in Asia est.nam Sestos Abydum respicit nō Parium/ut paulo post dicet ipse.De Pario Colonia Ptolomæus Mela Strabo Plinius multis locis a Pario nomen Iasonis filio.Anto-

Universidad de Deusto
Biblioteca

ninus quoq; inter Apros & Heracleã poni tradit Resiston urbem Ab Apris inquit Resiston.xxxii.M.p. A Resisto Heracleam.xv. quod intelligi de Sesto urbe nullo modo potest: quippe quã nec inter Apros & Heracleam sit locata:nec extra Cherronesũ in Propontide ut tria illa/sed in ipso plane ut constat Hellesponto.

Ex eodem.xi.

MASTVSIA ADVERSVM SIGEACO.Scribendũ Sigæo/cũ ex cæteris/tum Strabone ac Plinio.Fuit hoc & oppido & promontorio in Troade uocabulum.Item STATIO ACHERORVm Scribe Achæorum/nec hoc quoq; dubitari potest ex eodem Strabone. Item FRONTE QVAE VOCATVR ELEVM OPPIDVM ELEVS.Scribendum arbitror/Fronte quæ uocat Aeolium & oppidũ Elæus Elæuntis.De primo uetusti codices & Theopompus in Cherroneso urbem quoq; ita nominans Athenienſiũ & Chalcidensium coloniam. De secundo Herodotus Ptolomæus & Strabo/qui tamen Elæussam uocauit.

Ex eodem.xi.

MONTES THRACIAE EDOMVS.Itẽ MELAMPILLVS. Antiqua lectio Edonus/a quo Edoni quoq; populi & Edonis ibi regio.Crediderim & Melamphyllon scribendum/quãdoquidẽ & insula Samothrace Melamphyllis & Samos ipsa Melãphyllos appellabantur/Strabo auctor & Plinius.

Ex eodem.xi.

SCOPVLVS INTER TENVM ET CHIVM: VERIVSq̃ INSVLA EX EO NOMINE A SPECIE CAPRAE QVIITA A GRAECIS APPELLATVR. Legendum non ex eo nomine/sed æx nomine.i.capra. notius hoc q̃ ut patronum desideret.Strabo Aegæũ mare ab Aegis in Achaia/siue quod magis probat ab Aegis in Eubœa dictum putauit.Solinus inter Tenedum & Chium inquit est Claros insula qua Aegæus sinus pandit: ab dextra Antandrũ saxũ est:hoc.n.uerius q̃ insula cognominari meruit:id quoniã uisentibus ꝓcul capræ simile credit:quã græci Aega nũcupãt:Aegæus inqt ab eo sinus est appellatus.M.Varro/Aegæũ inqt dictũ ab insulis/q̃ in eo mari scopuli in pelago uocant a similitudine capraꝝ Aeges. Pacuuius/Aeges ferme aderãt æquore i alto ratibus repẽtibus.Idẽ & Marcianus Capella. Itẽ AEGæi PARS MYROO DATVS.Lego Aegæi pars Myrtoo datur.

Ex capite.xii.

MALTACE PTHICHIA SIBORA.Scribendum est/Malthace

Ptychia Sybota/ex Ptolomæo Strabone cæteris. Ptychiæ porro nomen promontoriũ Corcyræ aduersum dedisse crediderim:quẽadmodum & Phalacro.Et infra THAPHIE. Scribẽdum est Taphiæ siue Taphii.Strabo ἄι δὲ Τῶν ταφίων μῆσοι πρότερον δὲ Τηλεβόων ὧν ἦν καὶ ἡ τάφος μῦρμὲ ταφιασ̀ λεγομένη.de Ptychia & Sybota portu & insula Thucydides.

Ex eodem.xii.

SAPHIASIS.Lego Taphias ex Strabone/cuius uerba statim ante posui. Stephanus Τέφος πόλισ κεφαλημίασ μῦν δὲ Ταφίουσσα.ἐξὶ καὶ μῆσοσ ἀπό.λ.ϛαδίων ταφιασ̀ καλουμένη καὶ ἑτέρα Τάφιοι.De Taphiussa uero Plinius & lapide in ea/sexto & trigesimo uolumine.

Ex eodem.xii.

ARNOXIE.Scribendũ arbitror Oxiæ/quas Homerus Thoas uocauit Echinadibus ꝓpinquas adeo ut inter eas a Strabone collocent.Sũt aũt ꝓ Metalepsim a Poeta dictæ/ut locũ in Fabii Quintiliani Tropis obiter explicemus/Plutarcho auctore. Antoninus quoq;/A Naupacto inquit ad Oxeas prouinciæ Epiri ueteris stadia.cccc.ab Oxeis Nicopolin eiusdem prouinciæ.dcc. Idẽ auctor Insulæ inquit sũt Propaxos & Paxos & Oxiæ. Inferius CROCILEA. Thucydides p.y.& Homerus ὃι δὲ κροκύλειαν ἐμέμοντο καὶ ἀιγίλιπα Τρηχεῖαν

Ex eodem.xii.

ANTE PYLVM SPAGETA.Legendum Sphagia.Strabo πλησίον τοῦ πύλου σφαγία. Hanc & Sphacteriã uocabãt:de qua Thucydides li.iiii.quanq̃ & Pylus ipsa neutro genere Sphacteria dicebatur.q̃ ibi Heraclidæ iugulati crederentur/in ea trecenti Laconas ab Athenienſibus capti sunt Cleone duce/quem uetus comœdia præsertimq; Aristophanes incessuit.Et infra TOTIDẽ ANTE MESSENEM.Vetus lectio/Totidẽ in latere septentrionali dexrra in Messenẽ.

Ex eodem.xii.

OENVSTA IN ASINAEO SINV.Legendũ uidetur Oenussa Nam & altera hoc nomine propinqua tradit Chio. Plurali quoq; numero Oenussæ ab Hecatæo dicta.Meminit & Põponius/& Plinius in Asia.Item THRESTIRIDES. Scribẽdũ fortasse Tres Thyrides/a locis quos incontinenti Strabo iuxta Tænarũ appellauit Thyridas.Iunctum inquit est Methone promontoriũ Acritas initium Messeniaci sinus/qui & Asinæus dicitur:Ad huius sinus orientale inquit latus sunt quæ Thyrides appellant/uicinæ

Universidad de Deusto
Biblioteca

regioni quæ nunc Laconica uocatur ad Cinædium & Tænarum. Idem & Pauſaniæ uideť. Thyrea quoq; Peloponneſi nominať in ſula Herodoto libro tertio. Et infra: TEGANISA. Scribendū eſt Theganuſa/Pomponius atq; Ptolomæus. Et inferius PYTHIVSA. Et infra: HERMONIVM AGRVM ET TROESENū Scribe Pityuſa & Hermoniū agrum & Trœzœniū ex Mela Strabone Ptolomæo Pauſania. Illud notauero/Theganuſſam quæ ab aliis in Aſinæo ſinu contra promontorium Acritam potius locata ſit: a Plinio conſtitutam in Laconico.

Ex eodem.xii.

EPIROPIA. Pauſanias Apiropia. Item CONTRA TROEZENVM. CAVLAVRIA. Legendum eſt: Contra Trœzenium Calauria. Pomponius/Littori proxima Trœzenio Calauria. Idem ex Strabone Ptolomæo Pauſania Plutarcho. In ea Demoſthenes ueneno ſe redemit ab Archiæ manibus: nam regio Italiæ Calabria per.b.non per.u.ſcribitur. Idq; diſtinctionis gratia ut notat Euſtathius. Hāc inſulam Neptunus poſſedit pro Delo/cōmutatione facta cum Latona: ſicut Tænarum pro Pythone: ut in prouerbium res abierit: uel pmutationis uel actionis eius quæ præſcriptis uerbis fit/do ut des ἴσορροι δηλῶμτε καλαυρίαμτε μέμεσθαι πυθοῖ ἀντ γαθέης καὶ ταίναρον ἡμεμόεσσαν. Vt uerſus in Metamorphoſi de Medea/Inde calareæ latoidos aſtat in arua: de has inſula poſſit intelligi/nec Calarææ ſed Calaureæ ſcribendum ſit: etiam ſi Calaros id eſt κάληρος uocata quondam eſt Alopecōneſus/a Rege ut inquit Stephanus Calero.

Ex eodem.xii.

BELLINA. Scribendū eſt Belbina ex Herodoto Artemidoro Strabone cæteris. Inſula hæc Aeginæ proxima. fuit & incontinenti Laconiæ agro Belbina Pauſaniæ ac Straboni.

Ex eodem.xii.

CETHIPHALOS. Scribendum arbitror Cecryphalos. Thucydides ad Cecryphaleam uictos ab Atheniēſibus Lacedæmonios tradit. Stephanus/Cecryphalea inquit promontorium eſt: uel ut alii ſcribūt in Peloponneſo inſula ubi Atheniēſes ab Aeginetis prælio

Ex eodem.xii. ſuperati ſunt

ANTE AENONE VOCITATA. Legendum eſt Oenone p.œ. Herodotus Pauſanias & Partheniꝰ: ut in uerſu Ouidii ſexto Metamorphoſeos: Oenopiā ueteres appellauere ſed ipſe Aeacus ægi-
nam genitricis nomine dixit. Nō tam Oenopiam q̄ Oenonem le-

gendum putem. Et infra: SPIREO. Ptolomæus Spiræum in Saronico ſinu promontorium appellat per.æ.diphthongū. Item SELACOSA. Forte Selachuſa ἀπό τῶν σελάχων. Ita enim Cattilagineos piſces uocauit Ariſtoteles primus auctore Plinio.

Ex eodem.xii.

SASPIS. Scribendum reor Aſpis. ita nominatur inſula prope Cycladas. Sunt & aliæ pluſculæ ut inquit Stephanus hoc nomine in Lycia & Caria inter Lebedum & Teon Arconeſos aliquādo dicta. Item EGILA QVINDECIM. M. PASSIBVS A CYTHARa Scribendum eſt Aegyla & Cythera Ptolomæus & Euſtathius ex Poeta Dionyſio ἀιγύλα ἥτε κύθηρα καλαυρία τε τρηχεῖα. Dicitur autē & Aegialia Stephano: & ſi recte meminimus Herodoto/ſi modo hæc non alia eſt. Alteram aūt etiā Cythera plurali numero. & Cytheraā Solinus a Cythero Phœnicis filio: Porphyruſſam Ariſtoteles a præſtantia purpurarum: ſed Porphyrida Plinius.

Ex eodem.xii.

MOLETES CRATES. Strabo Malotes Crates κράτης δὲ ὁ μαλώτης. de quo in indice. Nā & grāmaticus ſiue hic ſiue alter Crates uocatur. de quo & Plinius & Varro mentionem habent. Et infra: PALASERNE. Plinius ſupra Ptolomæus & Strabo Phalaſarne: Item Stephanus a mulieris nomine.

Ex eodem.xii.

CLEA. CYSAMVM. PERGAMON. CIDON. Vetuſti codices Elæa Ciſamum Pergamum Cydon. De Ciſamo & Cydone Strabo Ptolomæus cæteri. Elæam & Pergamum ea ratio cōfirmat/q; Pergamo in Aeolide uicinam inuenias Elæam fuiſſe Cydonidē prius uocatam ut ait Stephanus: unde in Cretam aut contra ueriſimile eſt migraſſe Colonias. Itē AMPHIMALA. Strabo Amphipalia: ſed corrupte. Scribendum ergo Amphimalla Ptolomæus/ut Stephanus Amphimallion.

Ex eodem.xii.

RITHIMNA. & infra: HIERAPICNA & LEBENA. Scribēdū Rhithymna & Hierapytna & Leben/ut faciat Lebenis. Poteſt & Lebena/Ptolomæus Strabo cæteri. Hierapytnā uero Stephanus aliquando Cyrbam/deinde Pytnam & Camiron uocatam putat. hoc uerbum & paulo infra caſtigandū eſt. Item POLIRENVM EPHESTON RHITION. Scribo Polyrhenium Phæſtū Rhytion/ex Strabone Ptolomæo cæteris. Polyrhenum etiā Polyrhen q̄ſq; dicit: idq; a pecoꝝ abundātia/qđ græci πῖρεα appellāt. Rhy-

Universidad de Deusto
Biblioteca

tion etiam Rhyton/ut Homerus illo uersu φᾶι ϛορτε ῥύτιοῖτε πόλεισ ἐυραιεταώσασ.& uasis nomẽ Rhytion/lunari specie/Athenæus auctor.de quo Martialis/In rhytio poteras phœbe lauare pedes

Ex eodem.xii.

ASIũ.Stephano uocat' Asus Iouis Asii delubro clara.Item SPHERE.Scribo Pharæ:In Creta inqt Philo sũt Pharæ a Messeniis cõditæ.Item OLYPISOS.Scribendum Holopyxos ex Mela Pomponio:siue Holophyxos ex Herodoto/ut in Macedonia testati sumus:uideo.n.multa iisdem noĩbus & hic & illic/ut Dium & Piloros.ita enim scribendũ ex Herodoto/non Pheloros.

Ex eodem.xii.

LASPHA.& inferius MANATHVSA & GITHINOS. Legendum forte Lappa Marathusa Cytinos.De Lappa Ptolomæus.De Marathusa uetusti codices:nam & Clazomenia quædã insula sic dicitur a copia feniculi/Plinio & Thucydidi.De Cytino in Creta Strabo:Cytinos inquit a Dorien sibus deducta qui Parnasum incolunt.Itẽ OPHIVS SABVTO.Vetusti codices Ophiusa Buto ut sit βουτώ sicut λητώ. Nam & in Aegypto uiculus hoc nomine: qui & Butos appellabatur Herodiano.Et paulo supra GAVDOs Ptolomæus corrupte Claudos.etenim Pomponius cũ Plinio Callimachus quoq; Gaudon uocatam scribit insulam Calypsus Homericæ.Et infra TRES ACAVSAGORES.& infra NAVLOCHOS. Pomponius Tres Musagoros & Naumachos iis uerbis Naumachos Chryse Gaudos Zephyre & quas Musagoros numero tres uno tri uocabulo appellant.Et paulo inferius:CONTRA ELEVSINA CLARA SALANVS. Scribe Salamis/uetus lectio Pomponius Strabo Ptolomæus Pausanias.

Ex eodem.xii.

DICTINAEVS CROCVS.Scribendũ puto Corycus nõ Crocus ex Ptolomæo atq; Stephano. Item Dictæus magis q̃ Dictynæus quibusdam placet/ex Strabone Ptolomæo cæteris.Est quidem in Creta Dictynæum promontorium & delubrum/sed in monte Tityro Cydoniæ Straboni.Solinus quoq; non Dictæum sed Dictynæũ celebrat/itẽq; Marcianus.Et infra:IPSA ABEST A PROMONTORIO SVO.Scribendum:Ipsa abest Promõtorio suo: quoniam sequitur A Cyrenarũ promontorio Phycunte. Item uerbum A MELEO/scribendum est A Malea.

Ex eodem.xii.

DEINDE COEOS AB EA TOTIDEM.Legendum uidet' non

Cœos per.œ.sed Ceos hoc est κέωσ. nam Coos siue Cos alia est insula Rhodo proxima/unde Coi nominantur:a Cea uero Cei: hoc est κῆιοι καὶ κέϊοι καὶ κέιοι.Ptolomæus quoq; Ciam & uulgus nauticum.Eam insulam permarini modo possident gens Patricia.

Ex eodem.xii.

DVAE COSICAE.Vetus lectio Corycæ a ꝓmontorio fortasse Coryco in Creta ut prædiximus.

Ex eodem.xii.

INTERCIDERE CERESSA.Legendum Coressa ex uetustis codicibus Strabone Ptolomæo Stephano. dicitur & Coressia. Item PHOECESSA.Scribendum est Pœcessa ex uetustis codicibus & Strabone/id est ποιήεσσα insulæ Ceæ quartum oppidum. habuit enim præter duo hæc & Carthæam:de qua Ouidius/Trãsit & antiquæ carthæia mœnia ceæ.& Iulida/Simonidis Melici & Bacchylidæ poetarum natali celebrem.Paulo autem infra uerbũ DELECTATION.Scribendũ est delectationi. Qualis autẽ fuerit Cea uestis/Aristoteles/Varro/Plinius/Solinus/ut parum docte faciant qui Coa ueste non Cea legunt in Propertio/confundentes cum insula quæ Cos uocatur Cariæ apposita nobilis Hippocrate alũno: Nam Herasistratus e Cea Ceus non Cous fuit: quo quidem loco & Stephanus fere hallucinatur.

Ex eodem.xii.

PORTAMO NESSO.Quid si legas Porthmo & Nesio. Primũ Strabo his uerbis:In Eubœa inquit Dion & Athenæ sunt Diades cognomine ἀοικητοι κτίσμα ὑπερκείμενον τῶ ἐπὶ κάυρον πορθμῶ. Secundum Ptolomæus/hoc est μησιον. quo quidẽ nomine in Italia quoq; insulam Campano littore cognouimus:retinetq; adhuc nomen inter Pausilypum & Puteolos:a Papinio poeta Nesis appellata:Syluaq; quæ fixam pelago nesida coronat. Et alibi:Inde malignum Aera respirat pelago circumflua nesis. Item Lucanus: Tali spiramine Nesis. De qua & Plinium sensisse iudico cum de Asparagis differens ita loquitur:Nam quod in Neside campaniæ insula sponte nascitur longe optimum existimatur. etiam si non Neside sed Heside habent exemplaria.De Dio statim & Plinius. habent & codices uetusti Porthmon. Cæteq; & Nesos dicit' Straboni:Magnetũ inquit sunt insulæ ἰσόκαλον μῆσοσ τέ καὶ σκῦροσ. De Campania quoq; Neside ut coniector idem Strabo φασί δὲ ἐν τῆ πιτάνη τῆσ ἀιολίδοσ τασ πλείουσ ἐπιπολάζειν ἐρτῶισ ὕδασιν καθάπερ καὶ ἐν τῆ Τυρρηνία μησίσ πέπομε. quem locum interpretes

Universidad de Deusto
Biblioteca

Stranonis ignorauerunt. Item CERINTHO OREO DIO. Homerus Cerithum/non Cerinthum uocat κίρισον τέφαλον λίου τάι πύ πτολίεθρον.

Ex eodem.xii.

EDEPSO ECHALIA. Scribendum Aedepso & Oechalia. Primũ ex Ptolomæo Strabone Athenæo.alterum ex Strabone Mela Pomponio itemq; Stephano. Infra quoq; uerbum ELOPIE. Scribendum est Hellopiæ/a populis Epiri/siue ab Hellope Iouis filio: de quo & insula quandoq; tota Hellopia dicebatur.iis aquis usus dicitur.L.Sulla Cornelius/auctor Strabo.Meminit & Athenæus salubres in iis locis aquas fuisse:quæ tamen aliquando cũ Antigoni regis præfecti parcius præberi dispensariq; iussissent/aruerint.Scindum in uetustis exẽplaribus legi Aedepso Oca Oechalia. Strabo quoq; montem in Eubœa Ochã tradit:a quo insula quoq; ipsa quandoq; dicta sit Oche. Verbum aũt MENECHINVS scribendum est Menechmus.Item MYCONE.Vetus omnis lectio Myconos:itemq; Strabo Ptolomæus cæteri. In Ouidio qñq; Mycone.

Ex eodem.xii.

SYPHNVS ANTE EROPIA.Scribendum est Meropia ex uetustis codicibus & Stephano.Itẽ PRAEPESINTHVS CITANOS.Absq; diphthongo scribitur Straboni Prepesinthos: apud quem Cythnos insula/nó Citanos/Prepesintho uicina legít/Itẽq; Ptolomæũ:Dryopis & Ophiussa quãdoq; dicta ut ait Stephanus.

Ex eodem.xii.

CYNTHIAM.ASTERIAM.LAGIAM.CERHã.MYDIAM. CINETHVM. Stephanus loco uerbi Cerham Mydiam/scribit Clamydiam.quod & probãdum est.Item loco uerbi Lagiam/ipse Pelasgiam:Solinus tamen Lagiam a uenatione quasi leporariam sicut ab Apollinis cultu Asteriam:siue ut Antoninus ab sorore Latonæ Asteria. Item PYRPILEN. Forte legendum sit Pyrpolen siue Pyrpolon κατά τόν ἐλληνισμόν.etiã si Pyrpilen Solinus quoq;

Ex eodem.xii. ℔pronuntiat.

PROXIMA EI RHERENE.Scribendum est Rhene Ptolomæus.Rhenæam Herodotus atq; Strabo quatuor a Delo stadiis.deserta hæc in quã defunctos inferebant suos Delii/q; ut quarto libro ait Thucydides in ipsa Delo nec parere nec sepelire fas esset: sicut nec canem alere.

Ex eodem.xii.

QVAM PRIMO PLATEAM POSTEA MINOIDA. Ste-

phanus/Quam primo Pactiam postea Minoida uocarũt siue Minoam.Dicta est inquit & Zacynthus & Hyria & Hylicssa & Cabarnis & Demetrias.duo hæc postrema/quoniam Cabarnus Cereri primus indicauisset raptum Proserpinæ.Paulo supra SYRVS QVAM CIRCVITV PATERE VIGINTI MILIBVs PASSVM PRODIDERE VETERES.Mutianus centum sexaginta. Miror unde tam imodica diuersitas:fereq; hallucinatos in codice Mutiani librarios addubito:cum uiginti milia passuũ non aliã mensurã agant q̃ centum sexaginta stadiorũ.

Ex eodem.xii.

OLEARVS.Scribitur græce Oliarus/ut prima sit ꝓducta ex Strabone Ptolomæo Heraclide Pontio qui scripsit insulas. Sidoniorũ colonia hæc stadiis decem & octo distans a Paro. Ouidius:At nõ oliarus didymeq; & Senos & andros.In quo uersu non Senos sed Tenos legendum arbitror. quam inter Cycladas Plinius secundam post Andrum nominat. De hac Aristoteles Athenæus Strabo cæteri.Alibi quoq; Ouidius:Et iam transieram Myconem iam Tenon & Andron.

Ex eodem.xii.

AB EA SEPTIES QVINQVAGINTA NAXVS.Lectio falsissima.quomodo enim potest a Paro Naxus hoc interuallo abesse/cum Paros a Delo triginta septem milibus distet.Ipsa uero Naxus decẽ & octo milibus auctore Plinio.Proinde uetus lectio minus corrupta/hoc modo:Ab ea inquit septem milibus quingentis Naxus.Dionysiam uocari hanc a uinearum fertilitate scribit Plinius:sed Asclepiades/quia solæ mulieres Naxiæ octauo mense pariant:quoto & liber pater natus creditur:siue quia fons in ea uino fluat: quod quidem Andro uicinæ ab aliis tribuitur: ut secundo itemq; trigesimoprimo libro dictum est. Verbum autem paulo infra SPARODES:scribe Sporades.

Ex eodem.xii.

POLEGRADOS. Scribo Pholegandros a Pholegandro Minois filio/auctores Strabo Ptolomæus cæteri:aratus sideriam a ferro ꝓpter asperitatẽ. Item ANTE VOCATA DOLICHE & MARIS & ICTHISVSA. Lego Ante uocata Doliche & Macris & Ichthyœssa.q; Macris Eustathius a longitudine:nam & certamen longioris curriculi Dolichos appellabatur. q; autem Ichthyœssa quasi Pisculenta. Athenæus ἐκαλεῖτο δὲ ἡ ἴκαρος ἰχθυόεσσα διὰ τὸ τῶν ἰχθύων πλῆθος.

Universidad de Deusto
Biblioteca

Ex eodem.xii.

SCYROS A NAXO QVATVORDECIM MILIA PASSVVM HOMERI SEPVLCHRO VENERANDA. Scribendum est non Scyros/sed Ios ex Plutarcho & reliquis scriptoribus. In Solino item cicatricosa lectio est Chios pro Io: Chios inqt Homeri tumulo cæteras antecellit. In Marciano quoq; par fere uitium: Naxo inquit Homeri sepulchro memorāda. In Io autem sepultus est Homerus oraculo iubente: quoniam mater eius ex Io quidem foret / ipse uero certa matre incerta esset patria ἔλβιε καὶ δυσδαιμον ἔφυσ γάρ ἐπάμφοτέροισι. πατρίδα δίζηαι μητρὸς δὲ ἕο δυ πατρὸς ἔξιμ᾽ ἔξιμ ἰοσ᾽ μῆσσοσ μητροσ᾽ πατρὸς᾽ ἦ σὲ θαμόθα δέξεται ἀλλά μέων παίδων ἄϊμιγμα φύλαξαι. uocabat inquit Stephanus & Phœnice. hoc ipsum & Plinius hic affirmat: Vt præterea dubitare nemo possit nisi qui Homero sepulturam quoq; inuideat. Strabo Ios inquit insula est in qua Homerum quidam putant conditum fuisse. Alioquin de Scyro dictum erat superius post Eubœam. aut si mēda in eo uerbo sit/certe inferius nominabitur in Pegaseo collocāda sinu & in Magnesia Straboni Ptolomæoq;. sunt enim tres nominibus confines insulæ: Scyrus/Syrnus/Syrus: e qua Pherecydes: ut errent qui aut Scyrium aut Syrum/quasi e terra Syria scripsere auctor Strabo. est autem producta prima Syrus insula Homero συρίη κικλήσκεται ὀρτυγίησ καθύπεροε. Producit & in Scyro Virgilius/Armiger Automedon una omnis Scyria pubes. Ouidius/Ignara tetigi Scyria membra manu. Sidonius Apollinaris quē nō dicā/ut de Cecilio. M. Tullius ad Atticū/latinitatis malum auctorē fuisse/ʃ græcas lras nescisse: corripuit/Vel Scyrias uacuasse colus uel serica fila Per cānas torsisse leues. ueꝝ de hoc Poeta li. vi.

Ex eodem.xii.

ODVA. Codices uetusti Odia/q̄si a cantu ᾠδεῖα. Quid si Dia? Strabo/Dia inquit prope Theram est insulam. De Thera quoq; Plinius hoc loco: Protinus ab Io inquit abest Thera uigintiquinq; milibus passuum. Pomponius Mela: Ios Thera Gyaros. tres aūt antiquidias celebrāt Naxū & ad Miletū alterā & in Cretico mari tertiā uersus Gnossum. Strabo διὰμ τὴμ μῆσομ τὴμ πρὸσ ἡρακλείῳ τῷ γμωσσείῳ. Idem auctor & in Arabico sinu Diam collocat. Item LETANDRO. Quid si Telandros? ab urbe Cariæ: q, fere cōtinentium terrarum coloniæ fuerunt insulæ: ut Calydna quoq; ab eiusdem nominis urbe in Caria. sed uaticinium sit hoc/non decretum quando & inter insulas Asiæ Telandros.

Ex eodem.xii.

ATELOS VNGVENTO NOBILIS AGATHVSA A CALLIMACHO. Scribendum est non Atelos sed Telos: cum ex Strabone/tum uero maxime q, unguenta medicis Telina cōmendantur Dioscoridi Plinio Galeno cæteris: etiamsi Teli constet herba quæ fœnum græcum significat: ceu uel frutici nomē insula/uel insulæ frutex dederit. Adde q, Stephanus Telos inquit insula est quam Iason & Androtion Agathusam appellauere. Littera uero a. principio adiecta præcedentis insulæ uidetur finis esse quasi nō CYNETHVS sed Cynethusa legatur.

Ex eodem.xii.

CARVSA. LEBINTHOS. GYRVs. Strabo Corassiæ Lebinthus Leros propinquissimas inter se tradens. Nec quenq̄ moueat q, infra Plinius de Corassia mentionem fecerit: quandoquidem locus is audacissime corruptus est a sciolis quibusdam & infœliciter doctis/ut monstrabimus. Leros autem etiam Leria uocatur: Strabo/ λέβιμοσσ καὶ λέρια. deinde paulo post. In Icaro inqt sunt κορασσίαι πάτμοσ καὶ λέροσ: Lerios uetus comœdia ut callidos & uersipelles notabat. repetit hanc in Asia quoq; Plinius ut uicinā Rhodo.

Ex eodem.xii.

SYCINVS QVAE ANTEA AENOS. Scribēdum est Sicynus quæ antea Oenœ Stephanus. De Sicyno autem Strabo Mela Ptolomæus. Item HERATIA non comperi: sed Heracliā mari Carpathio Stephanus.

Ex eodem.xii.

CASOS QVAE ASTRAGALE. Vetus lectio Astrabe/item Stephanus ἐκαλεῖτο δὲ ἡ κάσοσ καὶ ἄμφη καὶ ἀστράβη. dicta uero inquit Casos a Caso Cleomachi patre. ab hac & Casius mons in Syria colonis eo deductis. Mentio fit huius & quinto libro.

Ex eodem.xii.

ARISTIDES MINBLIDA. Lego Byblida ex Stephano a Phœnicum gente Bybliis. hanc græci Ephyriam quandoq; inquit appellauerunt. Quod autem hic dicit a Callimacho Mimalida nūcupari/Solinus a Poeta illo Melanida uocatā tradit/ut in alterutro sit error.

ACITIAM. Scribēdum puto Acyton. Stephanus ἄκυτοσ περὶ κυθωρίαμ τῆσ κρήτησ μῆσοσ ἐστί, Strabo / Melos inquit insula inter Cretam Peloponnesumq; interuallo æquali sita a Peloponneso promontorium Scyllæum a Creta Dyctinæum habens. est autem

Universidad de Deusto
Biblioteca

Dyctinæum promontorium in Tytiro Cydoniatarum monte/ut ſupra oſtendimus.

Ex eodem.xii.

PATAGE.VT ALII PLATAGE.NVNC AMORGOS.Stephanus non Patagen nec Platagen/ſed Pancalen. Item Pſychian a Minois filia. Item Carceſiam & Amorgion & Morgen. Strabo Eumorgon/ſed corrupte: nã Simonidẽ Iambicũ poetã Amorginũ ex hac inſula cognominant:ſicut alterum Simonidem cognomento Melicum e Cea inſula ut diximus oppido eius Iulide. Cæterũ in Amorgo tris fuiſſe urbes ſcribunt:Arceſinem.Minoam.Aegialem.Item POLIEGAS. Scribendum Polyægos ex Ptolomæo & Mela Pomponio.

Ex eodem.xii.

PHILETERA. Scribendum eſt diſtincte/ut ſit ſeorſum Thera. quoniam ſequatur cum primum emerſit Calliſte dicta/Strabo. Hoc ipſum & Herodotus. Cyrene Therenſium conditorum fuit colonia ex inſula Laconica quam ueteres inquit Calliſten uocabant.hoc ipſum & Herodotus.

Ex eodem.xii.

POSTEA THERASIA ATQVE INTER DVAS ENATA.MOX AVTOMATE EADEM HIERA ENATA.Vetus lectio:Poſtea Theraſia atq; inter duas enata mox Automate. eadem Hiera.& in noſtro æuo Thia iuxta eandem Hieram nata. Confirmat hoc ſecundo libro Plinius: Inter Cycladas inquit Olympiadis.cxxxv.anno quarto.Thera & Theraſia inter eaſdem poſt annos.cxxx/Hiera eademq; Automate: & ab ea duobus ſtadiis poſt annos.cx/In noſtro æuo Marco Iunio Syllano & Lucio Balbo Conss.ad octauum idus Thia.

Ex eodem.xii.

CANAPHE. Legendum eſt Anaphe/Strabo & Stephanus: Iuxta Therã inquit Theraſia & Anaphe.Bembliaros hæc uocata quondam a Cadmi comite quærentis Europam.Anaphem uero ab Argonautis:quia tempeſtate laborãtibus & in termeſtri luna ex inſperato comparuiſſet. Plinius ſecundo libro: inter inſulas ſponte in mari enatas Anaphen quoq; nominat iis uerbis: Enatæ poſtea minores ultra Melon Anaphe.Ammianus:Emerſerũt inquit Delos & Hiera & Anaphe & Rhodus.

Ex eodem.xii.

IPPVRVS HIPPVRTHVSA.Pomponius Hippuris.Stephanus Hippuriſcon:ut uerbum Hippurthuſa corrigendum putem Hippuriſſuſa/uel Hippuriſcuſa ab Hippuri uel piſce uel frutice ut coniicio:quem nos Equiſelim uocamus:quemadmodum mari Siculo Phœnicuſſa & Ericuſſa:de quibus dictum ſupra eſt. Item ATRAGIA. Scribendum eſt Tragia ſiue Tragæa/Stephanus: Vna Cycladum eſt inquit Tragæa ex qua Theogiton Peripateti cus Ariſtoteli familiaris. Eſt autem mos ueteribus quæ ſint Sporades etiam uocare Cycladas:contraq;. Thucydides/Ad Tragæam ait inſulam ab Athenienſibus uictos prælio nauali Samios Pericle duce.

Ex eodem.xii.

CALYMNA IN QVA OPPIDũ CO.CORESSIA OLYMNOS. Vetus lectio Columna in qua oppidum Ocos Columna: ſed uterq; codex mendoſus:noſter magis:quandoquidem etiã impudenter adiectum ſit Coreſſia: cuius nulla ſit in exemplaribus antiquis uel obſcura mentio: propterea q; ſuperius ſit reddita/ut præfati ſumus.Idcirco fere ſuſpicor ſcribendum eſſe Calydnam in qua oppida.iii.duæ Calymnæ.Plinius ſequenti libro:Calydna inquit cũ tribus oppidis:item Caſos inquit & duæ Calymnæ. Homerus ὃι δ' ἄρα μίσυρον τεῖχον μήσουσ' τε καλύβας καὶ κῶπ ἐυρυπύλοι ὀπόλιμ κραπαεοίμ τε κάσορ τε citãt Calydnas Lycophrõ & Põponius. Straboni quidem Calydnæ a Calymna quodã pacto differunt:Sunt quibus inquit uidetur Calydnas ab Homero non inſulas per ſe quaſdam ſed ipſas Sporadas intelligi quarum una ſit Calymna.Deinde paulo poſt/Aliis inquit placet Calydnas eſſe geminas Leron & Calymnam.Sceptius inquit plurali numero Calymnas pronuntiat. Miretur autem nemo ſi Plinius has ipſas in Aſia quoq; repetit.Faciũt hæc & alii/atq; imprimis Strabo:qui & Calydnas duas prope Tenedum conſtituit: alias omnino ab iis quæ hic circa Rhodum redduntur:nec Euſtathiũ tamen libenter arguerim/qui non diſtinguit. Idem auctor Calydnas a Stephano eaſdem cenſeri cum Calymnis tradit:hinc orta diſſenſio/q; alii Calydnam unam cum tribus oppidis & Calymnas duas faciunt/ut Plinius:Alii Calydnas cum Calymnis eaſdem putant/ut Stephanus: Alii Calymnam unam/Calydnas duas reddunt/ut Strabo. ſed ita ut una Calydnarum ſit Calymna/Leros altera.

Ex eodem.xii.

A CARPATO AD CASSVM.ſcribe A Carpatho ad Caſum.cor

Universidad de Deusto
Biblioteca

repta enim est in Caso prima Homero teste. Sũt autẽ multæ Casiorum insulæ per ambitũ Capartho/ut Straboni placet: a quibus & uesti nomen Casiaca. quod & nũc quoq; durat uulgo græcis milítibus. Casianam Eustathius appellat a monte Casio.

Ex eodem. xii.

PEGASICVS SINVS ANTE SE HABET EVTYCHIAM CINETVM ET SYRVM SVPRA DICTAM. Scribendũ est Cicynetum & Scyrum. Strabo ἀρτεμίδωρος ἐν τῷ πηγασιτικῷ κόλπῳ φησὶν εἶναι τὴν κικύνητον μῆσον. & Paulo infra τὴν ἑξῆς παραλίαν πρόκειται τῶν μαγνητῶν μῆσοι συχναί μέν αἱ δὲ ὀρόμασι σκίαθος καὶ πεπάρηθος καὶ ἰσόκαλον μῆσοστε καὶ σκῦρος

Ex eodem. xii.

SOLYMNIAM. EVDEMIAM. NEAN. Stephanus Elymniam & Elymnion Eubœæ tradit insulam fuisse. idem Eudepnam quæ Libyophœnicibus paruerit. Neam uero multitudinis uocabulo Neas appellauit Lemno proximam: ita dictã/q; Hercules eo adnasset/ut Philocteten quoq; ibi percussum ab Hydra multi existiment. De hac Nea Plinius secundo libro/de insulis Enatis: Inter Lemnum inqt & Hellespontũ Nea. Item ATHOS ANTE SE PARETHũ. Scribo Peparethũ ex Strabone ut mox ostẽdimus. Et infra. SCYATHVM. Scribe Sciathũ. Ouidius: Et gyaros nitidæq; ferax peparethus oliuæ. Ditiõis & hæc & illa Venetæ/Sciathos & Scopelos uocatæ uulgo.

Ex eodem. xii.

AMNE ILLISO. Scribo Iliſſo: quod & in Attica nomen amnis est Apollodoro: Straboni Ptolomæo Pausaniæ musis dicati/quas Iliſſidas uocant. Papinius Diris & furiis consecrauit: amfractu riparum incuruus Iliſſos Sæuus honos fluuio ſtygias lustrare seueris Eumenides perhibetur aquis. Idem poeta primam produxit alibi Raptæ qui conscius Orythiæ Cælauit geticos ripis Iliſſus amores. Item THASOS OLIM ERIA VEL ETRIA. Legendũ credo Aeria uel Aethria. q; Aeria/nihil certius ex oraculo Telesicli dato qui pater fuit Archilochi poetæ Parii ἄγκειλον παρίοις Τελεσίκλεες ὥς σέ κελεύω μήσῳ ἐν ἠερίῃ κτίζειν ἐυλίμενον ἄστυ. De Aethria nondum inueni. hanc & Chryſen uocatam ſcribunt Arrianus Eustathiusq; ob metallum auri quo præpollebat insula: ut meminit Herodotus.

Ex eodem. xii.

INDE ABDERA A CONTINENTI. XX. M. PASSVũ AD

ATHOS. LXII. M. Vetusti codices non a continenti/sed continentis. nec ad Athos/sed Athos. Sunt enim Athos & Abdera continentis. illud mons: hoc oppidum in Thracia Democrito & Protagora Sophista nobile. Dicitur autẽ plurali numero Abdera fere. ſingulari tamen Abderon ab Ephoro. Item ATTOLLITVR MONTE SAOCE. Legendum forte ſit Saio/siue Sao: quoniam Saios Straboni populos fuisse nouimus: unde nomen insulæ. Stephanus σάος ἢ τῶν σαίων μῆσος. Apud Nicandrum quoq; Saos montis nomen est eius insulæ/sed & Sami quoq;. Diodorus in ea & regẽ fuisse tradit/q Sao diceret/e Ioue aut Mercurio & Rhena filium.

Ex eodem. xii.

HAVD PROCVL A COELO. Iungendum hoc cum sequentibus Cherronesi portu/de quo supra: fortasse qui a Ptolomæo Cœla dicitur: itemq; Marcellino auctore græco/ubi Milciadis & Historici Thucydidis ait monstrari tumulos. Item DESERTIS QVOQVE REDDVNTVR IN HOC SINV QVARũM. INVENIRI POTVERVNT NOMINA. Melius uetusti codices in quibus non. M. sed modo: nec redduntur sed reddãtur. ita sensus non solum constat/sed perspicuus quoq; est.

Ex eodem. xii.

DRACHANON. Scribendum forte Draconon siue Drecanon/ex uetustis codicibus. Et quia mons in Icaro est insula hoc noie: Itẽq; in Co apud Strabonem. nã & Ptychiã Ptolomæus Corcyræ promõtoriũ facit Plinius insulã ut diximus. Corcylea quoq; Thucydidi & Plinio & Straboni post Homerum est insula: Heracleoni uero urbs una e quatuor quæ sunt in Ithaca. Habetur & Draconton-neſos hoc est draconis insula/sed Libyæ. Item ARRONESOS. Scribendum uidet Arconesos/id est ursoꝝ insula: quo noie Apollonius Cariæ præiacentẽ demõstrat. nã Arctõneſos alia est li. v.

Ex eodem. xii.

QVARTVS E MAGNIS EVROPAE SINVS. Initium capitis hoc statui debuerat/non cum præcedentibus misceri. Quatuor autem magni Europæ sinus sunt. Primus a Gaditano freto ad Lacinium usq; promontorium Italiæ in Locris. Secũdus a Lacinio ad ipsa Epiri Acroceraunia. Tertius inde ad Hellespontum. Quartus ab Hellespontо ad Mæotis hostia.

Ex eodem. xii.

CIMMERIVS BOSPHORVS IDOS VOCATVR. Scribendum est distincte/Id os/ex Polybio. Confusa sunt ea uerba in unũ

Universidad de Deusto
Biblioteca

etiam apud Marcianum Capellam. Q d autẽ apud ipſum itemq; hoc loco ſequitur.II.M.D.PASSVVM LATITVDINE. Scribendum uideretur.iii.M.d.paſſuum latitudine: quoniam Polybius triginta fere ſtadiorum perhibeat.

Ex eodem.xii.

AVCTOR EST POLYBIVS.D.PAS.INTERSVNT. Scribendum eſt.d.M.p.aut omnino plus:quandoquidem Herodotus quarto libro longitudinem ponti circiter undecim millium & cẽtum ſtadiorum eſſe tradidit.Marcianus quoq; Inter Cimmerium inquit & Thracium interpatent milia quingenta. Item VICIES SEMEL MILIA. Marcianus Vicies ſemel quinquaginta milibus:ut Varro quoq; inquit non reticet totius ponti circuitus eſt.

Ex eodem.xii.

CHERONESVM HERACLIDARVM. Vetus lectio Heracleatarum.ita enim uocatur Cheroneſus heraclea/ut poſt liquebit Et infra:MONTIS ARNOBAE.Ptolomæus Abnobæ.Itẽ SECVNDVM HOSTIVM NARACV STOMA.Et paulo inferius BORYOSTOMA.Ptolomæus Inariacon ſtoma/item Boreoſtoma/hoc eſt Aquilonũ eius amnis hoſtium. Sed Naracu ſtoma tamen Solinus & Ammianus ut in Ptolomæi codice ſit erratũ Quod autem hic SPIREOSTOMA: idem auctor Ammianus Stenoſtoma/quoniam anguſtum ſit & minus cæteris.

Ex eodem.xii.

HAMOXOBII AVT CORSI.Scribendũ Hamaxobii aut Aorſi Ptolomæus Strabo cæteri.Dicuntur Hamaxobii quoniam in carrucis degant. eos Strabo & hamaxices & hamaxœcos uocat.Idem auctor Aorſos ad Tanain conſtituit & gentem uagam tradit:Ptolomæus ad Agathyrſos.Quod autem ſequitur mox ALIAS SCYTHAE DEGENERES ET A SERVIS ORTI.Ammianus Peninſula inquit eſt quam Sindi colũt ignobiles poſt Heriles in Aſia caſus cõiugiis potiti dominoꝝ & rebus. Valerius quoq; Flaccus Degenereſq; ruunt Sindi glomerantq; paterno Crimine:nunc etiam metuentes uerbera turmas.Proinde hic nõ Scythæ ſed Sindi ſcribendum eſſe uideatur.Stephanus & Satorchæos Scythas a ſeruis genitos eadem occaſione refert.

Ex eodem.xii.

TOXALANI.Vetus lectio Troxalani.Ptolomæus & Capitolinus & Flauius Vopiſcus Rhoxolani/ſed & Strabo/qui tamen & Rhoxanos quandoq; appellat eos:niſi quis alios exiſtimet. Septẽtrionales inquit maxime ſunt Rhoxani:quod ipſum & de Rhoxolanis quoq; dicitur:ut fortaſſe hinc dicantur ii unde regio Rhoxia nominatur hodie/legationibus ultro citroq; miſſis percognita:Põponio etiamnũ læto in eas terras profecto:quanq; Polloni mõ populi Sarmataꝝ uocant qui Rhoxiam ſuam dicant eſſe.

Ex eodem.xii.

CARNVNTI GERMANORVMq; IBI CONFINIVM.Melius Carnuntii hoc eſt tenent a Carnũto oppido quod Germaniæ finis eſt. Plinius ultimo uolumine:Abeſt inquit.C.M.paſ.a Carnunto littus Pannoniæ:quo a Germania Succinum importatur. De hoc & ſupra diximus.

Ex eodem.xii.

IAGYGES ET ABSTERNE. Scribendum Iazyges & Baſternæ/Strabo Ptolomæus cæteri.dicunt & Baſtarnæ Dionyſio.Verſus in Ouidii Triſtibus emendandus eſt:Lazyges & cholci metereaq; turba getæq;.Non enim Lazyges per.l.ſed Iazyges p.i.ſcribendum/ut ſit conſonantis loco.Nam Valerius Flaccus/Increpat & ſtricto ſic urget iazygas enſe. Itẽ alibi:Neurus & Exptes canentis lazyges æui. Poteſt hic Coralli ſcriptum fuiſſe/nõ Hali/ut idẽ Flaccus:Denſiq; leuant uexilla coralli.Poſt quos Baſternas continuo ſubiungit Batarnas appellando:Illinc iuratos in ſe trahit æa batarnas.Item AD FLVMEN VISCHIAM.Scribo Viſtulam ex Ptolomæo Strabone Plinio.

Ex eodem.xii.

OPPIDA CRENNE.SCEPOLIVM.Vetus lectio Cremenſe Oepolium.Stephanus/In ponto inquit oppidum eſt Creme.nec præterea quicq; adiicit.Quid igit ſi legas Oppida Cremenſe & Obolĩũ.Sũt.n.Obolenſes Ptolomæo ſupra Crobyzos in Myſia inferiore/de qua nũc eſt ſermo.Quid porro ſiq Hippoleũ ex Herodoto:q ad Boryſthenis Hypaniſq; tractũ inquit ἔμβολον τῆσ χώρησ ἐιρεαι ὀππόλεω ἄκρη καλέεται:ut in Valerio quoq; Flacco non Ambenus mons ſed Embolus ſcribendum eſſe uideatur:Linquitur abrupto pelago tyra linquit & mons Ambenus & gelidis pollens ophiuſa

Ex eodem.xii. Luenenis.

MOX ASTACAE COGNOMINES FLVVIO.Ptolomæus & Põponius & uetuſti codices Axiacæ ab Axiace amne. Itẽ VLTra QVOS EROBIZI. ſcribendũ Crobyzi/ex Herodoto Strabone

Ex eodem.xii. Ptolomæo cæteris.

SINVS SAGGARICVS.Scribendum foret ex Ptolomæo Aſag-

Universidad de Deusto
Biblioteca

garicus/ab oppido circa Borysthenem Azaggarico. Fuit in Sarmatia & urbs & amnis Agarus: unde Agaricus quoq; portus legi posse uideretur: a quo & nomen Agarico radici datū creditū: sed longe distat hic locus a priore. Nec dubitari potest Asaggaricū nō Agaricum hac parte intelligi. quanq; nō sum ignarus Sagarim fluuiū ab Ouidio uocari eum qui a Ptolomæo dicatur Agarus non lōge a Lyco amne: Huc Lycus huc Sagaris peneusq; hypanisq; cratesq; Alioquin non Peneus sed Panysus auctore Plinio legendum sunt qui censeant. quod & Ptolomæus confirmat.

Ex eodem. xii.

OLBIOPOLIS MILETOPOLIS. Scribendum quidam putant Olbiopolis Metropolis. de Olbiopoli Strabo Ptolomæusq; Olbiā uocantes: quod & Plinius quoq; facit inferius. Sed illi Borysthenē oppidum cum Olbia idem esse tradūt. De Metropoli Ptolomæus Circa Borysthenē inquit amnem Metropolis & Olbia quæ & Borysthenes appellata est. Scio tamen Olbiam Milesiorum fuisse ut Strabo inquit. Proinde fieri potest ut Plinius hoc loco intelligat oppidum Borysthenem antiquis nominibus & Olbiopolin & Miletopolin fuisse dictum. q; Olbia siue quod idē est Olbiopolis/probatum est supra. q; Miletopolis/simile uero est/ex quo Milesiorum fuit colonia. Marcianus de oppido Borysthene/Nec procul inquit fluuius: lacus: oppidum: sub uno cuncta nomine/Borysthenes. Pōponius tamen Borysthenes inquit amnis tanto spatio nauigabilis secundum Borysthenida & Olbida græca oppida egreditur.

Ex eodem. xii.

TOTVM ENIM TRACTVM. Lego Totum eum tractum. & quod sequit': SARDI SCYTHE ET SCYRACI TENENt. Vetusti codices omnino legunt aliter/& quantum coniicio cōmodius/hoc modo: Totū eum tractum Taurici Scythæ & Sarmatæ tenent: nam & Cherronesus ipsa Tauroscytharum fuit & Taurorum/ut Plinii uerbis utar/peninsula. ob id & Scythica & Tauri ca dici solet/a Tauricis Scythiæ montibus uocata. quorum & Herodotus & Dionysius poeta mentionem habent. Strabo τὴν δὲ πλείστην τῶν χερρονήσου μέχρι τοῦ ἰσθμοῦ καὶ τοῦ κόλπου τοῦ καρκινίτου Ταῦροι σκυθικὸν ἔθνος καὶ ἐκαλεῖτο ἡ χώρα πᾶσα αὕτη σχεδόν δὲ καὶ ἡ ἔξω τοῦ ἰσθμοῦ μέχρι Βορυσθένους μικρά σκυθία. Ptolomæus πλησίον δὲ τοῦ ἀχιλλείου δρόμου Ταυροσκύθαι. Scio quidem & Sciracos fuisse populos in Scythia/quos Strabo Scyraces appellat ad Archedeū amnē. Ptolomæus uero Scyracenos ultra montē

Hippicum/sed in Asia. utcunq; modestissimum est & plenum uerecundiæ lectionem ueterem: q̄diu auctor non est qui contradicat seruare. Alioquin Sindi potius q̄ Sardi scribendum esset ex Valerii Flacci & Ammiani testimonio: qđ supra expositū est hoc ipso. c.

Ex eodem. xii.

SYLVESTRIS REGIO HYLEVM MARE QVO ALLVITVR COGNOMINANT. Vetus lectio non cognominant sed cognominauit: hoc est/Hylea regio mari quo alluitur nomen dedit ut Hyleum mare diceretur. Alexander ὕλέα χῶρα ποντικὴ ἀβικὴ λεγομένη τουτέστιν ὑλέα: hoc est syluestris. Hylæi quoq; populi mox a Plinio reddentur. Pomponius/Siluæ inquit deinde sunt quas maximas hæ terræ ferunt. Herodotus/Traiecto inquit Borysthene a mari imprimis est Hylea regio. Idem paulo infra/Caret inquit arboribus omnis plaga hæc præter Hyleam. Valerius Flaccus: Mouit & hylæa supplex cum gente syrenē Densior haud usq̄ nec celsior extulit ullas Sylua trabes.

Ex eodem. xii.

QVIDAM PANTICAPEN CONFLVERE INTRA OLBIAM CVM BORYSTHENE TRADVNT. Vetusti codices non intra Olbiam/sed infra: quod ex Ptolomæo quoq; si nō ex primitur/certe colligitur. Item SINVS GARCINITES. Scribendum Carcinites ex Plinio inferius & Mela Pomponio/a Carcina oppido ut inquit Ptolomæus: ubi & Carcinitus quoq; amnis Hecatæus urbem ipsam Carcinitin uocauit. Strabo Carpinitē nō Carcinitem sinū aut corrupto uerbo aut a Carpianis populis quos Ptolomæus inter Peucinos Basternasq; collocat.

Ex eodem. xii.

FLVMEN PLACYRIS. Codices uetusti Pacyris. Ptolomæus Pagyritas populos ab amne Pagyri & urbe ut coniici non solum potest sed etiā conuenit. Herodotus quoq; flumen Scythiæ inter Pāticapen atq; Gerrum Pacyrin/siue ut in aliquibus scriptū est Hypacyrin constituit. Sextus inquit est Pacyris e lacu profluēs qui per Nomadas iuxta Carcinitin oppidū in mare euoluit'.

Ex eodem. xii.

OPPIDA NAVARVM ET GORCINE. Ptolomæus Naubarum & Carcine. Dicit' & Carcinea/unde Carcinites sinus ut prædixi. Sunt & Nauari Ptolomæo Sarmatarum populi ubi Naubarum: ut proinde Nauarum quoq; dici possit oppidum. Item LACVS BVGES. Ptolomæus Buces siue Bycis/& codices antiqui.

Universidad de Deusto
Biblioteca

Sed & Buges defendi potest: quando Græci quoq; populos ab hoc lacu Exobygitas quosdam uocant auctore Ptolomæo. Valerius Flaccus/Quiq; lacum cinxere Bycen.

Ex eodem.xii.

IPSE LACVS BYGES A CORETO MæOTIS LACV SINV PETROSO DISCLVDITVR DORSO. Legendum non Mæotis lacu/sed Mæotis lacus paterno casu. Est enim sinus in eo lacu nomine Coretus: fortasseq; non Coretus/sed Carœtus uocari debet/a Carœa ibi uico in Mæotis lacus ora/ut Ptolomæo proditur. Dorsum autem illud petrosum Ptolomæus Agaricū promontorium appellat: cui uicina urbs Cneme ob id ipsum dicitur.

Ex eodem.xii.

SEX OPPIDA. ORGOCYNI. CARASENI. ASYRANI. TRACTARI. ARCISSALI. TACALI. CALIORDI. Promittuntur sex/& redduntur septem: ideo mendosum locum putamus Nam & uetusti codices fidem custodiunt/non plura q̄ sex, pmissa repræsentantes: Orgocynos. Carasenos. Assyranos. Tractaros. Arcissalitas. Caliordos. Porro Arcisalitæ populi fortasse Arsilachitæ melius scribantur: ab Diana dicti/quam Ammianus Arsilachē siue Orsilachē a Barbaris qui circa Tauricam sunt uocari tradit. cui deæ imolabant inquit appulsos & capita parietibus fani præfigebant. Valerius Flaccus/Taurorumq; locos delubraq; sæua Dianæ Pomponius: Immanem inquit famam habent/solere pro uictimis aduenas cedere: Nā Tractari credunt esse qui nūc Tartari fere.

Ex eodem.xii.

CLAVDVNTVR AB OCCIDENTE CHERRONNESO AB ORTV SCITISSA TAVCIS. Vetusti codices/Claduntur ab occidente Cherrōneso Nea: ab ortu Scythis Sataucis. Nec in totum displicet: nisi q; non Sataucis/sed Satarchis legendū putamus. Pomponius: Quæ Satarchæ inquit & Taurici tenent: ubi de Cherrōneso loquitur. Item Vergentia inquit in paludem Satarchæ tenent. Videntur autem Satarchæ quos Callimachus & aliquando Plinius Satarchæos uocat. Stephanus/circa Mæotin inquit lacum Taphræ sunt & regio dicta Satarchæoꝝ a seruis orta dominis absentibus. Meminit & Ptolomæus & Solinus. De Taphris oppido statim liquebit. Valerius Flaccus: Iaxamatæ toriniq; & flaui crine Satarchæ. De Cherrōneso autem Nea Strabo: quanq̄ non plane id contendo. sed cum apud ipsum tamen Cherrōnesus Palæa. i. uetus quædam fuerit: necessarium est & Neam. i. nouam

fuisse μεταξὺ δὲ τῆς Ἡρακλείας χερρονήσου πόλεως καὶ τῆς ἄκρας λιμένες τρεῖς ἔπειτα ἡ παλαιὰ χερρόνησος κατεσκαμμένη. De Cherronneso Heraclea urbe/quam ipse nouam interpretor/statim infra Plinius. Hanc ipsam ut puto Herodotus asperam cognominat μέχρι δὲ τῆς χερρονήσου τῆς Τριχείας καλεομένης μέμεται τὸ Ταυρικοῦ ἔθνος. quæ uerba fere cum Plinianis congruunt. Ptolomæus quidem Cherrōnesum Zenonis: sed alteram ab hac nostra in eadem peninsula uocauit.

Ex eodem.xii.

TAGRE IN IPSIS ANGVSTIIS PENINSVLAE. Scribendum non Tagre/sed Taphræ: Ptolomæus & infra Plinius: Per Mæotim inquit ab extremo Isthmo qui locus Taphræ uocatur. Potest & Taphræ ut Stephanus. Strabo καλοῦνται δὲ Τάφριοι ἔμ ταῦθα δὲ ἐξιὼν ὁ ἰσθμός. docet & libro quarto causam nominis Herodotus. Item PARTHENIVM PROMONTORIū TAVRORVM. CIVITAS PLACIA SYMBOLVM PORTVS. Scribendum forte non Placia/sed Palacia. nec Symbolū sed Symbolon plurali numero generandi casu ex Strabone qui Palacion uocat & συμβόλων λιμένα. eodem modo Ptolomæus quoq;.

Ex eodem.xii.

NEVROAE. Scribēdum Neuroe ex Herodoto Pomponio Solino Ammiano Dionysio: a quibus & Neuris ipsa regio ubi homines in lupos æstate uerterentur. natus error q; ueteres scribebant per œ. nominatiuum pluralem declinationis tertiæ in græcis nominibus: ut Solœ Taphrœ Gynæcocratumenœ. dicuntur & Neuritæ Stephano. Marcianus quoq; Neuros. Itē MERMETIVM ET INSVLAM ALOPECEN. Scribo Myrmecium ex Pomponio Strabone Ptolomæo cæteris: qui & insulam hanc non Alopecen sed Alopeciam & Tanain quoq; uocant. Venetorum olim coloniam. nunc Turcæ potiuntur: ut alio quoq; omni ponto: Nam Alopeconnesos alia est/ut supra constat.

Ex eodem.xii.

TVGASETE BVDINI. Scribendum est Thusagetæ/id est Θυσσαγέται Herodotus Strabo Ptolomæus & Plinius. De Budinis itē Herodotus Pomponius & Parmeno Byzātius/ab eo q; bouibus trahantur/hoc est in curribus uiuāt. Ptolomæus Bodinos. Thusagetæ uero etiam Thyrsagetæ dicuntur: Valerius Flaccus: Non ego sanguineis gestantem tympana bellis Thyrsageten. a Thyrso dictum/quoniam Bacchus eos inquit ex oriente uictor credat

Universidad de Deusto
Biblioteca

gelida liquisse sub arcto.

Ex capite.xiii.

IN CARCINITIS SINV CEPHALONES. Scribendum puto Cephalonneſos ex Ptolomæo. Ammianus/In marginibus inqt Boryſthenis Boryſthenes ciuitas eſt & Cephalõneſos & aræ Alexandro auguſtoq; ſacratæ.

Ex eodem.xiii.

AMALCHIVM EVM NECATEVS. Legendum Hecatæus ex Solino. Item VLTRA DEINDE CRENIVM. Scribe Croniũ ex Solino & Dionyſio poeta & Plinio inferius: ab argumento frigoris cui ſydus ſaturni præeſt in Oceanũ illum & amnis Chronus influit poſt Viſtulam auctore Ptolomæo Ammianoq;. Apollonius quidem poeta eſt ubi Chronium mare appellet per.ch. ſed ut Ionici ſinũ intimũ intelligat ab inſula cui nomen eſt Chronia.

Ex eodem.xiii.

FANEFIORVM. Vetuſti codices Faneſiorum/itemq; Solinus. At Pomponius uocat eos aliter/niſi corrupta ſunt exemplaria: Equinis inquit pedibus Hippopodas & Satmalos qbus magnæ aures & ad ambiendũ corpus omne patulæ nudis/alioqui ꝑ ueſte ſunt. Eos græci quoniam auribus pro ſtrato quoq; cum dormiunt utantur conteganturq; toti ἑρωτοκοίτους uocant/Strabo auctor: quanq̃ in India quoq; reddunt eos aliq inter quos &.vii.li.Plinius.

Ex eodem.xiii.

AD VISVLAM VSQVE FLVVIVM A SARMATIS BENEDIS. Lego Ad Viſtulam ex Ptolomæo & Plinio. Item Venedis potius q̃ Benedis ex eodem Ptolomæo: unde ſinus Venedicus In Cornelio quoq; tacito Veneti pro Venedi hoc loco mẽdoſe nominantur. Et infra uerbum HAVSTISVS codice nullo manu ſcripto legitur. ſed loco eius aut Carceis aut Cartris. unde obſecro tanta uarietas? Illud meminerint legentes hodie flumen Viſtulã ab indigenis uocari Viſlam: uti mirum ne ſit ſi & Viſula quãdoq; ſcribitur ab auctoribus. Item BVRCANA FABARIA A NOSTRIS. Strabo Burchanin a Germanico druſo obſidiõe captam

Ex eodem.xiii.

GLESSARIA A SVCCINO MILITIAE APPELLATA A BARBARIS AVSTERANIA. Plinius ultimo uolumine Auſtrania. unam inquit inſularum a noſtris ob id Gleſſariam appellatam Germanico Cæſare ibi claſſibus res gerente/Auſtraniam a Barbaris. De Geſſo id eſt Succino unde nomẽ inſulæ/meminit &

Tacitus. Nunc uitrũ ipſum Barbari eius terræ Gleſſum Glaſſũue appellant.

Ex capite.xiiii.

SANE CIRCA EXCESSVM EIVS SVBACTIS. Scribendũ Subactæ/hoc eſt Rhætiæ. Itẽ HAVD MVLTVM ORA DERIT GRAECORVM OPINIONI ET LONGITVDINI AB AGRIPPA TRADITAE. Scribendum eſt Oræ & lõgitudinis genitiuo caſu/non datiuo.

Ex eodem.xiiii.

INGEVONES. Non muto: ſed Ptolomæus & Solinus Ingriones. Paulo quoq; infra CARINI & VARINNE. Ptolomæꝰ Caritni & Auarinnæ. liberum ſit iudiciũ. Et infra HERMIONES. Ptolomæus Elmeones. Põponius Hermones. Et infra HERMONDVRI. Strabo Eumonduri: ſed Tacitus & Capitolinus cũ Plinio Et infra CHERVSI. Ptolomæus Cheruſici. Tacitus Cheruſci. Strabo adiicit diphthongum primæ hoc modo Chæruſci: ſed Lucanus primam corripit/itemq; Claudianus: Et ingentes albin liquere cheruſci. Et alio loco: Quæq; domant chattos ímanſuetoſq;

Ex eodem.xiiii. ⁂cheruſcas.

IVSTILIA ALVVS. Legendum Viſtula & Albis ex Pomponio Tacito Solino Ammiano/q tamen Viſulã appellat ut uulgo nũc. Dicitur & Albius Straboni aliquando non Albis. Et infra AMISIVS. Straboni Amaſias. Ptolomæo Amaſius: ſed Amiſius Põponio. & infra NVLLA INFERIVS NOBILITATE. lego nulli.

Ex capite.xvi.

QVINQVAGINTA MILIA MILIVM. Lego Minimum/nõ Milium ex Dionyſio qui ait Τὸ βραχύτατον. Item RELIQVARVM MELLA.CXXV.M.CIRCVITV AMPLIOR PRODITVR. Vetus lectio: Reliquarum milia/non Mella. utroq; modo ſenſus nullus. Proinde ſcribendum puto/Reliquarum, nulla cxxv.M.p. amplior circuitu proditur. Strabo quoq; ubi de Hibernia & Albione diſſeruit reliquas circa Britanniã exiguas eſſe dixit

Ex eodem.xvi.

EANDEM HIBERNIAE. Pomponius Iuuenalis & fere uetus oĩs familia Iuuernã tetraſyllabos/nõ Hiberniã. Græci quoq; Ἰουέρνην Strabo Ἰέρνην. Claudianus: Scotoq; cumulos fleuit glacialis iernæ.

Ex eodem.xvi. ⁂quanq̃ & Iberne legiť.

SVNT AVTEM HINC.XL.M.P. ORCADES MODICIS INTER SE DISCRETAE SPACIIS. Vetus lectio/Sunt aũt xl. Orcades & reliqua. Quidam codices non. xl. ſed. xxx. Orcades.

Universidad de Deusto
Biblioteca

Marcianus Capella:Insulæ inquit complures inter quas Orcades xl.pene iunctæ.Pomponius.xxx.sunt inquit Orcades angustis inter se diductæ spaciis.Solinus tres:sed mendosum in eo locũ puto

Ex eodem.xvi.

SEPTEM ACMODE ET.XXX.HAEBVDES.Pomponius septem Hæmodes.nec ullam mentiõem facit Hæbudum/nisi si uitiatus codex est. Solinus/A Calydoniæ inquit promõtorio Thylem petentibus bidui nauigatio est.Inde excipiũt Hæbudes qnq; numero . Et paulo post:Secundam inquit a continenti stationem Orcades præbent/quæ ab Hæbudibus porro sunt septem dierum noctiumq; totidem cursu.Marcianus quoq; græcus auctor itemq; Ptolomæus Hæbudas quinq; tantum haberi tradunt:ut fere uideatur legisse Plinium Solinus ad hunc modum:Inde septem dierũ ac noctium cursu quinq; Hæbudes. In Pomponio autem uerba illa septem/Hæmones forte ꝓ quinq; Hæbudes audierit. nihil ipsi decernimus : sed plerunq; dubitata nobis in medium afferimus: adeoq; nõ reformidamus in hoc præsertim genere coargui:ut grãs quoq; habituri simus iis qui nos ueriora certioraq; docuerint.Caream usu rerum & imperitus æui sim:ne dicam ambitiosus & improbus:si in tanta & tam multiplici rerum cõiectura & indagine collimaturum me semper/nec ulla parte offensurum prolapsurũue pollicear:sicut hercule parum æquus/pudens gratusq; fuerit qui tot milibus monstrorum a me cõfectis/uno aliquo pluribusue aut præteritis aut ignoratis compensatiõe mecum agi nolit/sed ut inceptum & male meritum de re latina cõmercio lrãꝝ interdicat.

Ex eodem.xvi.

MONA MONAPIA RICNEA.Ptolomæus Ricina. Idem non Monapiam/sed Monœdam & Epidium.quia tamen in Hibernia oppidum est Monapia/ut Ptolomæus quoq; affirmat:fieri potest ut inde sit impositum nomen insulæ.De Mona sæpe tacitus & secundo libro Plinius:Mona inquit distat a Camalduno Britanniæ oppido circiter ducentis milibus . Camulodunũ id uocat Ptolomæus/non Camaldunũ. Et infra VECTIS SILIMNVS ANDROS.Ptolomæus Vectis Limnus Edros . Et infra SIAMBIS. Vetus lectio Samnis.Ptolomæus Sounnos.Et infra mox AXANTOS.Antoninus in itinere Axantis.Et infra TYLE. Scribendũ Thyle:nã Claudianus quãdoq; ut græci Thulem.& infra MITTERIM.Legendum forte Cattiterim:quoniam sequitur/in qua candidum inquit plumbum proueniat qd græce Cattiteros dicit.

Plinius libro quarto & trigesimo:Preciosissimũ inquit candidum fabulose narratũ in insulas Atlantici maris peti utilibus nauigiis circũsutis corio:Nam & in Indico Oceano Cattitira uocat insula Dionysio ac Stephano unde plumbũ candidũ effodit. Infra quoq; Plinius hoc uolumine:Ex aduerso inqt Celtiberiæ cõplures sũt insulæ Cassiterides dictæ a græcis a fertilitate plũbi. Has & Strabo & Ptolomæus cõtra Celticũ ꝓmontoriũ/siue qd idẽ est Neriũ Artabroꝝ gẽtis cõstituũt.Eustathius cõtra sacrũ Hesperidasq; a Dionysio poeta dici putat.magno errore : αὐτάρ ἐπἄκρηι τῆσι ἠὼ ἐμέμουσι κάρηἔμμεμαι ἐυρωπείης μήσους ὅθι περίδασ ὄοι κασσιτέροιο

Ex capite.xvii. Ligemélh.

CERSIACVS.Scribo Gesoriacus/ex Mela Ptolomæo Plinio.Hic locus modo in urbem conuersus illã uidet multis/quam Brugis uocamus/nouem.M.p.a mari portu eius nobili quem Clusias appellant.in eo naues sexcentas uidimus eodẽ tpe.Itẽ supra TEXãDRI.Ammianus Toxiandri:Francos inquit petit quos cõsuetudo Salatios appellauit:ausos olim in Romano solo apud Toxandriam locum habitacula sibi figere.Infra NERVII . Ptolomæus Nerusii.Placet & Neruii ex Cæsare Strabone cæteris.

Ex eodem.xvii.

VEROMANDVI.Ptolomæus Romandui:sed Cæsar tamẽ & Antoninus Veromandui. Vetus lectio fere Neromandui.oꝺoq; hinc quidã sentiũt ꝓfectos olim Normandos esse . Itẽ infra SVESSIONES.Ptolomæus & Strabo Vessiones.ꝯ Cæsar Suessiones/itẽq; aliqbus locis Strabo Antoninusq; uti dubitandũ ne sit . Itẽ VLMANETES. Ptolomæus Vbanectes:Nã est ubi & Vlmanectes in Plinianis codicibus scriptũ inuenias. Antoninus Vlbanectes. Item FRISI AVONES.Ptolomæus iunctim Frisiabones : Item Plinius superius:etiã si Frisios esse populos non me latet.

Ex eodem.xvii.

RHENI FOEDERATI.lego Rhemi ex uetustis codicibus & Ptolomæo/itẽ Strabone.hodie quoq; sunt/unde preciosissimũ telæ genus Rhemẽse:cõicata aliis quoq; Galliaꝝ populis textrini gloria. Nã qui mõ Rhẽnenses uulgo nominant/Rhedones a Plinio uocati Rhiedones a Ptolomæo in Lugdunensi habent : suis ad hoc æui legibus a cæteris Gallis diuisi.sed ad fœminã trãseunte imperio/in ditionem Regis Galliaꝝ uenerũt hoc ipso anno . Et infra: RAVRACI & RAVRIACA. Ptolomæus qdẽ Raurici & Rauxica. Itẽ supra Plinius hoc libro:Ex aduerso inqt Raurici Galliæ

Universidad de Deusto
Biblioteca

oppidi.Cæſar tamen Rauracũ uocauit/& municipes eius Rauracos/itẽq; Ammianus Antoninuſq;. Ex eodem.xvii.

INCVBI.Legendũ Hinc Vbii/ex Cæſare Ptolomæo Tacito. In hodiernum quoq; diem uiculus contra Coloniã Agrippinẽſem ultra Rhenũ Vbius cognominat'. uidimus ipſi locũ & uocabulũ agnouimus.Strabo Vibios appellat:Trãs Rhenũ inqt habitauere Vibii:ſed eos Agrippa uoluntarios in citeriorẽ ripam tranſtulit.hoc ipſum Tacitus. Et infra BVTANI. Vetus lectio Ptolomæus & ſupra Plinius & poetæ græci iuxta latiniq; Batauos.

Ex capite.xviii.

OSSISINOS.Lego hic & in Cæſare uel Oſiſmios ex Põponio Ptolomæo item Strabone:in quo tamẽ Siſmios deprauate. uel quẽad modũ Antonini codex Oſſiſmos. Et infra INDVCASSES BODICASSES.Ptolomæus Viducaſſes & Vadicaſſes:nã & quos hoc loco DIABLINDOs legimus/in Ptolomæo Diablitæ nõiant'.Diablintũ urbẽ Antoninus. Et infra VENELLI CARIOSVELITES.Cæſar Vnellos & Curioſolitas. Ptolomæus tamẽ Venellos.

Ex eodem.xviii.

SECVSII & LVGDVNũ. Nõ reprehendo/ſed moneo:Secuſanos uocari & Lugudunũ in monumẽtis quæ nũc in locis iis extãt:ut illo:Corneliæ Saloninæ Aug.cõiugi Imp.Cæſ.P.Licini Gallieni P.F.inuicti Aug.ordo ſplendidiſſimus Secuſanorũ.Item illo:Tib. Claudi Amandi.IIIIl.uiri Aug.ccc.Lugud.patrono ſanctiſſimo Claudius peregrinus & primigenius liberti heredes.P.C. In Cæ-

Ex capite.xix. ſare Secuſianos legimus.

BITVRIGES LIBERI SEXIGNANI COGNOMINE VBISCI.codices antiq nõ habẽt Sexignani.Ptolomæus quoq; itẽ Strabo:Bituriges inqunt cognõie Vbiſci.Siue ut in aliqbus ſcriptũ eſt Vibiſci & interim Ebuſci.Et infra COCOSSATES & Cæſar Cocoſſates.Ptolomæus tamen Coſſates & Coſſiũ.& uetus lectio Occoſſates.Et infra AVSCI ELVSATEs.Cæſar Auſti Fluſſates:ut in alterutro ſit uitiũ.quanq; Auſci Aquitaniæ celeberrimi etiã Põponio Ptolomæoq; dicunt'. Itẽq; urbs Auſcia in Antonini codice perq; uetuſto Aquitaniæ parte quæ Nouempopulonia dicat'.Idẽ auctor & Eluſaticũ oppidũ Aqtaniæ cõmemorat.Ammianus/Nouẽpopulos inqt Auſci cõmendãt & Eluſatæ. Et infra AGESINNaTEs.Ptolomæus Agẽnates.Antoninus Agẽnenſes ab Agẽno urbe

Ex eodem.xix.

OSQVIDATES MONTANI. Et paulo poſt: OSSIDATES CAMPESTRES.Legendũ utroq; loco uel Oſſidates uel Oſqui-

dates quippe q ſolis cognoibus montanoꝝ & cãpeſtriũ diſtingui

Ex capite.xx. Luideant'.

VASTONVM SALTVS.Legũt Vaſconũ/cũ ex.Cl.Ptolomæo: tum q; ita nominantur hodie.Item AOLARSO.Plinius Olarſo ſuperiore libro: Citerioris inquit Hiſpaniæ latitudo a Taracone ad littus Olarſonis. Ptolomæus Oeaſonem/ſed uitium in codice. Et infra VASDVLOꝝ.Ptolomæus & Plinius & Põponius Var-

Ex eodem.xx. dulorũ.

MENOSTA.Ptolomæus & uetus lectio Menoſca. Et infra:ORIGENI.Ptolomæus Origeui:nam & Pomponius Aurigeui.Antoninus Originos: A Braca inqt auguſta ad Originas aquas.p.M. xxxix.Item VECa & PISICI.Ptolomæus Velica & Peſici:quanq; de Velica nõ approbo:q; apud eũndem Ptolomæum in Hiſpania quatuor habent' oppida his nominibus:Veca/Velica/Veluca/Velia:ut prima ſit Gallecorum:ſecũda Cantabrorũ:tertia Areuacorũ: quæ & Voluca dĩ ab Antonino:quarta Cariſtiorũ inter Pirenæos montes & Hiberum.Et infra ARROTEBE.Lego Arrotrebæ/auctor Plinius non multo poſt. Item Strabo ἀροτρέβαι.Infra quoq;: A FLVMINE NAVIA ALBIONES. Ptolomæus A flumine Nauilubione/ut una ſit dictio. Antoninus quidem Nauiæ pontẽ nominat itinere quo a Braccara auguſta petit' Aſturica. Sed Ptolomæus & Nauiam & Nauilubionem quaſi duos amnes facit.

Ex eodem.xx.

TAMARCI. Pomponius Tamarici:Super inquit Tamarici Neriiq;.Ptolomæus Camaricam eiuſdem gentis oppidum/niſi corruptum nomen pro Tamarica eſt:quãdoquidem Plinius trigeſimo primo libro ait in Cãtabria fõtes Tamaricæ in augurio habent'.

Ex eodem.xx.

TRESARAE.Lego per Diaſtolen:ſequitur enim Auguſto dicatæ. Idẽ monſtrat Põponius.& infra PRESTAMARTII.Põponius & lectio antiqua Preſamarci.Et ĩfra TOPORIO. Ptolomæus & uetuſti codices Cæpori.Et infra GRONI.Ptolomæus Gruii. ſcribo tamen & hic & in Ptolomæo Gronii/ex Põponio & Silio correpta prima.Item LEVNI.Ptolomæus Læbuni. De his & tertio libro dixi/ubi ſcriptum erat Leuanios pro Lebunos.

Ex capite.xxi.

VAGIA.Ptolomæus Vaca:& codices antiq Vaga. Strabo οὐακκαῖοι. unde Vaccæi populi Plinio Straboni cæteris. Item EVMENIũ. Ptolomæus Aeminium/itemq; infra Plinius.

Ex eodem.xxi.

COLIPPO EVBVRO BRITIū. Ptolomæus Olisippo & Britoleū.uetus lectio nō Euburo sed Eburo. De Olisippone dixi/nō qa mutandū plane sentiā:sed ut moneā diuersa hoc loco tradere Ptolomæū & Pliniū de Vlyxipponēsi ꝓmōtorio.si modo illud est qđ Barbariū a Ptolomæo dicit/inter Olisipponē & Salaciā. nā Plinius sequēti capite Vlyxipponē siue qđ idē est Olisipponē & Salacią intra ꝓmontoriū Vlyxipponēse collocauit. Ptolomæus ut præ dixi/mediū inter Salaciā & Olisipponē constituit:Nisi qs Olisippones duas more gētis oppida geminandi arq; adeo multiplicādi fuisse dicat:ut qđ hic Colippo dr̄/Olisippo scribēdū sit. Altera uidelicet q̄ Olisippo siue Vlyxippo illa equaꝝ conceptu celebris sequēti cap.dicēda. Torsit hoc me diu/sed illud magis qđ sequitur.

Ex eodem.xxi.

EXCVRRIT inqt LVSITANIA IN ALIVD VASTO COr NV PROMONTORIū QVOD ALII ARTABRū APPELLAVERE.ALII MAGNū.MVLTI VLYSSIPPONēSE AB OPPIDO:TERRAS MARIA COELū DISTERMINANS ILLO FINITVR HISPANIAE LATVS ET A CIRCVITV EIVS INCIPIT FRONS SEPTENTRIONIs.Hæc Plinius.Miror uero quāobrem ꝓmontoriū hoc disterminare maria cœlū dixerit & Hispaniæ latus finire/initiūq; frontis esse in septentrionē cōuersæ.Cū oia hæc uideanť mihi Strabonē & Ptolomæū spectāti cōuenire ꝓmontorio qđ Celticū uocať a Plinio & Pōponio:Ierna & Neriū a Strabone Ptolomæoq; ubi Artabroꝝ gentē constituūt:ob idq; Artabrū quoq; uocāt:longissime ab hoc Vlyxipponēsi positū septentrionē uersus.De hoc ꝓmontorio apud Strabonem frequēs mentio:sed illa maxime ad id quod agimus apposita est:ubi tertio libro dicit:Post Minium amnē ultimi colunt inquit Artabri circa promontorium quod appellatur Neriū/ubi lateris Hispaniæ occidētalis & septētrionalis terminus atq; limes est/Celtici circa populi sunt & reliqua.Ipsum uero Vlyxipponense ꝓmontoriū eodē mō quo Ptolomæus Barbariū appellat:Post sacrū inqt ꝓmōtoriū aliud/occurrit Barbariū cognoiatū: ab eo Tagi fauces &c̄.Magnæ auctoritatis Plinius:magnæ Strabo Ptolomæusq;:Sed ut nō reprehēdo/ita nec accedo.His quæ dicta sūt adde Pōponiū:hactenus inqt ad occidentē uersa littora:deinde ad septētriones toto latere terra cōuertiť a Celtico ꝓmōtorio ad Scythicū usq; ꝓpetua eius ora:In ea inqt primū Artabri sūt &c̄.

Ex capite.xxii.

ABEST AEMINIVS QVEM ALIBI QVIDAm INTELLIGVNT ET LINEAM VOCANT. Lego Limæam/non Lineā/ex Strabone.Plinius quoq; Limæā infra ut Limiā supra/itēq; Antoninus.Sed & Pōponius Limiā & Balion.Strabo non Balion sed Belionē καὶ μετὰ τούτους ὁ τῆς λιθησσοῦς Τιμεσ̀ λιλαῖαν οἰδὲ Βελίωμα καλοῦσι.nā Minius ut Trogo placet a Rubrica cuius ferax est ea pars Hispaniæ uocabulū inuenit:aliusq; ab Aeminio est/ut

Ex eodem.xxii. Ihic ostendiť.

CENEVS. Lege Cuneus ex Pōponio/item Straboneia quo Sphenuocatur.est autem σφὴν apud Græcos idem quod Cuneus. Cæterum Aelianus parum distincte:Sacrum inquit promontorium a Græcis Sphen/a Romanis Cuneus appellatur. Et infra OSSONOBIA.Lego Ossonoba/Pomponius & reliqui.

Ex eodem.xxii.

AB EPHORO ET PHYLLIDE ERITHEA.Scribo Philistide:idq; index ipse comprobat.aut Pherecyde:Strabo ἐρυθείαν δὲ τὰ γράμματα λέγειν ἔοικεν ὁ φερεκύδης. Sed & per.y.Erythiam scribendū.Callimachus κλειτὰς ἐρυθείας Ταρτησσοῦ ποταμοῦ παρὰ πάγας Et Pomponius Mela Erythiam nominat/alterā tamen & procul a Gadibus/quam a Geryone habitatam credat in Lusitania.Dionysius quoq; idem sentit in carmine.Idem & Ptolomæus.

Ex eodem.xxii.

EMIENSES ARANDITANI TAXABRITENSES.& infra COLARNICI BILITANI. Quoniam & hic more suo per elementa populos digerit/dubium non est uerbum Emienses ab.a. non ab.e.littera incipere:ut scribatur Ammienses ab Ammia ciuitate.cuius mentionem Ptolomæus hoc situ facit proxime Colarnum.Ad eundem modum in uerbo Taxabritenses erratum uideri potest.Item in uerbo Colarnici Bilitani/pro Colarni Cibilitani. Item non Aranditani/sed Aranitani potius ex ueteri lectione & Antonini Cæsaris itinere/qui Arannos in eo situ appellat.In monumento quoq; marmoreo ita scriptum est:Municipia prouinciæ Lusitaniæ quæ stipe conlata opus pontis fecerunt Iceditani Lancienses Oppidani Colarni Lancienses Transcudani Arani Madrubricenses Artabricenses Bauienses Pæsures.Ita illud quoq; uerbū in Plinio MEDVBRIGENSES hoc ipso capite scribendum est Madrubricenses. Error idem in uerbo BOCCORI:Item in uerbo LANCIENSES:nisi qs legat/qui & Boccori. Item qui Lanci-

Universidad de Deusto
Biblioteca

enſes:ut diſtinguant' ab Ocelenſibus qui Duri cognominant' ab Antonino. Verbū quoq; ſupius Latienſes per.t.uetus lectio:per.c. ab urbe Lacia Tago appoſita:cuius mentionē cū in Bæticæ/tū in citerioris relatione fecimus/ex Strabone Ptolomæoq; Laciā Oppidanā uocāte:quā Ellogium qđ mox prætexui ſignificat illis uerbis:Lancienſes oppidani.ex quo liquet non tā Laciā ueteribus appellatā fuiſſe q̄ Lanciā.Cū ergo in Luſitania Lanciēſes populi tribus cognoibus legant'/ut prædixi:mirū nō eſt ſi hac parte utroq; loco Lancienſes ſcribendum exiſtimamus. Pæſures uero ſunt qui priore capite Pæſuri a Plinio dicuntur.

Ex eodem.xxii.

POTINVSAM A PVTEIS. Scribo Cotinuſam apud eos:nā & uetuſti codices habēt nō A puteis/ſed Apud eos.& Cotinuſam Dionyſius poeta & eius interpres Euſtathius ab Oleaſtri copia καὶ τὴν μὲν μαετῆρες ἐπιπροτέρων ἀμφοτέρων κληρωμένην κοτινοῦσαν ἐφιμίξαντο γάλειρα. quanq̄ me non præterit celebrari & Puteū in Herculis phano Gadibus Polybio Straboni Plinio.Cōtrouerſum huic in Plauto quoq; mendum eſt:dicente in penulo:Ego iam detrudam ad molas:inde porro apud eum atq; robuſtum codicem: Ego faxo hoſpitiū hoc leuiter laudabitis. Scribendū.n.nō apd cū

Ex eodem.xxii. Ⱡſed ad puteū.

POENICA DIRRVTA. Lego Pœni Gadiruta/ex Pōponio & Solino:qui tamē Gadir nō Gadiruta ſcripſit/ut totus locus ſic habeat.Noſtri Tarteron appellāt Gadirutā Pœni:Gadiruta Punica lingua ſeptem ſignificāte.Nec enim SEPTEM ſed Sepem id eſt Septum habent oēs uetuſti codices.Euſtathius hoc nomē Gadira ſignificare anguſtias ceruicemq; tradit:quaſi γῆσ θειρας

CASTIGATIONES PLINIANAE HERMOLAI BARBARI AQVILEIEN.P.EX LIBRO QVINTO.

Ex Capite Primo.

PPIDA FVERE LISSA COTTE.Strabo Linx & Cotes per ſimplex.t.plurali numero producta prima. Sequitur & Ptolomæus.Eratoſthenes Lixum.Alexāder ut Stephanus tradit Lixam. Artemidorus Linxo ut Calipſo Dido & ſimilia. Cæterum confundunt:nam Liſſa oppidum quidem fuit Exoliſſa ut coniicio uocatum a Ptolomæo extra Herculis columnas quidem/ſed in freto adhuc ipſo. Lixa uero/ſiue quod idem eſt Lixus atq; Lixum/itemq; Lixo atq; Linx (omnia enim hæc habet nomina propter amnem Lixum) colonia a Claudio Cæſare deducta/ut inqt paulo poſt Plinius/& Pomponius in calce operis/itemq; Marcianus/ultra fretum eſt in ora Oceani/quo loco & amnis Lix id eſt Lixus a Ptolomæo conſtitutus eſt. Antoninus quoq;/Lix inquit colonia diſtat a Zili.xxx. M.p.Quæ menſura fere cum Pliniana congruit.nam uerbū Zubil mendoſe legitur pro Zili/ut mox liquebit. Miror uero eſſe qui ætate noſtra ſcripſerunt Lixum eandem quibuſdam uideri cū Tingi:qđ nemo ueterum nō dico tradidit/ſed ne cogitauit quidē.

Ex eodem primo.

ZVBIL.Vetus lectio Zulil.Ptolomæus Zelie.Strabo Zelis.Antoninus Zilis. Ideo autem corruptus ab imperitis locus uidetur: quoniam euripus & anguſtiæ illæ ad Herculis colūnas uoce nautica dicantur fretum Zubil terræ. Item ALIQVANTO EXCELSIORES.Legendum Excelſiore/hoc eſt ipſo tractu.Solinus Illud inquit magis mirum q; ſolum inferiore licet libra depreſſius nunq̄ tamen acceſſus freti ſuperlabitur. hoc & Strabo affirmat a quibuſdam credi.

Ex eodem primo.

AMNIS SVBVBVS.Ex Ptolomæo Subur.Paulo quoq; infra Plinius Sububam.Item AVTOLOLVM.Veteres fere Autolalum ex Ptolomæo maxime:quanq̄ & Autololes ſcribuntur. nam in Solino corrupte ut pleraq; Rutulorum pro Autolalum:ſicut in Lucani quarto Audololes numidæq; uagi/pro Autolales. Item FLVMINA SVBVBAM ET SALI. Lego Subur & Salam ex Plinio ſuperius Solino Ptolomæo uetuſtis codicibus.Et infra ſtatim PORTVM RVTVBIS.Ptolomæus Ruſibis. Nihil muto/ſed collido.Et infra RISARDIR. Vetus lectio Riſadir:quod quidē ex Antonino & Ptolomæo fere colligit' a mōte Riſadiro mari Atlantico.

Ex eodem primo.

GAETVLOS AVTOTELES FLVMEN COSENVM.Lego Gætulos Autolales:unde purpura Gætulica li.vi.&.ix.Sūt & Automolæ in Aphrica Aethiopes Artemidoro Pōponio Herodoto/q; ab his diuerſi. Verbum autem Coſenum/uetus lectio Veſunum aut Veſenum. alias & ſequenti capite pars Autolalum Veſuni. Ptolomæus tamen Cuſam amnē prope Ruſibin portū collocat & utiq; poſt Salam fluuium & alio plane loco q̄ Plinius.

Universidad de Deusto
Biblioteca

Ex eodem cap.primo.

PERORQS ET PORVSIOS.Ptolomæus Perorſos.Strabo Dionyſius Artemidorus Pharuſios:Interim & Phauruſios/unde natum ut quandoq; lectitemus Phoruſios:& quod ſequens eſt Poruſios.Multo deterius q Charuſios.Item OEONOCHEMA.Legẽdum Theon Ochema ex Ptolomæo Pomponio Mela Plinio uolumine ſecundo prope calcem/ut ea uox deorum montem ſeu uehiculum ſignificet.

Ex eodem primo.

CEDRO.Legendum Citro ex uetuſtis codicibus & Plinio Lucano Martiale cæteris:ut nemo ignoret Citreas menſas ebore muniri & ornari cõſueuiſſe.Illud in tranſitu libauerim/apud Dionem/& alii quot ſcriptores græcos Cedrum & poma Cedria pro Citrio & Citriis appellata inueniri. Nec illud omiſerim Citros Atlanticas ex qbus menſæ fierent/alterius omnino generis eſſe q̃ Citros noſtrates/unde mala Medica naſcuntur.hæ folio ſpectantur Arbuti fere aut Lauri/ut ait Plinius/& teſtantur oculi.Atlãticæ ut idẽ auctor eſt Cupreſſo fœminæ ſylueſtri ſũt ſimiles/folio/odore/caudice.

Ex eodem primo.

IN ORA ABSALA.Legendũ Ab Sala/ut duo ſint uerba/ex Ptolomæo Plinio Solino/ita flumen uocãtibus.Et infra ASANAN. Ptolomæus Aſamã.& infra FVVT.Ptolomæus Phthut.Ioſephus ex hiſtoria Iudæorum Phut:unde Phutæi Mauritaniæ inquit populi a Phut Chamæ filio/cuius pater Nœus.ita enim a græcis uocari tradit/quem Hebræi appellant Noe.Et infra DIRIN.Strabo & cæteri per.y.Dyrin.

Ex eodem primo.

PRAETER GRAVITATEM ODORIS.Legẽdum Præterq; grauitatem odoris/hoc eſt non ſolum fronde/ſed odoris etiam grauitate ſimiles Cupreſſis uideri Citros Atlanticas. Plinius tertiodecimo uolumine:Sunt inquit Cupreſſo fœminæ etiamnũ ſylueſtri ſimiles folio odore caudice. Marcianus tamen Capella qui Plinii metaphraſtes eſt in ſitu orbis/locum hunc perperam interpretat̃: Atlas inquit gignit arbores Cupreſſo ſimiles odore tamẽ graues. ut appareat erratum hoc Plinianis codicibus:iam inde a Marciani quoq; tempore inoleuiſſe:Ipſum uero Marcianum cum iis quæ tertiodecimo libro legebant̃ non contuliſſe.Et infra DICTATO Scribendum eſt Dicato ex Pliniana loquendi conſuetudine.

Ex capite Secundo.

AD PAVCAS REDDIT FAMILIAS.Scribendum Rediit aut

Recidit/ex uetuſtis codicibus Straboneq;.Et infra BAMVRAE. Vetus lectio Bannurri . Ptolomæus Banniurri . Et infra MVLTOSQVE VALIDISSINI AVTOLOLES.Legendũ Multoq;. Et infra NESVNI.Antiqua exẽplaria Veſuni:de quo & ſupra quoq; hoc libro dictum.

Ex eodem.ii.

TAMVNDA.Pomponius Tamuada.Ptolomæus Taluda. Vetus lectio Tamuda/quod & placet . Et infra FLVVIVS MALVANA.Ptolomæus & Antoninus Malua.Itẽ SIGA EX ADVERSO MALVANAE IN HISPANIA SITVM. Lego Siga ex aduerſo Malacæ in Hiſpania ſitæ/ex uetuſtis codicibus & Mela Pomponio . De Malaca Hiſpaniæ ignorat nemo . Capella quoq; Marcianus/Siga inquit oppidum e regione Malacam urbem Hiſpaniæ contemplatur.

Ex eodem.ii.

PORTVS MAGNVS HARPACIO APPELLATVS.uetus lectio non Harpacio/ſed A Spacio. Pomponius/Ruſigada inquit & Siga paruæ urbes/& portus cui Magno eſt cognomen ob ſpacium.Ptolomæus quoq; de hoc ipſo:Portus inquit magnus appellatur:nam deorum portus in Strabone ſtadiorum ſexcentorũ amplitudine uidetur alius a Magno. Antoninus diuinos portus diſtare a portu Magno uult.xxxvi.M.p.Itemq; Ptolomæus fere. Et infra AMNIS MVLVCHA . Strabo Molochath. Ptolomæus Molochth:ſed Saluſtius cum Plinio Mulucha.

Ex eodem.ii.

QVIZA CENITANA.uetus lectio Zenitana.fortaſſe Xenitana Erat enim ut inquit hoc loco Plinius peregrinorum oppidum.de Quiza Ptolomæus & Antoninus.Et infra GVNVGII.Ptolomæus Canuggis.Antoninus tamẽ cum Plinio.Et infra OPPIDVM NOVVM ET LATIO DATVM TIPASA. Diſtinguendũ eſt/ita ut nõ unius ſed duarum ſint urbium uocabula/Oppidum nouum & Tipaſa : utiq; ſi Antonino & Ptolomæo credimus/qui poſt Tipaſam occidentem uerſus Oppidoneum(ita enim uocat ipſe)collocauit . Et infra RVSGVNIAE. Vetus lectio & Ptolomæus & Antoninus & Marcianus Ruſconiæ.

Ex eodem.ii.

RVZASVS COLONIA . Ex Ptolomæo Ruſarus . Antoninus quoq; Ruſaris municipium a Saldis colonia diſtat inquit.xxxv. M.p.Et infra SALDE.Stephanus Salgam & oppidũ & amnem:

Universidad de Deusto
Biblioteca

Sed recte Plinius ex Ptolomæo qui Saldam:& Antonino & Marciano qui Saldas plurali numero.

Ex eodem.ii.

QVAE ITEM SVCHA BARITEN TVBI SVBTV.Frequẽs mendis locus:sed ita restituẽdus ex Ptolomæo & Antonino & uetustis fere codicibus. Quæ item Succabar/item Tubusuptus.scio in eadem terra & Suptum quoq; tradi urbem a Ptolomæo.

Ex eodem.ii.

CIVITATES TIRMICI TIGAVE.Ptolomæus Timici pigaue Sed & uetus lectio Timici/nõ Tirmici. Antoninus tñ Tigauc nõ Pigauc. Et supra GIGILI . Ptolomæus & Antoninus & Marcianus & uetus lectio Igilgili . Et infra SARDANA LAVERNA BAR.Lego Sardabala Nabar:partim ex uetustis codicibus/ptim ex Mela Põponio:Sardabale inquit fluuius & Nabar paulo post.

Ex capite.iii.

CVLLVRVS ICHADE.Legendum Cullu Rusicade.Ptolomæus:Colops inquit est quam & Cullu uocant.Solinus Culli Purpurario fuco celebrem . Antoninus Culli municipiũ a Rusicada inquit distat.L.M.p.Scribitq; non per.c.sed per.ch. quod & Ptolomæus facit.Colops tamen per.c.De Rusicada etiam Pomponius. Chullu duplex magnum & paruum iisdem auctoribus.

Ex eodem.iii.

BVLLA REGIA. In Ptolomæo quidem latino fere legitur Bullaria/sed corrupte pro Bulla regia:nã & in græcis codicibus ita scriptum est. Antoninus:Bulla inquit regia distat a Simittu colonia septẽ.M.p.Marcianus quoq; Cirta inquit & interius Sicca & Bulla regia.Item TACHABRACHA. Legendũ Tabracha ex Strabone Ptolomæo Iuuenale Claudiano Solino Italico. Marcianus: In ora inquit Hippo regius ac Tabracha: Nam Tabathra Polybius & Stephanus : sed diuersum in eadem terra . Item Sabathra inter Syrtes Ptolomæus & Silius:Sabathra tum Tyrium uulgus Sarranaq; leptis.

Ex capite.iiii.

HIPPONEM DIRVTVM.Quid si legas Dilutum/hoc est irriguum:nam & græci Diarrhyton appellant/hoc est aquis circundatum & madentem palustri solo/ut Ptolomæus demonstrat atq; Plinius libro.viiii.item Pomponius. Duos autẽ Hipponas fuisse hanc & Basilicum/id est Regium/ex Plinio Pomponio Antonino Ptolomæoq; colligitur . De Regio Silius:Et uaga & antiquis di-

lectus regibus Hippo.ab Equitio nomen urbi datum uidetur:nã & stabuli deam Appuleius Hipponem uocari tradit libro metamorphoseos tertio.etiam si Heppona mendose scriptũ est. Iuuenalis iurat solam Hippo & facies Olida ad præsepia pictas.Ita enim lego non ut hactenus factum est Hippona:ne delumbet uersus: nam ut Dido & Manto/pro Didonem & Mantonem.ita pro Hippone Hippo accusãdi casu dicimus:in hoc quod incidebat:diuer-

Ex eodem.iiii. Ltisse inuidia ne sit.

MISVA.Ptolomæus Nisua.Stephanus in Aphrica urbem Nysas: ut Athenas Thebas & cætera eiusmodi.Sed ut Misuam tamen defendas & Marcianus facit & Antoninus q air:A Misua inqt Carpos.ccc.stadia.Et infra CLVPEA.Lucanus quarto Clipeam . Itẽ Strabo Antoninusq;:hæc a græcis uocatur Aspis. Silius:In clipei speciem curuatis turribus aspis.Plinius tamen & hic & ubiq; Clupeam.sed & Mela & in rebus a Cæsare gestis Hircius:siue quoniã ut notum omnibus/magna inter.I.&.V.affinitas est.siue q; Clipeus a græco uerbo ductum cælaturã significãte/ut Plinio fere placet/per.y.scribendum uidetur . Ptolomæus Clypeam & Aspidem quasi duas urbes facit:nisi quod uereor/in exemplari uitium est: cũ Strabonẽ legere potuerit dicẽtem:Cosura insula est ante Aspidem sita Cartaginẽsem urbẽ/quam Clypeam inquit uocant.

Ex eodem.iiii.

CVRVBISNE APOLLINIS.Legendum ex antiquis exemplaribus Herodoto Strabone Ptolomæo Antonino Marciano Curubis Neapolis : quanq; Herodotus insulã circa hæc Aphricæ loca:quæ Byzacii tenent/Cyrabim uocauit:a qua urbi fortasse nomen inditum Curubis.Et infra BYZANTIVM.Strabo Byzacium:unde Byzacænus ager apud Solinũ.Ptolomæ⁹ quoq; regionẽ Byzacitin Stephanus Byssacitas & Byssacænos:unde Byssacæna quoq; uulgo uestis & regio Byssacia. Sunt tamen inquit qui Byzantium & Byzantas populos eos dicant.Herodotus p.g.Gyzantas.corruptã in eo lectionem inquit putarem:nisi Herodianus quoq; ita nominasset . Polybius Byssatida circa Syrtes duum.M.stad. hoc est ut Plinius ait.ccl.M.p.circuitu. Idem auctor libro decimooctauo ut pote inquit cum e modio si sit aptũ solũ/quale in Byzãtio Aphricæ campo centeni quinquageni modii reddant.Item decimoseptimo: In Aphricæ inquit Byzantio illum centena & quinquagena fruge fertilem campum.etiã si centesima hic tantum dicat. Marcianus:Qui Byzantium inquit incolunt in Aphrica messes cente-

Universidad de Deusto
Biblioteca

simo incremento fœnerantur. Eustathius & Antoninus quoq; Byzantium. Libyphœnices uero quos Plinius hoc loco citat sunt auctore Liuio mixtum Punicum Aphris genus.

Ex eodem.iiii.

THENA AVESINACON MADESTA CHAPE. Legendum Thenæ Macomades Tacape Antoninus: A Macomadibus inquit Thenas.xvii.M.p. Sunt & ad Syrtin alteram Macomades eodem auctore/itemq; Ptolomæo: qui circa paruã Syrtin oppida illa tria nominat hoc ordine: Thenæ/Macomeda/Tacapa. Plinius Marcianus & Antoninus omnia ea plurali numero. De Tacapis & eius agri feracitate sextodecimo item octauodecimo uolumine. Verbũ autem illud Aues/quod inter Thenas & Macomades positum est nisi Auses legatur ex quarto Herodoti populũ in Aphrica sic uocantis: haud scio quidnam loco eius substituendum sit.

Ex eodem.iiii.

OENSIS. Põponius Ozensis. uetusti codices Occensis. Antoninus Oceam coloniã. Ptolomæus Eoam urbem. Ipse arbitror Oeam & Oeenses scribendum & hic & inferius/itemq; apud Solinum. Silius/Oeaq; trinacrios aphris permixta colonos. Marcianus/In deflexu inquit ciuitas Oeensis: per.œ.diphthõgum: nam per.æ.urbs est Colchica: unde Circen Aeæam cognominant. Appuleius/At tu inquit scis me tris eadem die seruos Oeæ manumisisse. de qua urbe intelligat/& quemadmodum in eo scribendum sit Aea an Oea facile dideris in defensione ad Claudium maximũ Procõsulem. Apud Oeenses Aesculapium coli solitum/idem Appuleius auctor est. eum enim deum ubiq; celebrabãt: ut in deo Socratis edisserit.

Ex eodem.iiii.

CYNIPHOS FLVVIVS. Lego Cynips ex codicibus uetustis Ptolomæoq;. Pomponius/Vltra inquit est Oea oppidũ & Cynips fluuius. Herodotus Cynips inquit amnis e colle qui Gratiarum dicitur in mare per Macas influit. Vnde Silius/Cyniphiũq; Macem. Et alio loco/Cyniphii didicere Macæ squallentia barba Ora uiris humeroſq; legũt uelamine capri Setigero. Vergilius/Cyniphii tõdent hirci. Sed & Claudianus & poetæ cæteri.

Ex eodem.iiii.

NEAPOLIS TAPHRA HABROTONVM LEPTIS ALTERA QVAE COGNOMINATVR MAGNA. Strabo Abrotonũ quæ Leptis inqt cognominat: ut uideri possit Leptin hoc loco non aliam esse q̃ Abrotonum. Ephorus Abrotonum cum

Neapoli eandem esse prodidit. Ptolomæus & Eustathius Neapolin a Lepti magna nihil distingunt. Solinus/Oppida inquit Tripolis Taphra Abrotonũ Leptis altera quæ cognominat Magna. Achæi Tripolin inquit lingua sua signant de trium urbiũ numero/Taphræ/Abrotoni/Leptis magnæ: uti mirum ne sit alios aliter ciuitates eas uocasse/quæ in unum quasi corpus nomenq; coierint Ob id Tripolis Aphricana dicitur in hodiernum quoq;. Additur Aphricana/ut a Tripoli Syriaca in Phœnice differat: quam Tyrii Sidonii Aradiiq;/ut post dicemus/obtinent. Ipsam porro Taphrã Ptolomæus Taphruram. Pomponius tamẽ/Abrotonũ/Taphræ/Neapolis/ad Syrtin inquit adiacent. Et paulo infra/Tum Leptis inquit altera & Syrtis nomine atq; ingenio par priori.

Ex eodem.iiii.

BVRION APPELLATVR. Legendum Borion/hoc est Aquilonium/Strabo Pomponius Ptolomæus Antoninus Solinus. Item ABSVRITANVm. Ptolomæus & Antoninus Assuritanũ. ABVTVCENSE. Ptolomæus Abittacense. CHIMANENSE. Ptolomæus Chilmanense. RHIMITVENSE: Antoninus Simittuẽse ab Simittu colonia septem.M.p.a Bulla regia. Ptolomæus quoq; Simisthu ꝑ Simittu eodẽ situ. habẽt & uetusti codices fere Simi-

Ex eodem.iiii. Ituense.

THVNVSIDIENSE. Ptolomæus a Thunusda Thunusdense. Item TVBVRBIENSE. Vetus lectio & Ptolomæus Tuburnicense/a colonia Tuburnica: nam de Tuburbi dictum est superius Tuburbi uero duplex erat/ut Antonino placet/Maius & Minus. Meminit & Ptolomæus. Fuit & Tuburſica. Et infra TYBIDRVMENSE TIBIGENSe. Ptolomæus a Tynidrumo & Tieba Tynidrumense Tiebicense. Et infra: ACHARITANVM AVINẽSE. Ptolomæus Aparitanũ & Auittẽse. habet inqt & Auidense.

Ex eodem.iiii.

ABZIRITANVM MELZITANVM MARERENSE. Ptolomæus Azyritanum Melditanum Madurense. Herodotus quoq; oppidũ in aphrica uocauit Azirin & Aziristum: unde Aziristani siue Aziritani a Cyrenæis conditum e regione insulæ cui nomen Platea. Madurẽse uero id sit unde Appuleius in ipso Gætuliæ ac Numidiæ confinio Romana colonia. nã & uetus lectio Materense habebat pro Madurense: quod postea Madaurẽse dictũ uidet. Item DIRICENSE. Scribendum per.t.non per.d. ratione sæpius dicta. etiam si Ptolomæus Turgense. Et infra THIPHICENSE

Universidad de Deusto
Biblioteca

Ptolomæus Tisicense.Et infra TVNISENSE.Ptolomæus Tinnusense/itēq; uetusti fere codices.SCHOEDENSE. Vetus lectio Theudense.Ptolomæus quoq; Theudali urbē his locis nominat. Alioquin & ab.t.non ab.s.littera incipiat oportet. Et infra TAGASENSE. Antoninus ab oppido Tagasta Tagastense:& q Aurelii Augustini uitā scripsere/Tagastensem eū fuisse memorant.

Ex eodem.iiii.

SIGENSE VLVSVBVRITANVM. Et hic error in uerbo Sigense:quoniam de littera.s.nō differitur hoc loco:sed aut de.t.aut de.u.quod ex præcedentibus aut sequentibus liquere potest. nam Vlusuburitanum Ptolomæus Vliziburanum/& alia his similia: quæ nō tam corrigendi proposito attulimus/q̄ monendi/Barbara locoq; uocabula:nō modo inepta & aspera/sed etiam incloquibilia non semper eodem sono utraq; lingua efferri consueuisse.

Ex eodem.iiii.

VAGIENSE ALIVD SIGENSE ZIANIENSE.Vetus lectio Vagense aliud & Zamense. Verbum autem Sigense uel ab.u.uel ab.z.incipiat necesse est/ut cōstat.De Zamensi Plinius trigesimo primo libro:Zame inquit in Aphrica fons est/ex quo canoras uoces fieri Varro tradit. Meminit & Vitruui⁹/ubi pueros ait ad hoc munus quæri a Regibus/& Calastros appellari. Et infra NATTABVDES.Ptolomæus Natabutæ.MVSVLANI. Ptolomæus & antiqua lectio Musulami. SABARBARES:Ille Saburbures. MASSYLLINI CIVES:Ille Massyli Nisiues. Et infra MVSSINI MARCHVBI.Ptolomæus Misuni Marchubii.

Ex capite.v.

ARSINOE THEVTYRA.Scribēdum Tauchera/ex Ptolomæo Stephano Strabone:Post Berenicen inquit oppidum est Tauchera/quod & Arsinoen appellant.Antoninus quoq; Teuchira.Marcellinus/Arsinoe inquit eademq; Teuchira.

Ex eodem.v.

CATABATHMVM. Quidam Salustium citantes Catabathynū legunt/quia decliuem latitudinem auctor is dixisset:adiiciētes in testimonium & Ptolomæi corruptos in latino codices quasi Catabathmus ἀπὸ τοῦ καταβαίνειν id ipsum non significet.Plinius/Finis inquit Cyrenaicæ Catabathmus oppidū & uallis repente conuexa.Pomponius/Catabathmos inquit uallis deuexa in Aegyptū finit Aphricā.Nēpe aliud est decliuia & deuexa esse loca(id quod Catabathmus ipso nomine præsentat) aliud caua & profunda/id

quod Catabathynos/si usq; legeres/exprimeret.Sed quid in re apta moror:nullus græce aut latine liber est i quo nō Catabathmus scribatur.Plinius/Strabo/Ptolomæus/Pomponius/Diodorus/Eustathius/Stephanus/Dionysius/Marcianus/Antoninus/ Solinus/a me sunt:& tamen si diis placet qui hunc locum uolebant corrūpere/misereri se quorundā inscitiæ testantur:qui ne insignia quidē errata uidere possent.Catabathmos est Ptolomæo/maior & minor.

Ex eodem.v.

APAREDONI REGIONE. legendum A Parætonii regione:nā & pars Aphricæ Parætonios uocatur & ciuitas quam ueteres Hāmoniam dicebant/Alexandriæ ut inquit Stephanus uicina. Strabo Etymum uocabuli huius fere insinuat:quod quidē ipsius uerbis ponam μαρμαρῖται προσχωροῦσιν ἐπὶ πλέον τῆ κυρηναίᾳ καὶ παρατείνουσι μέχρι ἄμμωνος.Ex his quamobrem Parætonium & Hāmonia uocaretur liquet.Meminit & Ptolomæus & infra Plinius Antoninusq; atq; Marcianus.

Ex eodem.v.

HASBYTAE.Veteres fere pronuntiāt Asbystæ ab oppido Asbysta ut Herodotus & Dionysius poeta:item Callimachus οἵη τε Τριτωνος ἀφνειασιν ἀσβύσεω.In Ptolomæo tamē Eustathio ac Silio scriptum est Hasbytæ. Et paulo supra:ACRAVCE LESETIANI Legendum est ex Ptolomæo Stephano uetustis codicibus Ararauceles & iā in ora Syrtis Nasamones. Et infra:LASERI MODO Scribendum ita ut cum sequenti iungas hoc sensu: Fertilem esse tractū eū lasere quo post Nasamonas Hasbystæ ac Macæ uiuant. Solinus/Hasbystæ inqt uiuūt lasere, hoc alunt/hoc illis dulce est.

Ex eodem.v.

VERPHAZANIA.Vetusti codices Versa Phazania/ut sit sensus Ad solitudines Aphricæ super minorem Syrtin dictas uersam esse Phazaniam.sequitur enim protinus/Vbi gētem Phasanioq; subegimus.Et infra GARADAMVM.Solinus & uetus lectio Garamana.Ptolomæus Garama.Et infra DETRIS AFFVSO FONTE.Solinus Debris.lectio antiqua Dedris.Ptolomæus Bedron siue Bediron.Garama inquit Metropolis & Bedron.Ex hac collatione fit ut nomenclaturam Solini fere approbem.De hoc fonte solis post Herodotum non nemo locutus est:quanq; non eodem situ omnes.Ptolomæus etiam multis inde milibus stadiorum orientē septentrionemq; uersus:Nisi quis duos in Libya fontes huiusmodi perhibeat:quod fere Plinius secūdo uolumine significat: Iouis

Universidad de Deusto
Biblioteca

inquit Hāmonis fons interdiu frigidus noctibus feruet. In Troglodytis uero Fons inquit ſolis appellatur dulcis & circa meridiē maxime frigidus mox paulatim tepeſcens ad noctis media feruore & amaritudine infeſtatur. Pomponius confundit fere: In Cyrenaica inquit ſunt Hāmonis oraculum & fons ſolis: hic media inquit nocte feruet mox & paulatim tepeſcens luce frigidus: tunc ut ſol ſurgit: ita frigidior ſubinde per meridiem maxime riget: ſumit deinde tepores iterum & reliqua. Et infra VNIVS OMNIVM CVRRV EXTERNO. Legendum uidetur Vni omniū externo. deinde ſequitur Curru & quiritum iure donato. Plinius libro ſeptimo: Fuit inquit & Balbus Cornelius maior conſul/ſed accuſatus atq; de iure uirgarum in iudicum cōſilium miſſus primus externorum atq; etiam in Oceano genitorum: uſus illo honore quē maiores Latio quoq; negauerūt. Meminit & Solinus ut Ciceronē Strabonemq; præteream. Nam ius Quiritum aliud nō erat q̄ donari ciuitate. Iulius Capitolinus a Balbo inquit Cornelio Theophane originem Balbinus ducens qui per Gn. Pompeium ciuitatem meruerat cum eſſet patriæ ſuæ nobiliſſimus.

Ex eodem.v.

NITERIS NATIONIS DIGEMELLA OPPIDVM. Vetus lectio Niteris natio Nigligemella oppidum. Id ex cōſuetudine loquendi Pliniana ſumi poteſt: ſequitur enim Bubeium natio: Vel oppidum: Enipi natio: Thuben oppidum. In quo notādum illud: q; uerbum VEL nō diſiunctio eſt/ſed nomen oppidi biſyllabum: ut Suel in Hiſpania.

Ex capite.vi.

INTVs APIS. Strabo nō intus/ſed uicus apis. In Ptolomæo quoq; Apis in ora eſt/non intus: etiamſi pleriq; Aſpin corrupte ſcribunt Videtur autem uocatus Apis/quia nobilis religiōe Aegypti locus eſſet. etenim bos Aegyptiis qui numinis uice colitur & Epaphos ut Herodoto placet/& Apis eſt appellatus. Poteſt & legi quemadmodum Marcianus: Inde Apis inquit & reliqua. Et infra: AB EO PARAETONIVM. LXII. M.P. lego. xii. M.p. ex Strabone qui centum fere ſtadiis abeſſe ſcribit Apin a Parætonio. Apud Marcianum error idem: Inde inquit Apis a quo Parætoniū in ſexaginta duobus milibus. Ex Ptolomæo tamen cum unius tantum partis triente diſtent ſtadia centum ſexagintaſex intererunt.

Ex capite.vii.

MENIX. legendū Meninx ex Strabone Solino Ptolomæo cæteris.

In hac inſula poſt Minturnēſes paludes. C. Marius delituit. Et infra THOIAR. Ptolomæus/Meningem inquit ab aphricæ latere: ab altero Gira. Paulo poſt CONTRA LEū CERCINA. Strabo Cōtra a Leuo Cercina/hoc eſt a ſiniſtro Syrtis minoris promōtorio. Pōt & cōtra Leuū/& ſenſus idē manebit. Ex eodem.vii.

LIPADVSa. ſcribēdū Lopaduſa/ut tertio libro diximus: ſiue q̄d idē eſt Lepaduſa/ex Artemidoro Athenæo Ptolomæo reliquis. Strabo deide inqt Thapſus ciuitas/& poſt hāc inſula Lopaduſa. Itē GAVLEEGALATA. Legendū Gaulos & Galata ex Solino Stephano & Plinio ſupius in Siciliæ ſitu. De Galata/cuius terra ſcorpiones enecet/etiā trigeſimiqnti calce diſſerit. Hāc uirtutē & Gaulo quoq; tribuit Solinus. Sit aūt Galata/quā Ptolomæus Calatham uocat/ Aegimuro uicinā/exqrendū eſt: nam Stephanus Calathā colūnis Herculeis propinquū locū exiſtimari tradit ab Hecatæo.

Ex eodem.vii.

CONTRA CARTAGINIS SINVM DVAE E GREMIO AEREAE ARAE. Legi poteſt Aegimuros/nō e gremio. alterius uero nomen inſulæ quod ſit non comperi. Antoninus Aegimurū a Carthagine. cc. xxx. ſtad. quæ menſura parum diſſonat a Liuiana/Decados tertiæ libro. x. Aegimuros inqt. xxx. ferme. M.p. a Carthagine. Meminit & Ptolomæus: etiā ſi ſcriptū eſt perperam Aegimius. Item Strabo/A Sicilia inquit ſunt inſulæ tum aliæ/tum Aegimuros uocata. Stephanus Aegimoros. Sipontinus ob nōis ſi militudinē Caprariā eſſe tradidit: quæ ſit inſidioſa naufragiis/falſo: quoniā illa ut ait Plinius. xii. M.p. a Balearica maiori diſtet: Aegimuros uero a Carthagine. xxx. M. ut docui. Sed is paulo ante uita fūctus/multa dixit præpropere: nec dū opus ſuū extrema lima ſtrinxerat. Pōt & ita legi: Contra Carthaginis ſinū duæ Aegatæ & Tarichiæ. Póponius: Cōtra Carthaginis inquit ſinū Tarichiæ & Egate Romana clade memorabiles. Egatē & Silius & Liuius hoc ſitu collocant. Tarichiæ multis locis oppida uocātur. Quod ſi uerū eſt ut uideť: quāobrē de inſula Aegimuro nuſq̄ loquiť celebri & a nullo auctore prætermiſſa? An libro. iii. in relatiōe Siciliæ ubi Eroneſus ante legebať/& a nobis Hieronneſus ex Polybio Ptolomæoq; ſubſtitutū eſt: ſcribēdū fuit Aegimuros: quoniā in uetuſtis exemplaribus nō Eroneſus ut nūc/ſ; Romiuſos habeť inuerſis forte līs quaſi Aegimuros. Placeret hoc oio niſi Marcianus Capella extaret/q Pliniū fere ad uerbū trāſcripſit eadē qua Solinus ingratitudine mentionis ſuppreſſæ a quo fœneraretur. Eius uerba hæc

Universidad de Deusto
Biblioteca

Cossura:Eronesos:Lopadusa:Aethusa.hoc ipsum Plinius codē ordine ac numero.Cōtra Strabo/Aegimuros inqt nō ꝓcul est a Cossura.Quærat & illud aliqs/nunqd Hiera idē sit qđ Hieronesos eo mari ꝫ diuersas esse cōstat.Hiera est una e.vii.Aeoliis Vulcani dicta Ptolomæo:Therasia quādoq; Plinio inter Italiā & Siciliā.Hieronesos uero ꝓxima Lilybæo/Hiera quoq; id est sacra Ptolomæo appellata:unde Hieronesitæ Stephano.Sed & Iunonis templū habet quidā iisdem locis scopulus eodē auctore Ptolomæo/qui posset Heronesos uideri nominatus/hoc est Iunonis insula.

Ex capite.viii.

PERORRI.Tribus locis hoc libro habet gentis huius mentio:bis primo capite/semel hic.Vetus lectio nunq̄ Peroros/sed perosos:unde fit ut quod & supra monui/Ptolomæū sequi possim scribentem Perorsos.Itē paulo ante LIBYI AEGYPTII. deinde LEVCAE AETHIOPES.Legendū iūctim ex eodē Ptolomæo Marcianoq; Libyægyptii:deinde Leucæthiopes. Itē TARELEOS AETHIOPAS.Vetus lectio diuersa : modo enim Chaldeos/modo Taleros:Ptolomæus Thalæos a Thala mōte ubi fons est eius amnis.

Ex capite.ix.

PHANTVRITEN. In eo uitiū/ꝙ hoc ipso uersu bis ponit:at in exēplaribus uetustis semel.Quid ꝙ Phathniten fortasse nō Phanturiten legendū ex Strabone:Patmititen ex Ammiano Ptolomæo Pomponioq;. Sed nec TINITEN:ueꝝ Thinitin ex Alexādro in Aegyptiaca historia/q uicinā Aegyptiæ Abydo urbem tradit/quæ This dicat:unde ut Stephanus ait Thinitis.Erat & Thonis urbs ad hostiū Nili/a qua Thonitis.Sed & uerbū HERMOTITEn legendū Hermōthiten:est.n.in Aegypto Hermonthis oppidū Ptolomæo Stephano Straboni : a quo & Nomus & Iupiter & Apollo sicut & a Copto iisdē auctoribus nō COPITITEN/ꝫ Coptiten.

Ex eodem.ix.

APHRODIPOLITEN.legendū Aphroditopolitē ab urbe Veneri sacra/ex Ptolomæo Straboneq;.& infra BARBETITEN.Scribendū Pharbæthiten a Pharbætho iisdē auctoribus & Herodoto

Ex eodem.ix. Latq; infra Plinio.

THYETROITEN. Vetus lectio sincera Sethroiten/Strabo Ptolomæus Stephanus/ab urbe Sethroi ꝓducta media. & infra OSIRINTITEN. legēdū Oxyrynchiten ex uetustis codicibus Strabone Ptolomæo cæteris / a pisce quē colunt Oxyryncho nomine. Et infra ATRIBITEN. Hecatæus Atharambiten.Herodianus

Atharrabitē ꝓ duplex.r.nomē oppido Atharrabis: q̄q̄ & Athribis & Athlibis quādoq; legit apd græcos Herodotum Strabonē Ptolomæū.

Ex eodem.ix.

SYNOPOLITEN.Legendū uidet Panopoliten a Pano Aegypti urbe/Plinius Strabo Ptolomæus. Erat & Panos siue Panon circa rubrū mare uicus:unde Panocomitas dicebāt/auctor Stephanus: nā de Cynopolite post aget.& infra SABASTITEN. Strabo & codices uetusti Cabastiten a Cabasia urbe:quā Ptolomæus Cabasam & Cabassiten nomon.

Ex eodem.ix.

LETAPOLITEN.Scribendū Latopoliten a Lato pisce urbi dato noie:de quo & Athenæus & ante ipsum Strabo. siue Letopoliten ab oppido qđ uocabāt Leto ut inqt Ptolomæus/hoc est Latona/de lubro ibi eius stante/ut Alexander inquit . Et infra PROSOBITEN.Legendū Prosopiten ex Strabone Ptolomæo cæteris/a b oppido Aegypti Prosopide:nā Prosopon insula est ait Stephanus nō ꝓcul Carthagine.habet & Prosopis in Aegypto insula quā Herodotus Prosopitin uocat & Natho.Item BRVSOPHITEN. legēdū Busiriten siue Busosiriten:utroq;.n.mō ꝓnuntiat/Strabo Ptolomæus Stephanus.& infra OMPHITEN.Legendū Onuphitē ex Ptolomæo & Stephano.Et infra PTENETHVm PTHEMPHVM.Ptolomæus Phthenutiten & Phthemphu.

Ex eodem.ix.

VERATITEN.Ptolomæus Strabo Stephanus Nitriten siue Nitrioten ab Aegypti loco quē Nitrias uocāt.Et infra MELETITē Ptolomæus Metelitē ab urbe Meteli quæ nūc ut inqt Stephanus Bechis appellat/Alexādriæ ꝓpinqua. Et infra GYMNOPOLITEN.Strabo Gynæcopoliten.est & alia Gynæcopolis auctor Stephanus.Et infra OEASITæ. Ptolomæus Oasitæ/utꝝ rectius/arbitrii ius esto.Stephanus tamē cū Ptolomæo urbem Oasin uocari tradit:& a quibusdam Hyasin:unde Sothericus poeta fuerit.

Ex eodem.ix.

MOERIDIS. legi pōt Myridis ex Herodoto & Plinio inferius hoc ipso libro:nā & Strabo Muridē uocat. Ptolomæus tamē & exēplaria latina fere Mœridē.& infra QVē VOCANt HILIDē. scribēdū Nilidē ex uetustis codicibus & Solino Marcianoq;.Iuba/Nilū inqt a mōte inferioris Mauritaniæ de lacu Nilide oriri significat. Pōponius/In hoꝝ inqt finibus fons est quē Nili esse aliqua credibile est Nuluch ab incolis dicitur & uideri potest nō alio nomine appellatus/sed a Barbaro ore corruptus & reliqua.

Universidad de Deusto
Biblioteca

Ex eodem.ix.

INDE OB ARGVMENTVM HOC CAESAREAE OR-TVS CREDITVR IN HISQVAE NILI ALVEO SPE CTANTVR HOCQVE LACV EDVCANTVr IN HE-SEO DICATVS AB EO SPECTATVR HODIE. Vetusti codices & breuius & castigatius: Inde ob argumentum hoc Cæsa-reæ in Theseo dicatus ab eo spectatur hodie. Fuit autem Cæsarea Iubæ ipsius regia/ut constat ex Plinio. eum Regem studiosissimũ fuisse Græci Latiniq; iuxta prædicant: Ab eo inquit dicatum Nili ortum/hoc est aliqua testatiõe litterarum aut picturæ celebratum in phano Thesei uel Isidis potius: siqs forte Iseũ malit q̃ Theseũ legere. Ita enim Romæ quoq; templum eius numinis uocabant in Circo Flaminio regione urbis noua/ut. P. uictor tradit: ubi & Serapeum fuisse refert. Fluuios autem pingendo effingere con-suetudinis antiquorum fuit/ut suis locis constabit. Iam si ex mon-te inferioris Mauritaniæ originem non procul Oceano habet Ni lus/ut Iuba existimauit/qui fieri potest ut Cæsareæ ortus credatur tanto inde spatio interualloq; distantis & littoralis oppidi? Et in-fra FONTE ILLO QVEM NIGRVM VOCAVERE. Pli nius octauo libro Nigrin scribit/non Nigrum: Apud Hesperios inqt Aethiopas fons est Nigris ut pleriq; existimauere Nili caput.

Ex eodem.ix.

GYRISANTES NOMINATVS. Legendum Siris ut ante no-minatus. In Solino quoq; Tygris pro Siris. nam Vitruuius Dirin Ex monte inquit Atlante Diris ortus peruenit inter Elephantida & Syenen Thebaicosq; in Aegyptum campos/& ibi Nilus inquit appellatur. Idem auctor amnem hunc primo Dirin/postea cum ex lacu Heptagono profluit Agger uocari scribit: ut nisi codex men-dosus est Dyris uocatus sit/quasi ab Atlante ipso qui & Dyris ut demonstratum est appellabatur. Q nod autem Siris hoc loco scri bendum sit/Dionysius Apher ostendit σίρις ὑπάτοις ὤσωμ κικλήσ-κεται. Confirmant id & Stephanus & Eustathius/qui & ad Græ-cam originem (quæ grammaticorum ambitio est) referre id no-men studet/quasi a Sirio: quoniam sub ortum Canis per introitũ Solis in Leonem augeatur: & alia huiusmodi/quæ uolẽs prætereo Sũt enim quædam in hoc genere apud ipsos glossemata/quæ ne-dum taceri/etiam nesciri nullũ eruditionis famæ ue dispendiũ sit.

Ex eodem.ix.

SYENE ITA VOCATVR INSVLA. Vetus lectio Peninsula.

Strabo tamẽ insulã mediterraneæ cognominẽ/in quã plicatilibus nauigiis ipse traiecerit. Et infra QVATVOR PILAE. scribẽdũ Phile/auctores Herodotus Strabo Ptolomæus & naturaliũ quæ-stionũ quarto libro Seneca. unde oĩa hæc fere de Nilo hausit Pli-nius. Itẽ VIGINTI VRBIũ IBI AMASE REGNANTE. Le gendũ Viginti milia urbiũ/ex Herodoto Straboneq;. Pomponius Viginti milia inquit urbiũ Amasi regnante habitarunt. Et infra: LEVCOTHOE. Stephanus Leuconoe.

Ex eodem.ix.

ET ITEꝝ IOVIS ACTENTIRIs. legendũ Et iteꝝ Iouis ac Tẽ-tyris/ut duas urbes intelligamus: Diospolin Ioui sacrã & Tẽtyrin ex Strabone Ptolomæo Stephano. nã & Diospolis id est Iouis op-pidũ in Aegypto geminũ/ut inquit & Strabo/maius & minus. de uno eoꝝ supius mox/nũc de altero. Tentyris uero ut inqt Stepha nus etiã Tentyra uocat' Ptolomæo Alexandroq;. huius incolæ ut post dicet'/tãto sunt Crocodilis terrori/quãto Psylli Marsiq; serpẽ tibus. Et infra ASINOITEN NEMEON. Scribendũ Arsinoi-ten Nomon/ex Strabone Plinio cæteris. Et infra MIRIDIS. Scri bẽdũ aut Myridis ut Herodotus/aut Muridis ut fere Strabo/aut Mœridis ut Ptolomæus & apud nos Põponius. Hoc ipsum discri mẽ & in uerbo Mœsia est/Plinius Tacitus Valerius Flaccus Vir-gilius Marcianus & fere latini codices per diphthongũ. œ. Vtiq; in Europa. Tiburi quoq; lapis est antiqs lris Ti. Plautii res gestas continẽs Vespasiano principe: in quo nõ aliter q̃ p. œ. Mœsia scri-ptũ est. Græci utrunq; Mysum & Europæum & Asiaticum per. y. Marcianus Asiaticũ apud nos etiã p. œ. quibusdã locis nisi depra-uatus codex est: Supra Troadem inquit in mediterraneo Teutra nia est/quæ regio Mœsorum fuit. Plinius tamẽ Troadis inquit in mediterraneo est quæ Teutrania uocat'/quã antiquitus Mysi te-nuere. Seruius quoq; Mœsiã Virgilianã in Phrygia.

Ex capite.x.

DINOCRATEs. Strabo Aelianusq; nõ Dinocrates/sed semp Chi-rocrates χειροκράτης τοῦ αὐτοῦ δὲ καὶ τῆς ἀλεξανδρείας κτίστην. In latinis tamen codicibus Dinocrates/Vitruuio Solino Ammiano Plinio multis locis hoc ope. Et infra PHANNITICO. Dictũ est legi oportere Phatnitico siue Patmitico / ex Strabone Ptolomæo

Ex capite.xi. ℒ Stephano Põponio.

HECABATANVM. Vetus lectio Hæc Catabanum/ut duo uer-ba sint/ex Strabone Ptolomæoq; Cotabanos tamen non ut Stra-

bo Catâbanes eos uocante. Illud ſubit mirari quod Strabo fœlicis Arabiæ particulam uult eſſe Catabaniã ut in qua thus proueniat Plinius infœcundam & ſterilem. De iis & ſexto itemq; duodecimo uolumine dicturi ſumus: ubi Gebanitas quandoq; nominari eos quaſi Catabanitas mõſtrabimus. Ex eodem.xi.

QVIDEM DEIN AMBO NABATAEIS. Vetus lectio/Qui deinde ambo Nabataeis. ſed & ſenſus uerbis ad hunc modum concep tis illuſtrior efficitur. De Canchleis & Cedreis apud græcos non legi/ſed Chaulothæos & Agræos/utiq; apud Strabonem: quos cũ Nabataeis adiacere ſcribit reliquæ Arabiæ. Dionyſius Chaulaſios & Agreas ἀρῳεῖοί μαίουσιν ἐπωρυμίην ναβαταῖοι. ἄγχι δὲ χαβλάσιοι καὶ ἀγρέες. Plinius libro.vi. Regia inquit eorum agra & in ſinu læana. Ammianus quoq; Marcellinus/Palæſtinæ inquit Arabia eſt conſerta & ex altero latere Nabataeis contigua: utcunq; nõ Canchleis cedreiſue datiuo caſu ſed recto ſcribendum eſt. Ex eodem.xi.

HEROOPOLOTICVS. Scribendum Heroopoliticus ab oppido ſinus Arabici quod ἥρῶων πόλιν hoc eſt Heroum urbem uocant Ptolomæus Strabo Plinius. Hæc ipſa ut inqt Stephanus & Hero dicebatur/id eſt ἥρώ. Itemq; prius Hæmos/q; ibi Typho ictus fulmine ſanguinem fuderit. Ante hãc ipſa ut inquit Strabo ſunt Aelana/unde ſinus Aelanites appellatus eſt: q & Lelaniticus Plinio hic uocatur. de quo & ſequẽti libro capite.xxviii. Sinus inquit intimus in quo Leanitæ qui nomen ei dedere alii tamen inquit Aelaniticum & Alaniticum & Alanaticum: Iuba Leniniticũ. habetur & Læaniticus alter in Arabia/ſed Perſico mari ſinus ut Ptolomæo placet. Verbũ ALITER hoc loco ſcribendũ uidet Alter. Plinius li.vi.c.xxix. A ſinu Lelanitico alter inqt ſinus quẽ Arabes Eant uo Ex capite.xii. cãt/in quo heroũ oppidũ eſt.

PROPHOENE. legẽdũ Sophene prima ſecũdaq; ꝓductis ex Ptolomæo Strabone Plinio Marciano. Meſopotania inquit Syriæ ps eſt inter Euphraten & Tigrin: qua uero tranſit Taurũ montẽ Sophene dr. Claudianus tamẽ primã uidet corripe. nã Arrianus Sophaninem tetraſyllabos ꝓnũtiat. & infra EPIERIA. Legendũ Pieria/ut ſit cognomẽtũ Seleuciæ/ex Ptolomæo Straboneq; a mõte Piera. Plinius hoc uolumĩe: In ꝓmõtorio inqt Seleucia libera Pieria appellata. & infra ZEVMã. Legendũ Zeuma neutro genere ex Plinio paulo poſt & oĩbus ſcriptoribus. & infra CAPRIE CASTRA. Legendũ Gabriæ caſtra/ex uetuſtis codicib⁹ & Strabone

Ex eodem.xii.

THRACINE. Legendum Oſtracine. Ptolomæus quoq; hanc in Arabia noſtri maris quam ipſe Caſiotidem regionem in Aegypti parte nominat inter Caſium montem & Rhinocoluram/de qua mox dicemus conſtituit. Solinus/Oſtracine inquit locus magni Pompei ſepulchro inclytus. Quæ uerba mutuatus eſt ex Plinio hac parte/ut ſolet: etiã ſi nomẽ auctoris eius nõ prætexuit. Alioqui non Oſtracinæ/ſed in monte Caſio magni Pompei tumulus Ammiano. Caſium inquit montem ubi Pompeii ſepulchrum eſt/& Oſtracine. Marcianus/Oſtracinæ inquit finitur Arabia a Peluſio ſexaginta ſex. M.p. Antoninus/Oſtracina inquit a Caſio monte abeſt. xxvi. M.p. A Rhinocolura. xxiiii. M.

Ex capite.xiii.

RHINO COLVRA. Legendum iunctim Rhinocolura/ex Polybio Strabone Ptolomæo Antonino Diodoro: quia mutilati nares habitarent: quanq; & Rhinocurara & Rhinocura quandoq; ſcriptum apud Græcos eſt, itemq; Ammianum.

Ex eodem.xiii.

RAPHACE. Vetus lectio Rhaphea: quod & probamus ex Polybio Strabone Ptolomæo. Antoninus Rhaphia inquit a Rhinocolura xxii. M.p. diſtat. Et infra SAMNES. Legendum Iamnes: ſiue ut Ptolomæus Strabo Stephanus Antoninus Iamniæ ab Iamno conditore. aut quoniam loca irrigua & florentia Iamnos græci uocãt. Et infra ſtatim ALTERA INTVS. Scribendum Altera uicus: ex Strabone ac Stephano: quorum prior κώμην id eſt uicum. alter πολίχριον id eſt oppidulum eſſe tradit Iamniam.

Ex eodem.xiii.

SVPRA IDVMAEAM ET SAMARIAM. Verba hæc ſequentis capitis initiũ fecerim auctore Ptolomæo/Sed & Capella Marciano: Supra Idumæã inqt & Samariã Iudæa lõge lateq; fundit.

Ex capite.xiiii.

PAREA. Quidam legunt Petræa/quoniam ſequatur Aſperis diſperſa montibus/cum Arabia Petræa confundentes. Ego nec Paream nec Petræam/ſed Peræam: ut ſit ſenſus/Iudæam in duas diuiſam eſſe ptes/citeriorem & ulteriorem. Hanc Peræam uocari: quia ut inquiunt Plinius Marcianuſq; a ceteris Iudæis Iordane ſit amne diſcreta: Nam & Regio quæ trans Euphraten eſt Peræa nominatur Straboni: ſicut & Ammiano Tranſtigritani qui trans amnem Tigrin ſunt: ut Tranſpadani qui trans Padum:

Universidad de Deusto
Biblioteca

Itemq; Transdanuuiani/quorum mentio fit in marmore antiquo De rebus a Ti.Plautio gestis Vespasiano impante:ad Anienis ripā iuxta Tibur. Plinius quoq; libro.vi.palā id declarat/citeriorē Iudæam uocando/quasi & Peræa/hoc est ulterior sit aliqua. Hoc ipsum & in sacris litteris haud parum sæpe legas:ut illud/Secutæ sunt eū turbæ de Galilæa Decapoli Hierosolymis Iudæa & Trās/iordane.Sed & Ptolomæus quo se potissimum fulciunt/Arabiam Petræam ab ea regione quæ trans Iordanem sita est procul summouet:ita ut amnis eius & hinc & hinc præripia Iudææ contributa faciat.Sed ita est:plerisq; fiducia pro ueritate sufficit:ut quicq; succurrerit/utiq; siqua non eruditio sed eruditionis imago blandiatur/arripiunt. In omni re argumentum boni stomachi securitas: in litteraria tanto magis quo male cogitata pluribus sunt aut noxæ credita/aut risui non credita.

Ex capite.xvi.

ACHARON. Vetus lectio Macharon/siue ut Iosephus & Strabo Macherus genitiuo casu Macheruntis.In quo notatu dignum/oppidanos eius loci Macheritas a Iosepho nominari:cum Macherūtios analogiæ ratio desideret: ut Opuntios & Myuntios. Phlius quoq; Peloponesi ciuitas/ut diximus/nō Phliūtios ſ Phliasios fa-

Ex capite.xviii. Lcit.

ET IAM DICTVM HIPPODION. Ptolomæo quidē Hippus & Dion pro duobus locis redduntur:sed ut ita legam: Et iā dictū Hippo Dion.auctoritas Dionis facit:Dion inquit olim Hippo nominabatur.Item GALASAM EANATAM. Ptolomæus & Stephanus & Ammianus Gerasa & Canatham. Posterius hoc & uetus lectio conseruat.

Ex eodem.xviii.

GABE. Ptolomæus Gabale post Arcam. Cæterum duplex Gabala in Phœnice/ut Hecatæus & Polybius:Altera prope Laodiceā in Syria/ut Ptolomæus Strabo Plinius.quanq; & Arabiæ ps est Gabala:quam Stephanus Gebala uocari mauult: Dioscorides Catabala.nam Gaba Iosepho Galilææ oppidum uidetur quinto libr antiquitatis iudaicæ. Idem sexto Gabaupolin eadem regione collocat:Nam Gabba per duplex.b.Syriæ urbs est Pausaniæ:de qua sequenti capite differendum erit.

Ex capite.xix.

CROCODILO.uetus lectio Crocodilon/ut sit genitiuus casus plurali numero/id est Crocodilog: : nam & Strabo κροκοδειλων πόλιν

hac parte uocat.fuit & in Aegypto cognominis huic altera.Quod autem sequitur EST FLVMEN NEMPTORIA.Vetusti codices Memoria/& cum sequēti iungunt hoc sensu:Fuisse quondā oppidum Crocodilon nunc extare flumen: deinde Dorum & Syccaminum olim urbes/nunc solam urbium memoriam.Proinde in antiquis exemplaribus ad hunc modum legitur:Fuit oppidū Crocodilon:est flumen.deinde sequitur:Memoria urbiū deorum Syccaminum & reliqua.Ipse non deorum/sed Dorum scribo: tū quia Ptolomæus Doram urbem Carmelo proximam constituit:tum q; in Phœnice Doros oppidum Pausaniæ Iosephoq; celebratur.Verbum autem illud Vrbium memoria/ex Strabone confirmatur dicente sola earum extare noia πολυχρίων φησὶν ὁρόματα καὶ πλέον ἐνδεῖν συκάμινον πόλιν βουκόλων καὶ κροκοδείλων πόλιν.

Ex eodem.xix.

EGABATANA.Vetus lectio Egbatana.Herodotus Agbatana.Stephanus utroq; modo scribi recte prodit. Itemq; non solum per.g. sed etiam per.c.Ecbatana:quam urbem Charax inquit Epiphaniā quandoq; nominatam fuisse.Apud Medos quoq; regionis magnæ nomen est Ecbatana/ut post constabit.

Ex eodem.xix.

GETTA GEBBA.Vetus lectio Ieba/non Gebba. Sed & Iosephus a quo Iabis hæc & Iabisus quoq; dicit auctore Stephano.De Getta Polybius in Palæstina:sed Gittā non Gettam appellauit.

Ex eodem.xix.

CENDEVIA.Plinius libro sexto & trigesimo de Vitri origine Candebœam uocauit hanc paludem.Pars est inquit Syriæ quæ Phœnice dicitur/finitima Iudææ/intra mōtis Carmeli radices/paludē habēs quæ Candebœa noiatur.ex ea credit inqt nasci Belus am-

Ex eodem.xix. Lnis.

ACCE.Scribendum per simplex.c.Aee dicta/q; in his locis Hercules Lernææ hydræ conceptum uirus/inuento Colocasiæ iuxta Belum amnem remedio depulerit.Cuius fabulæ auctorem Iul.Claudiū qui de Phœnicibus scripsit/ex Stephano cognoscimus.

Ex eodem.xix.

INDE IDE AC SARAPTA. Strabo in Phœnice/non Idam sed Enhydram collocat.nec usq; legi urbē Idam in hoc tractu. De Sarapta Stephanus:quanq; uetus lectio Sarepta:in quem modum & sacræ litteræ appellant:ubi diuinus uates Helias esurientē uiduā miraculo pauisse credit.Cōmendabatur & inde uinum.Sidonius

Universidad de Deusto
Biblioteca

Apollinaris/Vina mihi nõ ſunt Gazetica Chia Phalerna:Quæq; Serapteno palmite miſſa bibas.

Ex capite.xx.

ZYMIRAM:bis hoc capite.Ptolomæus & Pomponius legunt Simyram. Ephorus & Strabo genere neutro/& multitudinis uocabulo Ximyra & Simyra:ut uehementer inceſſendi ſint qui uerterunt in latinum Taximyra: græcũ uidelicet articulũ τά cum oppidi nomine iungentes.Nec tamen prorſus improbem/ut Simyrã quis per.z.quoq; ſcribat/ꝙ multa huiuſmodi utroq; ſono recte pronuntiantur:ut Zmyrna & Smyrna/Sagunthus & Zagunthus: q̃diu tamen auctor non eſt qui per.z.ſcribat Zimyra:græcos imitari tutiſſimum eſt.

Ex eodem.xx.

FLVVIVS NAGORAS.Vetus lectio Magoras.Strabo/Macras inquit in Syria eſt campeſtris locus/qui ab ora ipſa littoꝝ primus Chalcidi & Laodiceæ/quæ ad Libanum ſita eſt/propinquat.Nomina uero illa BERITVS PALEBIBLOS BIBLOs BOTRIs de quibus omnes loquuntur/ſcribenda ſunt Berytus Palæbyblos Byblos Botrys.In Berytus prima ſecũdaq; producitur:Dionyſius/ καὶ Τύρου ὠγυγίην Βηρυτοῦ τ᾽ἄλσεα ἐραζήν. Minuta hæc faſtiditaq; doctis auribus/ſed pleriſq; neceſſaria.

Ex eodem.xx.

SYCARDA. Vetus lectio Cicarda. Scribendum Gigarta. Strabo ἄρω μὲν συρραῖ καὶ βόραια.κάτω δὲ βότρυι καὶ γίγαρτοι. Alioquin ut Botrys racemum/ita Gigarton acinum ſignificat. Meminit & Trieridis hoc loco:nam de Calamo Polybius. Et infra TRIPOLIS QVONDAM.Legendum non quondam/ſed quoniam:ut ſit ratio quamobrem dicta ſit Tripolis/hoc eſt oppidum trigeminum:quoniã inquit Tyrii & Sidonii & Arabii obtinent.Ita enim ſcribendũ eſt/non ARARADII.Strabo Τρίπολιν διὰ τὸ ἐκ Τριῶν πόλεων ἔχειν ἀποικίας Τυρῶν σιδωνίων καὶ ἀράδου.Pomponius/Locus inquit ex numero Tripolis dicitur.

Ex eodem.xx.

ORTHELEVTHEROS FLVMEN.Legendũ Orthoſia Eleutheros flumen/ex uetuſtis codicibus Strabone Ptolomæo cæteris. A Dionyſio poeta Orthoſis appellatur: nam & Torthoſia uulgo dicitur/unius tantum adiectione litteræ.Fuit & in terra Caria locus Orthoſia/ut hoc & poſtremo uolumine oſtendiẽ. De hoc amne Plinius libro.ix. Teſtudines inqt Phœnicio mari ultro ueniũt

ſtatuto tempore anni in amnem Eleutherum effuſa multitudine.

Ex eodem.xx.

CONTRAQVE ARARADOS.Scribitur Antarados ex Ptolomæo/qui poſt Marathum ſubiũgit protinus Antaradum:& inter inſulas eius partis Aradum:ut fortaſſe locus hic ex integro reſtituendus ſit ad hunc modũ/Marathus contraq; Aradum Antarados. Antoninus a Balanea inquit Antaradum.xxiiii.M.p.

Ex eodem.xx.

CARNEBALA NEAPALTOS GABALA. Vetus lectio Carne Balanæa Paltos Gabale.hoc ipſum & græci auctores confirmant etiamſi Carnos ab Artemidoro/non Carne dicitur:a Strabone Caranos.Ab eodem/ſed & Ptolomæo quoq; Paltos & Balanea iis locis ponũtur. Artemidori uerba ſunt ἔστιν ἔφη κάρμος εἶτα συριεχῶς πάλτος εἶτα γάβαλα.

Ex eodem.xx.

DIPOLIS HERADEA CARADRVS.Antiqua lectio Dioſpolis Heraclea Charadrus.Dioſpolin in Syria Palæſtina Stephanus & Antoninus iis locis quæ nunc redduntur.ſed hoc frequenter accidit/ut eadem a diuerſis modo in Phœnice/modo in Cœle/modo in Palæſtina referant.de Heraclea Ptolomæus Straboq;.De Charadro non comperi quidem hoc tractu/ſed uſitatum nomen eſt in

Ex capite.xxi. terraꝝ ſitu.

EPIDAPHNAEIS.Vetus lectio Epidaphne. Strabo in Seleucide inquit Syriæ quatuor inſignia ſũt oppida:ob id & Tetrapolis dicta regio Antiochia Epi daphne cognominata/Item Seleucia Pieria/Item Apamea Laodiceaq;.duo autem uerba ſunt Epi Daphne quaſi ad Daphnen.eſt enim Daphne ut inquit Strabo Antiochẽſibus uicinum & amœnitate inclytum nemus octuaginta ſtadioꝝ ambitu/quo loco Antiochenſium conuentus agitabatur. Ponitur & a Ptolomæo Daphne hoc ſitu. Arrianus a Daphne Ladonis filia nomen loci tradit inditum.Iulius Capitolinus alibi:Verus inquit poſteaq̃ in Syriam uenit/in delitiis apud Antiochiam & Daphnẽ uixit.Alibi:Verus inquit hyemem Laodiceæ/æſtatem apud Daphnen egit:reliquam partẽ Antiochiæ.Meminit & Volcatius: & in Alexandro Cæſare Lampridius.Sed & Ammianus:Tunc inquit apud Daphnẽ amœnũ illud & ambitioſum Antiochiæ ſuburbanũ.Dionyſius ſacra Tempe lucũ eum uocauit.Antiochia uero hæc metropolis Syriæ eſt:ideoq; Theopolis ſub Iuſtiniano Iuſtini Thracis filio dicta/ut inqt Euſtathius:olim Ione id eſt ἰώνη

Argiuis habitantibus.De hac multa Iulianus Cæſar in oꝛone illa cantatiſſima cõſilii/ductus/& figuræ plena/quæ Miſopogõ appellatur.

Ex capite.xxiii.

MAGOG IBI PRODIGIOSA.Facit interpunctio hæc cũ uerbo quod ſequitur ATERGATIS & DECRETO: uti nec ſenſus conſtet/nec hiſtoria remotior intelligatur. Proinde ad hũc modũ neceſſe eſt legatur:Ibi prodigioſa Atergatis:quod quidem erat nomen deæ illis quondam populis ſanctiſſimum.Strabo/Trans Euphraten inquit eſt Bambyce/quam & Edeſſam & Hierapolin uocant/in qua Atergatin Syriam deam colunt. Macrobius ſecundo uolumine/maximum Aſſyriis deum Adad nomine Solem uideri tradit/Atargatin uero Terram. Quod autẽ protinus hic adiungitur GRAECIS inquit HOC DECRETO DICTA COLIt Legendum Græcis hæc Derceto dicta colitur. Strabo Atergatin inqt Barbari quæ ſit Athara uocãt:quã Cteſias Derceto.i.? ερκετώ Cornutus: Atargatin a græcis Rheam exiſtimari putat:coli eam abſtinentia piſcitii: unde nomen ut Athenæus auctor eſt/quaſi ἄτερ γάτιαοσ: hoc eſt Syriorum lingua ſine piſcibus.adiicit Cornutus & columbas uetari menſis quaſi duobus elementis naturæ maximis parci iubente numine Aeri & Aquæ.Diodorus libro tertio: Iuxta Aſcalonẽ inquit lacus eſt ubi templũ inſignis deæ quã Syri uocant Dercetun/hoc eſt δερκετοῦν muliebri facie:reliquum uero corpus figura piſcis:cuius filia Semiramis a columbis educata ſit:ob id ſacras genti aues eas eſſe.quod & Tibullus nouit/Alba palæſtino ſancta columba Syro. Ex his Ouidianum illud Metamorphoſeos quarto uindicandũ eſt:Cogitat & dubia eſt de te babylonia narret Derce.Scribendũ eſt Derceti uocatiuo caſu.ſequit enim protinus/Quã uerſa ſquamis uelantibus artus Stagna Palæſtini credunt coluiſſe figura.Sed & quæ ſubiungit/de filia eius Semiramide ꝓcul dubio intelligẽda ſunt. Trogus Arathen quandam Syriorum deam meminit/quæ uxor Damaſci regis fuiſſe diceretur:niſi ſi lr̃æ uitio ꝓmutatæ ſunt pro Athara/quæ ſit ut Straboni placet Atargatis.nã Aſtarte Syrioꝝ ut Aelianus inqt numen erat/ſed nõ aliud q̃ Veneris fortaſſe:quam ſacræ litteræ Aſtarcten Sidonioꝝ deam uocant:cui Solomon rex uni Palacarum ſuarum obſequi uolens altaria condiderit.

Ex eodem.xxiii.

ADIRABELLVM.Vetus lectio Ad Belum:nam & aliæ quoq; urbes in Syria cognomine hoc utuntur:ut Seleucia ad Belũ auctore

Plinio Ptolomæo Stephano Pauſania:quam & compoſito uocabulo Seleucobelon quandoq; nominabant.

Ex eodem.xxiii.

CYRRESTICA.Ptolomæus Cyrretica:ſed Polybius tamen Straboq; ut Plinius ab oppido eius Cyrro cuius arx appellabatur Gindares:unde Gindareni de qbus mox.Et infra HERMISENOS. Scribendũ Emiſenos ex Strabone Ptolomæoq; ab Emiſa urbe nõ procul Apamea. Dionyſius τῆσ δὲ προσαντολίησ ἐμίσῳ πόλιν. Stephanus:Ab Emiſa inquit Emiſeni:quam nõnulli uocant Emeſan.Sũt & qui neutro genere plurali numero Emiſa.de hoc & Plinius haud multo poſt. Antoninus/ab Apamea inquit Lariſſam xvi.M.Inde Epiphaniam totidem:inde Arethuſam totidem:inde Hemeſam totidem:ab hac Laodiceam.xviii.

Ex eodem.xxiii.

HYLATAS. Scio Hylan urbem in Cypro eſſe Lycophroni:a qua Hylatæ nominentur/& Apollo etiam Hylata/qui & Tembrius dicatur/in eiuſdem inſulæ cultus oppido quod Tembron uocant. ut fieri potuerit in Syria quoq; his ipſis fere locis ex aduerſo Cyprum ſpectante alteram eiuſdem nominis fuiſſe.quia tamen non Strabo non Ptolomæus non alius ex iis quos unq̃ legi mentiõem oppidi huius habent/exiſtimandum eſt ecquid Heliatæ potius q̃ Hylatæ ſcribendum ſit ex Ptolomæo:Item Strabone/Poſt Emiſenos inquit Heliopolis & Chalcis & Ituræorum mõtana.quæ uerba cum Plinianis collata fere nihil diſcrepant.Cæterum ab Heliopoli diſtant Emeſa/ſi Antonino credimus/octuaginta fere.M.p. a qua Heliopolitæ non Heliatæ quod uſq̃ inuenerim dicũtur. Meminiſſe oportet Alatios quoq; poſt Emeſenos fuiſſe/quorum urbs Elatiũ ſiue Alatiũ Plinio Ptolomæoq;. Fuerũt & Abilatæ ab urbe iis locis Abila/ex Stephano Antoninoq;/inter Heliopolin & Damaſcum.Hoc ut alia multa quoniam & parui refert & controuerſum eſt/iniudicatum relinquimus.Et infra BETEMI. Vetus lectio Betaceni.Stephanus Bætarreni a uico magno tertiæ Palæſtinæ Bætarrunte:quanq̃ inqt & Bætarruſii dici poſſunt.Antoninus Bætarrum uocat locum eum inter Cæſareã a qua diſtat.xviii.M. & Dioſpolin a qua.xxii.Et infra MARIAMINITANOS. Legendũ Mariammitanos ab oppido Mariamma Syriæ Phœnices ut Pauſanias/in Caſiotide præfectura ut Ptolomæus.

Ex eodem.xxiii.

PARADISVM PAGNAS PENELENITAS.Vetus lectio Pa-

Universidad de Deusto
Biblioteca

radiſum Pagras Pinaritas: aſtipulantur & Strabo Ptolomæuſq; Pieriæ inquit præfecturæ ſunt Pinara & Pagræ.etiam ſi Patræ in eo deprauate ſcriptum eſt:Nam & Antoninus Pagras ſiue Pacras appellauit.De Paradiſo quoq; fit hic & a Strabone mentio: apud quem imperite ut multa uiridarium uerterunt:Non q; Paradiſus uiridarium ortumq; non ſignificet:ſed q; nomina oppidorum propria ſicut hominum quacunq; lingua retineri ſolent. q̄ igitur apirocalon & abſurdum eſſet Gregorium Theodorum Phrontiſcum uocare/Vigilantium Deodatum Prudentium?tantundem & hoc etiam ſi Laurentius Valla homo alioquin optime de Romano ſermone meritus promontorium in Peloponneſo Hichthyn Plinio Ptolomæoq; appellatum: ipſe apud Thucydidem ſecundo libro piſcem tranſtulit. Eadē ratio eorum eſt/qui herbis & animalibus: quæ ueteres græcis nominibus uſurpant/ipſi latina imponūt uocabula:quod mihi nunq̄ probatum eſt/ubi nulla cogat neceſſitas.

Ex eodem.xxiii.

SELEVCIAM PRAETER IAM DICTAS DVAS QVAE AD EVPHRATEM ET AD AMELLVM VOCATVR. Non inuenio ubi Seleucias duas in Syria monſtrauerit / ſed unā tantum quæ Pieria inquit appellatur. Itaq; legendum eſt Seleucias præter iam dictam duas quæ ad Euphratem & ad Belum uocantur.Ptolomæus tris & ipſe facit Seleucias Pieriam/ad Euphratem/ad Belū.Strabo quoq; ad Euphratē unam/ad Pierā montē alterā.habet & uetus lectio Ad Belū/nō ad Amelum fere.

Ex eodem.xxiii.

TARDICENSES. Vetus lectio Cardicenſes.Hecatæus Cardytenſes:Inſigne inquit oppidum in Syria Cardytus. Et infra ARBETHVSIOS. Strabo & Stephanus & Antoninus Arethuſios ab Arethuſa loco Syriæ munito iuxta Emeſam.xvi.M.p.& infra BEROENSES.Poteſt & Berœenſes.ipſum enim oppidū Berœa dicitur Straboni Ptolomæo & infra Plinio.

Ex capite.xxiiii.

IN MONTE AGA. Ptolomæus Aba. Strabo quoq; Abo ἔιτα ὄ ἄβοσ ἀφ' οὗ καὶ ὁ εὐφράτησ. Nam & Araxes ex eodem monte naſcit: unde fabulis occaſio fratres eos fuiſſe. Abos & Euſtathio uocatur Et infra DERZENEM.Strabo Derxenem.Stephanus & Xerxenem Armeniæ minori proximam regionem quandā a Xerxe nominatā refert/ſicut a Cambyſe Cambyſenen. Et paulo poſt ANETIAM.Crediderim Anæitiā ſiue Anaitiā:unde nomen Anæitidis

Dianæ in Armenia ut inquit Strabo celeberrimū:cuius phanum in Suſis quoq; auguſtiſſimū:de quo uolumine tertio & trigeſimo prolixius.Et infra.LXXXV.M.p. Antoninus a Zimara Daſcuſam.lx.Vetus lectio.lxxv. Item A DASCVSA MELITENEN Plinius.lxxiiii.M.p.Antoninꝰ uero.L.tantū.& infra OMNIAM Vetuſti codices Omirram.

Ex eodem.xxiiii.

SAXOSVM ET VIOLENTVM ARABIAM.Diſtinguendū eſt/ut uerbum Arabia ſequentibus accōmodes hoc modo: Arabia inde leua/& quæ ſequūtur.Solinus:Euphrates inquit dextera Comagenen/Arabiā leua relinquit. hoc ipſum ex Strabone colligas. Q̄d aūt ſequit̄ TRICENA MENSVRA: Fortaſſe rectius ſit legere A tricena mēſura dictam regionem ut partem illam fertilem Arabiæ ad Babylonem ſignificet/quæ Triacoſachia ferre dicitur Herodoto & Straboni/hoc eſt fœnus tercenties:de qua octauodecimo uolumine.

Ex eodem.xxiiii.

ARABIA PRAETER SVPRA DICTA. Vetus ois lectio Arabia ſupradicta:hoc eſt illa pars quā ab Euphrate fluuio diſterminari ab leua diximus/ex Strabone:qui Carras Anthemuſiā & Nicephorium iiſdem locis ſtatuit quibus regionem hanc Plinius.nā uerbum ANTE MVSIA ſcribēdum eſt ut dixi mox Anthemuſia ſiue Anthemus ex Strabone Ptolomæo Stephano/item Plinio uolumine ſequenti in relatione Meſopotaniæ.Et infra SYNGARA.Scribendū Singara ex Vranio/uicina Edeſſæ inquit eſt Singara:Ptolomæus quoq; idem a monte Singara.Et infra TAPSACVM & SCHOENITE.Scribo Thapſacū ex Artemidoro Strabone Ptolomæo:& Scenitæ a tabernaculis in quibus degunt appellati quæ Ciliciis metantur.

Ex capite.xxvi.

DICTAq; IAM HIERAPOLIS:AC BEROEA:& CHALCIS Vetus lectio Dictæ/non dicta.tertio enim & uigeſimo huius libri capite tria hæc oppida leguntur. Bambycem inquit quæ alio nomine Hierapolis uocat̄.Et paulo poſt/Chalcidē inquit cognominatam ad Belum.nec multo infra Berœenſes.

Ex eodem.xxvi.

HEMESATEM:ELATIVM.Vetus lectio Emeſa/item Elatium: quod quidem & Ptolomæus:Alatium tamen non Elatium uocās. De Emeſa ex Strabone Plinioq; ſuperius.Et infra ARVRA.Vetus lectio Aſura.Ptolomæus Azura ſiue Auzura ad Euphratē parte Arabiæ deſertæ.

Ex capite.xxvii.

PARTE AMANI. Legendū Portæ: quas Strabo Ptolomæus Ammianus cæteri Amanicas pylas uocāt. Et infra FLVMEN ANDRACVS. Strabo/Andricus inquit Ciliciæ mons est: unde fluuio nomē/ut solet/datū esse potuit. & infra ISSOS IDEM ALEXANDRIA. Scribendū Issos inde Alexandria ex Strabone Stephanoq; potest & item non inde legi ex uetustis codicibus. Et infra MAGIRSOS. Strabo Magarsos siue Magarsa plurali numero: ubi & Megarsiæ Mineruæ phanum/& Amphilochi Mopsiq; se

Ex eodem.xxvii.

Apulchra.

CAMPI ALEI. Scriberem libentius Aleii. Strabo/Prope Mallū inquit & Magarsa campus est Aleius/id est ἀλήιον πεδίον. Idē Eustathius: idem ante omnes Homerus & poeta Dionysius: Ita dictū uolentes/q; per ea primum loca præcipitatus equo Bellorophōtes errauerit. Sunt qui ab oppido id deducant quod Alas appellabāt. eos porro campos inter Pinarum & Cydnum amnes collocant. Et infra THARSOS. Scribendū Tarsos auctoribus Strabone Dionysio Ptolomæo cæteris: qui & rationem originis cur ita nominaretur exponunt: nec uno plane modo cuncti. alii a siccitate: alii a parte pedis quæ Tarsos dicatur ut in manu: alii aliter. In sacris literis cum Tarsus dicitur/magnam Carthaginem intelligi auctor est Eustathius. Ciliciam uero Tarsum/aliquando Tersos & Tarsiam appellatam scribit Stephanus. Item Partheniam a Parthenio Cydni filio/ut Athenodorus.

Ex eodem.xxvii.

CASSIPIONIS. Scribēdum arbitror Cassipolis ex Ptolomæo/qui Cassas oppidum asperæ Ciliciæ cōmemorat. Item ZEPHYRIū SANCILE. Scribo Zephyrium Anchiale. Hāc Dionysius poeta Anchialeam uocauit. Strabo/Post Zephyrium inquit Anchiale supra mare Sardanapali opus. Ex hac urbe fuit Athenodorus: qui nō a Sardanapali sed ab Anchiale Iapeti filia conditā uult Cydni matre: a quo nomen uicino flumini. Conditores porro suos quisq; consecrabat: Romani Romulum: Athenienses Theseum: Sinopēses Autolycum: ut Martialis epigrāma sic interpreter in poetā Aemulum: Non credo iura uerpe per Anchialen: hoc est/Noli p̄ numina iurare nostra quasi Romanus græcusue/qui sis peregrinus & quidem cilix & solymis natus. Proindeq; imperitus arq; Barbarus/unde κιλικίζειν & σολοικίζειν orta sunt. Est enim salis plena taxatio hæc cōtra eum qui poetā se profitebatur. Melius ita q̄ per

Anchialum/hoc est per Sardanapali numen/ut hactenus expositores dixere auctore nullo. De Ciliciſmo in hunc sensum Plautus & Hieronymus & alii. Et infra ADARA CYBIRA PYNARE. Scribo Adana Cibyra Pinara. De Adana Ptolomæus: etiam si multitudinis uocabulo Adana græci fere appellant, conditores habuit Adanū & Sarum. ille urbi nomen dedit: Sarus amni/qui Cœranus ante nominaretur/Cibyra & Pinara Straboni Ptolomæo cæteris.

Ex eodem.xxvii.

HALES. Stephanus Halix siue Halicos/a quo regio Halice ad Augustopolin/hoc est ut dicunt aliqui apud Ptolomæum Sebasten. Sunt & Alæ in Cilicia ut dixi quibus non aspiratur. Et infra PEDALIE. TABE. DORION. Strabo Thebas in Cilicia/non Tabas demonstrat. Stephanus in Lycia Podaliam Tabas: In Caria uero Dorion siue Doron potius / ut geminatas intelligere possimus urbes. quod quidem & Strabo factitari solitum affirmat. Et infra CORISOS. Scribendum Corycos/ex Strabone Ptolomæo Mela cæteris: alias nota magis nulli domus est sua q̄ mons & specus Corycius Croco: & Poetarum mentione habitari a diis & dignus & creditus. nam promontorium Corycium alibi est prouerbio curiositatis nobile Straboni Ciceroniq;/ut post dicemus.

Ex eodem.xxvii.

HORRIDA HORME MILI. Vetusti codices Oppida Elme Myle. Nos quoq; Oppida/non Horrida. Item Olme aut Olmos non Elme. Infra quoq; ubi scriptum est Seleucia Tracheotis cognomine a mari relata ubi uocabatur HORMIA. Legendum Olmia siue Olmos ex Strabone q ait ὄλμος ὅπου πρότερον ὤκουν οἱ μῦν σελευκεῖς κτισθεῖσης δὲ ἐπὶ τῶ καλικάδνω, σελευκείας ἐκεῖ μετῳκίσθησαν. Mylas uero in Cilicia quidem non legi/sed in Sicilia Thessaliaq;. In Cilicia porro Milyæ habentur/ut post docebimus/sed in mediterraneo. Et infra MYANDA. Strabo Myinda neutro genere plurali numero prope Anchialā: quanq̄ & Cyinda quandoq; apud eum legitur. Et infra ELEVSA. Pronuntiandum ita est ut sit quatrisyllabū nō trisyllabum Eleusa. nō enim ἐλεῦσα sed ἐλεύουσα græce scribitur Straboni Ptolomæo cæteris. Ita dicit & insula inter Ciliciā atq; Cyprū cognomine Augusta/siue quod idem est Sebaste ad Cyricum auctore Stephano.

Ex eodem.xxvii.

LIPPARIS. Scribendum per simplex.p. ἀπὸ τοῦ λίπους. quoniam

Universidad de Deusto
Biblioteca

ut ait Vitruuius/natantes in eo aut lauantes quasi oleo ungantur Et infra.PARADISVS.Vetusti codices Paradius.Strabo locum in Cilicia uersus Pamphyliam uocari tradit Charadrū/ut fortasse amnis inde Charadrius uocetur.

Ex eodem.xxvii.

A NEMVRIE REGIONE. Scribo iunctim Anemuri e regione: ex Pomponio Strabone Ptolomæo & non multo ante Plinio. Et infra ISAVRIA.Strabo Ptolomæus & uetusti codices Isaura plurali numero.Ammianus/Claudiopolis inquit quam deduxit colonia Claudius cæsar Isaura ante.Charax tamen Isauriam ciuitatem hanc genere fœminino protulit. Et infra HOMANADVM Strabo non Homanades/sed Homonades siue Homonadeas appellat:Nā oppidū Omana in fœlici Arabia est auctore Glauco.

Ex eodem.xxvii.

OPPIDVM ORONDA. Quidam Laranda / quoniam Strabo Lycaoniæ urbem ita uocet. Marcellinus/Apud oppidum inquit Laranda uictu recreati. Ptolomæus quoq; Municipium Laranda in Lycaoniæ parte/Antiochiana dicta/collocat:ut Plinius fere hoc ipso loco. Cæterum/ut mutare non audeam/facit Plinius hoc libro/qui ait Pisidiæ tractum quendam Orondicum uocari: quod & Ciceronis & Ptolomæi testimonia confirmant.Erunt igitur Pisidiæ Oronda/Lycaoniæ Laranda.Sunt & in Cappadociæ Catonia ,ppe Ciliciam Laranda/sed Antonino. Ptolomæus enim Leandin uocat/non Laranda eo situ prope Tandarin siue Tanadarin: iuxta quæ Cucussos fuit oppidum exilio Chrysostomi q̄ alia re insignius.

Ex eodem.xxvii.

AGALESOS.Scribendum Sagalessos ex Strabone qui Lycaonum Pisidarum ue urbem ita nominat/Salgessum quoq; dici solitā. Et infraPHILOMELISENSES. Vetus lectio Philomelienses:Nā & græci φιλομηλεῖσ appellant a Philomelio Phrygiæ maioris oppido. Sunt & in Phrygia qui sequuntur Pelteni Thymbrianiq;: sed quoniam in eandem iurisdictionem conueniunt in quam Lycaones/propterea hic redduntur:etiam si melius forte sit ut Tymbrianos q̄ Thymbrianos quis legat. Nec ignoro Thymbriā uicū fuisse ,pximū Latmo ac Myūti potius/ut ait Strabo:unde Thymbriani/sed in Ionia.Porro in Phrygia Tymbriani sūt auctore Stephano Tembriani prius dicti ab urbe Tembrio.nā Thymbra in Troade est sūmota iis locis p̄q̄longissime. Pelteni uero q & capite

hinc tertio reddūtur/iidem an diuersi sint:quoniam ut ibi dicitur in aliam iurisdictionem conueniunt/extimaturis proponimus.Et infra TYRIENSES.Stephanus Hyrienses ab Hyria urbe Isauriorum propinqua Seleuciæ Calicadno amne præfluente.

Ex eodem.xxvii.

THEBASA IN TAVRO IDEA IN CONFINIO GALATIAE ATQVE CAPPADOCIæ. Strabo Artemidorusq; Terbasa & Sinda iisdem locis fere statuunt Pisidarum urbes ita nominantes:quos & Lycaonas Phrygasq; ueteres uocabant regionibus haud ita dum in partes discretis. Claudianus/Finibus obliqs lydi pisidæq; feroces Continuāt australe latus gens una fuere Tot quondam populi priscum cognomen & unum Appellata phryges.In huius quoq; libri calce Thebiseni Galatis contributi mendose forsitan pro Terbasenis scribantur/siue ut Stephanus Tabasenis. Sed & in Ptolomæo ubi leguntur in Pamphiliæ Carbalia quæ Galatiæ ut ait Plinius cōtermina est ciuitates Pisinda & Corbasa/fere uererer:ne Sinda & Terbasa scribendum fuisset: nisi q, longitudo latitudoq; ab ipso traditæ longius aliquanto eas summouent ab iis locis ubi Terbasa Sindaq; figuntur.

Ex eodem.xxvii.

THRACVM SOBOLES MYLIE.Scribendum Milyæ/uetusti codices Strabo Timagenes Herodotus.Regio ipsa Milyas uocatur/incolæ Milyes & Milyæ.Interim Milyenses & Milyitæ.Cicero actione in uerrem tertia Milyadas:Quomodo iste inquit commune Milyadum uexauit:hoc est Milyensium Remp. Nomen a Milya uxore & sorore Solymi postea Cragi coniuge.

Ex eodem.xxvii.

SYDE.Et infra SARDEMISVS. Scribendum Side a Sida Mentauri filia uxore Cimoli/ex Hecatæo Strabone Ptolomæo Stephano.a quo & Sardessus prope Lyrmessum/non Sardemisus.In Pōponio tamen Sardemissus. Et infra CARACTES. Scribendum Cataractes ex Ptolomæo item Strabone:Post Olbiam inquit Pāphyliæ Cataractes est fluuius magno strepitu ex alta rupe deiectus/unde & nomen/Pomponio cæterisq;.

Ex eodem.xxvii.

OROANDES. Scribendum ex Ptolomæo Ammianoq; Oroates. ita enim uocari tradūt Tauri montis partem in terra media NYPETES. Scribendum Niphates ex Strabone Pomponio Ptolomæo Solino Claudiano cæteris/a Niuibus ἀπὸ τοῦ νείφειν. corri-

Universidad de Deusto
Biblioteca

pitur in eo tamē prima:quanq̄ per diphthongum origo ſcribitur: ut in Chimera quādoq;/item in Etruſco.licet enim ἀπό τῆς ἄιθρας uel ab oppido Aethria duci uideatur ut tertio libro diximus. non tamen per.o.nec per.æ/ſed ad hunc modum ſcribi ſolet/Etruſcus. Martialis/Quantum ſolicito fortuna parentis etruſco. Item Strabo Τυρρηνοὶ οὗσ' ῥωμαῖοι ἑτρούσκουσ καὶ θουσκουσ ὁμοιάζουσι,

Ex eodem.xxvii.

GARGVS.Legendum Cragus/ex Strabone/Ptolomæo/poeta Dionyſio/Pomponio/& ſtatim infra Plinio.Eſt & Zagrus mons quo media a Babilonia dirimitur Straboni Ptolomæo cæteris.Et paulo poſt OPPIDVM SEMENA.Stephanus Simena.Fuit & Sebeda portus Lyciæ/ut inquit Alexander. Fuit & Sidena/ut Xanthus:unde Sidenis regio apud Marcellinum. Cōmoneo lectorem ne frequens agnominatio decipiat.

Ex eodem.xxvii.

GAGE. Nonnulli corruptum locum cenſentes ipſi maxime corrupere/non Gagas ſed Cragum legentes. Ego quidē fateor montem in Lycia Cragum uocari/ut ſupra mox oſtendimus: cui ex aduerſo mōs alter ſit Anticragos a Crago Tremileti & Praxidicæ nymphæ filio:ubi & deorum ſylueſtrium ſpecus Poetæ celebrant.Sed cum Gagas in Lycia quoq; haberi conſtet ex Ptolomæo Alexandroq;/Palæontichos id eſt ueteres muros ante nominatas/nūc Gagas ab amne Gaga/ubi & Gagates lapis inuenit̄ auctore Plinio/ Dioſcoride/mille aliis. Profecto uetus & ſana lectio faſtidiri non debet præſertim cū ſtatim fere poſt de Crago/ſiue quod idem eſt Grago ſubiungatur.Promontorium inquit Gragus.

Ex eodem.xxvii.

LIMIRA.Itē ARICANDVS.Itē MASICITVS.Itē ANDRIa. Item MIRA.Item APERIE.Scribenda ſunt Lymira Arycandos Maſſycites Andriaca Myra Apyre/Ptolomæus Strabo cæteri.Lymiræ nomen dedit amnis Lymirus:Myræ Myrus/qui & Myras & Myron quoq; dicitur Stephano.Apyram Ptolomæus prope flumen Lymirum conſtituit.Stephanus tamen in Lycia urbem eſſe dicit Aptera neutro genere:cuius nominis & in Creta inſula ſit oppidum a Syrenibus uocatum/q; uictæ ibi cantu a Muſis/præ mœſtitia exutæ pennis in mare deſiluiſſent. Arycandos item Lyciæ amnis eſt:a quo urbs ibi Arycanda nomine.

Ex eodem.xxvii.

HABESSVS ATq; IN RECESSV PELLVS. Et ſupra mox:

ANTIPELLOS.Scribendum Phellus & Antiphellus ex Ptolomæo Strabone cæteris. Fortaſſe uero non Habeſſus/ſed uel Edeſſus ſcribendū fuit/ita Lyciæ urbē uocāte Capitone.ſed & uetus lectio Hebeſſum nō Habeſſū præfert:Aut certe Cabeſſus ex Hellanico i Lycia Homeri uerſū interpretāte καβησσόθεμ ἔμλομ ἔομτα Sed alii Cappadociæ urbē Cabeſſum uolunt Othryonæi patriā.

Ex eodem.xxvii.

SYDINIA.Scribendū Sidyma numero plurali ex Ptolomæo Alexandroq;/itē Plinio in mētione inſulaq; Aſiæ a Sidymo cōditore.

Ex eodem.xxvii.

VLTRA PAR SINVS PRIORIBVS IBI PYRAMA. Legendum Vltra per ſinus prior ibi Pinara. Vel ſic:Vltra par ſinus priori ibi Pinara/ex Strabone Ptolomæo & uetuſtis exēplaribus. Subiacet inquit Strabo Pinara Crago monti omnium Lyciæ urbiū ampliſſima.Ptolomæus montē Cragū/ipſe Cragaſon appellat. In Ouidii nono metamorphoſeos Crachon pro Cragon mendoſe legitur:Iam crachon & lymiræ xanthiq; reliquerat undas.Pinarā uero Xanthioq; in Lycia coloniā eſſe perhibent occupato colle ad Cragum montem/rotundo:unde nomen.οἷα enim rotunda Lycii Pinara uocabant/auctor Stephanus.

Ex eodem.xxvii.

ET IN QVAE LYCINIAM FINIT TELMESVS.Scribendum Et in quam Lycia finit Telmeſſus.Vel ſic:ut Mela Pomponius/Et quæ Lyciam finit Telmeſſus/ex Strabone Ptolomæo cæteris:quanq̄ græce Telmiſſus fere/non Telmeſſus dicitur:Itemq; Telemeſſus Ariſtophani in fabula quæ Τελμισσεῖσ inſcribitur:a promōtorio:ut eſt apud Strabonem Telemeſſide. Quia uero poſt Lyciam Caria eſt/nec confinia ſemper eadem:propterea factū eſt ut modo Lyciæ modo Cariæ ut ait Stephanus contributa ſit. Magicas ibi quondam artes floruiſſe teſtis eſt poſt Ciceronem Plinius.Differt autem a Telmeſſo Termeſſus/q; in Piſidia Termeſſus eſt gemina/Maior & Minor. Telmeſſus uero in Lycia Ptolomæo Euſtathioq; : Nam Herodianus utpote grammaticus non diſtinguit : ſed in Piſidia Telmeſſum haberi tradit/quæ Temmeſſos ante diceretur/a Temmeſſo conditore Apollinis filio. Stephanus Telmeſſum Cariæ ab hoc exædificatā ſcribit/& matrē eius Themiſto fuiſſe Zabii regis Hyperboreorum filiam. Galeoten uero Telmeſſi fratrem in Siciliam profectum Galeotas populos in ea terra condidiſſe.

Ex eodem.xxvii.

CANDIMA. ſcribo Candyba neutro genere/Ptolomæus & Stephanus a Candybo Deucalionis filio. Et infra PEDALIA COMA. Vetus lectio Podalia/itēq; Ptolomæus.item nō Coma ſed Choma his uerbis & hoc ordine:Podalia Nyſa Choma Condyba.

Ex eodem.xxvii.

TROA. Scribendum Tlos ex Artemidoro Strabone Ptolomæo a Tloe Trimiletis & Praxidicæ nymphæ filio. Et infra TELENDVS.Scribendū arbitror Telandrus ex Alexandro in Caria/qui hanc & Telandriam & Telandron neutro genere pronuntiat:ab hac urbe nomen datū uel acceptū inſulis crediderim quas in Europa & Aſiæ Lycia Telandros appellandas monſtrauimus.

Ex eodem.xxvii.

OEMANDA BALBVRA BVBONA. Lego Oenoanda/nō Oemanda:Itē Bubon/non Bubona.etenim lra.a.initiū eſt ſequentiū: A Telmeſſo inquit Aſiaticum mare. De Oenoanda Strabo Ptolomæus Alexander. Itemq; de Balburis & Bubone a Balburo & Bubone qui latrones fuerūt exædificatis:Nam Cabalia/cuius ille inquit tres urbes ſunt/etiam Cabalis uocatur Hecatæo.nec per duplex.l.a quoq; ſcribitur.

Ex eodem.xxvii.

TEMEDVM.Vetus fere lectio Telmeſſū:de qua ſupius dictū eſt/in Telmeſſum finire Lyciā.Ptolomæus quoq; ac Stephanus poſt Dædala inquntTelmeſſus eſt.Fuit & Themeſſus in Caria/ſ3 poſt reddenda.Illud meminerimus/ſinū his locis Straboni Glaucū uocari/ſed Amnem Plinio.Cæteꝝ Dædala neutro genere dicuntur a monte Lyciæ/ut Strabo inquit. Qđ aūt ſequit CYRIA FVGITIVOꝝ.Ptolomæus Carœa & Alexander.Caropolis utꝝ probet plurali numero/ut Dædala/efferendū putamus:quod fere illa gentis eius conſuetudo eſt auctore Stephano:Apud Pōponiū certe cū dicat in Caria ꝓmontoriū eſſe geminū/Pedalion & Citria: uidet Cyria ſcribendū fuiſſe cū Plinio:aut Carœa cū Ptolomæo:aut certe Crya cū Stephano/ut inter inſulas dicemus. Et paulo poſt CALINDA.Ptolomæus qdē Calynda.ſed Herodotus Calydna.Stra

Ex capite.xxviii. Ł bo Calybda.

AMNIS INDVS.legendū uidet Ninus nō Indus ex Alexādro qait Dædala urbē Lyciæ a Dædalo ibi ſepulto noīataꝫ:quē coluber aquaticus ex amne inquit Nino in paludem qua Dædalus cōmeabat egreſſus/momordiſſet. Et infra PORTVS ERESSA.Vetuſti codices Creſſa.Ptolomæus Creſſo.

Ex eodem.xxviii.

LACVS LORIMA. Strabo/locus Loryma/id eſt χωρίον λάρυμα Hecatæus quoq; urbē Cariæ ſic appellat.meminit & Ptolomæus. Et infra PARIDION.Pomponius Pandion:Larumna inquit & Pandion collis in mare emiſſus:Collido/non elido. Et infra OPPIDVM HYDAS.Inuenit in Caria quidem Hydiſſos a Bellerophontis & Aſteriæ filio cui nomē erat Hydis/ex Apollonio.Ptolomæus quoq; Hydiſſam nominat:ſed quoniam de Hydiſſa infe rius habebitur/fieri poteſt/ut hic ſcribendū ſit non Hyde/ſed aut Lyde:ita enim uocari oppidum Calyndis propinquum Ptolomæus in Lycia demonſtrat/item Stephanus.Aut Hyla ex Pomponio Sinus inquit Schœnus ambit Hylam:Bubaſſus Cyneton.

Ex eodem.xxviii.

ACANATVS ALIO NOMINE DVLOPOLIS. Stephanus in Craia prope Gnidum fuiſſe meminit Acanthon. Pomponius Cyneton uocat hāc:Schœnus inquit ſinus ambit Hylam/Bubaſſus Cyneton.Apollonius Canetium ſiue Canebium in Caria uocari tradit urbem quæ poſt dicta ſit Cyon/a qua Cyitæ.Nam Dulopolis & in Libya & in Creta quoq; fuit Cratino. Et infra PEGVSA.ſcribēdū Pegaſa:q̄q̄ inqt Stephanus Pedaſa quādoq; ſcriptū eſt/ſ3 corrupte.Cæteꝝ Pedaſos & ipſa Cariæ urbs erat a Pegaſis diuerſa/ut poſt cōſtabit.Et infra:SED PRIVS TESGA.Legendū Sed prius terga/cū ex uetuſtis codicibus/tū ꝙ ſenſus aliter

Ł nō ſubſiſtit.

Ex capite.xxix.

TIMISIONES.Legendum Themiſones aut Themiſonii a Themiſonio Phrygiæ maioris loco ꝓpe Lyciam/ex Artemidoro Strabone Ptolomæo.non enim de Caria pluſq̄ de conuentibus hic agitur:ut in Lycaonia dictum eſt & ſupra mox:Prius inquit terga & mediterraneas iuriſdictiones indicaſſe conueniat.Quod autē non multo poſt ſubſequitur:SINNADA:Scribendū Synnada ex Stephano per.y.quoniam prius inquit Synnæa diceretur a congregatis eo loci Græcis Macedonibuſq;:Acamantem poſt captū Ilium ſecutis conditorem urbis. In quo meminiſſe oportet in hac parte Phrygiæ tria loca eſſe/uicinis qdē uocabulis/ſed remota. Eſt Synnaus ſiue Synnados Ptolomæo ꝓpe Dorylaum:deinde Synnada unde marmor Synnadicum Ptolomæo Straboni Plinio:poſt Sānaus iuxta Themiſonium Straboni/a Ptolomæo Sannis appellatus:de quo forte Plinius ſecundo libro:Lacus inquit Sannaus in Aſia circumnaſcēte Abſynthio inficitur:quanq̄ & per ſimplex.n.

Universidad de Deusto
Biblioteca

ſcriptū apud Græcos eſt Sanis & Sanaus.quia tamen in uetuſtis Plinianis codicibus nō lacus Sannaus ſed Annaus legitur:nō deſunt qui Anæus ſcribendum in Plinio putent/ut libro ſextodecimo notabimus in mentione harundinum quas ad Anæiticum lacum in Aſia gigni tradit.

Ex capite.xxix.

CORPENI DORILEI MVDEI.Scribēdū forte Cercopeni. Dorylæi Midæi a Cercopia Dorylæo Midis/quæ ſunt Phrygiæ maioris oppida/Ptolomæus auctor.Sciendum tamen oppidū Midas aliquando μιδάειον & μίδειον uocari Plinio Straboni Ptolomæo. nam & Dorylæum & Dorieum & Dorylium quoq; dici poteſt hoc modo δορυλλᾶιον δορίειον δορύλλειον iiſdem auctoribus Euſthio ac Stephano.Dorylaum & Dorylenſes Cicero in oratione pro L.Flacco.Poſſit aliquis Eucarpeni ſcribere/ſiquis malit ita q̄ Cercopeni ab Eucarpia Phrygiæ item urbe/ut Metrophanes & Strabo & Ptolomæus teſtantur : in quā racemi feracitate ac magnitudine ſpectabiles:unde & nomen.

Ex eodem.xxix.

ORBA.Scribe Orga ex Strabone ita fluuium uocāte in Mæandrū cadentem cum Marſya.Et infra AC MONESOS.Legendū cōiūctim Acmonenſes ſiue Acmoniēſes ex Ptolomæo ab urbe Phrygiæ Acmonia:quam Acmon Manei filius ut Alexandro placet cō diderit.Et infra SILVIANOS.Ptolomæus quidē a Sylbio Phrygiæ oppido Silbianos.Sed Euſtathius & Stephanus Syllæum & Syllion id uidētur appellaſſe:unde Syllenſes ut Dorylænſes ſiue Sylleani : quanq̄ fieri poteſt aut duo eſſe Syllæum & Silbion aut rationem pronuntiandi conſuetudine mutatam . Fuit & in Ionia ,ppe Smyrnā Sillyū ut inqt Stephan⁹:a quo Sillyēſes & Sillyani.

Ex eodem.xxix.

PIACIVM.Vetus lectio Piatum.Stephanus πιτάου πόλις καρίας a Pitao Phryge/ut Pitaium latine dici poſſit/a quo Pitaenſes:quoniam græce πιταεῖς dicantur.Et infra EVTANE.Scribendū Euthanæ.Stephanus Cariæ inquit oppidum εὐοθῆραι.

Ex eodem.xxix.

THAGELE ASIDENI ETNASSA . Scribo Theangela Sibde Medmaſſa ex Stephano.Hecatæus quoq; Medmaſſon. Inuenitur & Dedmaſa urbs in eadem terra.Eſt autem hoc cōmune multis locis præſertim in Caria/ut alii maſculino/alii fœminino genere ,pnuntient/quæ per geminum.s.circa finem ſcribuntur:ut Hydiſſos

& Hydiſſa/Pedaſſos & Pedaſſa/Edebeſſos & Edebeſſa. Quod aūt hic dicitur/A magno Alexandro contributa oppida ſex Halicarnaſſo:aliter Strabo qui ſic ait ex octo ciuitatibns ſex in unam contulit Mauſolus.Deinde ſequit̄ σουάγελα δὲ καὶ μύρλεον διεφύλαξε hoc eſt duas urbes Suagela & Myndum ſeruatas magno errore interpretis/qui non Suagela ſed cum Gela uerterit/quaſi non σουάγελα ſed σὺν ἀγέλα ſcriptum putaret.Significat aūt Suagela Regis tumulum apud Caras/ut inquit Stephanus.

Ex eodem.xxix.

TELMESSVM.Diximus quidem ſupra ex Ciceronis & Plinii ſententia Telmeſſum Cariæ urbem cenſeri:quia tamen de Telmeſſo in Liciæ confinio dictum eſt:addubitari iure poteſt/ecquid rectius ſit hoc loco: Themiſſum/quam Stephanus a Themiſſo Dadæ conditoris filio quem lupi laceraſſe in Caria uocatam ſcribit : q̄ Telmeſſum legi.Alias/ſi & hic Telmeſſus recipiat̄:aut duas Telmeſſos/alteram Lyciæ/alteram Cariæ fecerimus:& in ea quæ Cariæ ſit magicas uanitates exerceri ſolitas intelligendum fuerit.aut unam quidem eandemq; cum priori/ut Stephano uideri diximus ſed contributam Halicarnaſſo/propterea q; repetitam.

Ex eodem.xxix.

DVOS SINVS CERAVNICVM & IASIVM. ſcribo Ceramicum/non Ceraunicum/ex Plinio ſequētibus : In Ceramico inquit ſinu Priapōneſos.Ptolomæus quoq; urbem in Gnidia Cherſoneſo a qua nomen ſinus habet/Ceramum uocat:& infra Plinius haud multo poſt:quanq̄ & gemina poteſt Ceramus fuiſſe : in Mediterraneo/de qua Plinius:in Ora/de qua Ptolomæus.

Ex eodem.xxix.

ARIANDA.Hecatæus & Strabo Caryāda his uerbis:Bargylia inqt ciuitas & in medio Caryanda palus & inſula cognominis. Plinius quoq; inter inſulas Aſiæ Caryanda inquit cum oppido. Cæterum Iaſſius & oppidum Iaſſos de quibus hic agitur per geminū s.a græcis parte plurima/non ſemper tamen/ſcribuntur.Inſignis locus Delphini fœdere cum puero:ut uolumine dicturi ſumus nono. Nam & Myndus & Palæmyndus & Bargylia per.y. ex Strabone Ptolomæo cæteris.

Ex eodem.xxix.

OTHRVSA.Vetus lectio Ptolomæus Strabo Plinius ultimo uolumine Orthoſia. Eſt & in Syria ciuitas hoc nomine ut prædiximus,Et infra NISA EVANTIA.Scribendū Nyſa & Euanthia

Universidad de Deusto
Biblioteca

ex Stephano a floribus Polyanthia quoq; dicta:ſicut a munitione loci Erymne atq; Charax.

Ex eodem.xxix.

MISON ALABANDA.Scribendum Amyzon Alabanda ex uetere lectione Ptolomæo ac Strabone:qui poſt Alabanda ſtatim ſubiungit Amyzon Heraclea Euromos. Et infra STRATONICE ALIBRA.Scribendū Alinda nō Alibra ex Strabone Ptolomæoq; poſt Stratonicen protinus Alinda nominante.Stephanus Alidra Et infra THROCENE.Vetus lectio Trœzene:nam & Halicarnaſum in Caria Trœzenii quidam inhabitaſſe perhibentur duce Anthe/ut Callimachus & Apollonius teſtantur. Et Plinius libro decimo:Fama inquit Craterii Monocerotis cognomine in Trœzena Aſiæ regione coruoꝝ opera uenantis.

Ex eodem.xxix.

XYSTRANI.uetus lectio Xyſtiani:ſed & Stephanus ab urbe Cariæ quæ Xyſtis appellatur. Et infra HYDIENSES. Ptolomæus Hydiſſenſes ab Hydiſſa oppido quod & Hydiſſos ut ſuperiore capite notauimus appellatur:niſi quis Hydenſes ab urbe Lydorum Hyde ſcribēdum putet:in qua Omphale Iordani filia regnauerit: Hyle ut arbitrātur aliq ab Homero dicta/illo uerſu qui de ſutore Tychio eſt σκυτοτόμοιο δ᾽ χάρις ὅσσ᾽ ὕλη ἐμὶ δικία μαίῃσι ex Stephano Sed pleriq; ut paulo poſt dicemus Hyden ,p Sardibus accipiunt.

Ex eodem.xxix.

COSINVS. Scribendum Coſcinus ex uetuſtis codicibus & Strabone:Loca inquit relatu digna Mæandro circumiacent Orthoſia

Ex eodem.xxix. & Coſcinia.

LYDE MYDE VOCITATA.Lego Hyde uocitata/ut uerbum e duobus alterum temere inculcatum ſit & utrunq; deprauatū.Cōfirmat & uetus lectio/itemq; Strabo. Euſtathius/Sardes inqt Lydiæ terræ caput & Regia:Hydam ab Homero dictam exiſtimāt. Aſtipulat᷑ & Leāder nicator/q de Nomēclaturis oppidoꝝ ſcripſit.

Ex eodem.xxix.

HIRCALLETICOS CAMPOS.Vetus lectio Bargylieticos.Pōponius Ptolomæus Strabo Plinius & ipſi Bargyliam in Caria cōſtituunt/a Bellorophontis comite Bargylo quem Pegaſus occiderit/Andanū a Caribus uocatā auctore Stephano.Et infra MONs LATINVS.Scribendum Latmius ex Strabone Ptolomæo Pauſania Pomponio/quem Homerus φειρῶν ὄρος uocauerit/ut Hecatæo placet:ubi Endymionis tota fabuloſitas poetis utriuſq; līguæ:

apud nos quidem etiam Catullo.nam Ouidius:Et ſubeant animo latmia ſaxa tuo:quanq̄ in eo uerſu Lamia corrupte legebat᷑. Fuit ibi & Latmus oppidum:nam & Latmus inſula Thucydidi libro tertio.Quod autē ſequitur Heraclea montis eius cognominis Cariæ/hunc ſenſum habet:Heracleam fuiſſe ibi cognomēto Latmiā: quia ut inquit Strabo ſita eſſet ſub eo monte. Homerus quoq; id ipſum confirmat Heracleam ad Latmum appellando & Cariæ cōtributam dicendo.Et infra ſtatim MINVS. Laudo qui Myus legūt ex Pauſania Ptolomæo cæteris.Strabo.Cydrelus inquit Athenienſis Codri filius oppidum Myunta condidit.

Ex eodem.xxix.

TROGELA.Strabo Trogilia ubi & Trogilios quoq; uocaretur inſula:quam Plinius Trogilias appellat:producitur in eo uerbo prima.Nomen ut Ptolomæus auctor eſt a promontorio Trogilio.In Sicilia quoq; regio Trogilos fuit Thucydidi iuxta Megaras ad amnem Pantagiam.Fuit & in Macedonia locus hoc nomine Stephano: quanq̄ Tragila ibi potius q̄ Trogila:unde Aſclepiades/q Tragodumena uoluminibus ſex conſcripſit ad Cherſoneſū Thra

Ex eodem.xxix. Lciæ locata.

PHYGELA.Strabo & Stephanus Pygella:nec a fugitiuis/ſ a morbi genere cognominatam uideri uolunt: Agamemnone ibi ſocios Pygallias uocatos/q ſequi non poterant relinquente. Pomponius tamē & Dioſcorides Phygelā:unde Phygelites quoq; uinū dicat᷑.

Ex eodem.xxix.

DERASIDAS INSVLAS SECVM ABSTVLIT MARE. Scribendum Mari/non Mare:ut ſit ſenſus: eas quondam inſulas fuiſſe/quas Magneſia urbs littori appoſita ſecum abſtulerit mari: opere Mæandri fluuii terram adaggerantis.Plinius ſecundo libro Natura inquit abſtulit inſulas mari:Iunxitq; terris Syriten Epheſus in mediterranea habet: Deraſidas & Sophoniā uicina ei Magneſia.Scribendū.n.Vicina/nō uicinā.Abeſt enim ab Epheſo Magneſia/ut hic ait Plinius.xv.M.p.Quod autem ſequitur:Trallibus abeſſe Magneſiam eo amplius.CCC.M. Impudentiſſimū eſt erratum:propterea q; admodum propinqua Trallibus Magneſia ſtatuitur Straboni Ptolomæo cæteris.Proinde ſunt codices in quibus ita legit᷑:Trallibus eo amplius trecētos/hoc eſt paſſus. De Syrite paulo poſt & hoc loco Plinius:ſed SYRIEN nō Syriten uocat:Mediiſq; iam cāpis Syrien inqt inſulā adiecit: ut uel hoc uel ſecundo libro menda ſit.

Universidad de Deusto
Biblioteca

Ex eodem.xxix.

IN ORA AVTEM MATIVM. Et paulo post MATHIVM ALIVD. Scribendum arbitror Manteum: ita enim oraculis dicata loca græci nominant ut constat. Vtitur & Cicero uoce illa in libro de finibus secundo: ut quasi de Manteo inquit promant medicamenta illa epicurea: dolor si grauis/breuis: si longus/leuis. Stephanus σῦρα φησί μαρτεῖον λυκίας. hoc attuli/ut hanc consuetudinem sermonis apud alios quoq; notaremus fuisse.

Ex eodem.xxix.

THRACIA ET HEMONION ET PTELE. Stephanus Trichia Samornion Ptelea. Eustathius nō Trichiam/sed Tracheam Samornion uero ab una Amazonum Samorna: Pteleam Dionysius/quoniā ex ulmo Amazones Dianæ altaria fecissent. Et infra: CASTRO AMNE. Legendum Caystro ex Strabone: Post egressum inquit Caystri amnis lacus est Selenusius cognomine/in alterum statim lacum influens. Hoc illud est quod Plinius hoc loco: E diuersis inquit Regionibus duo Selenuntes. Caystrum uero dictum putant ἀπὸ τοῦ καίεσθαι hoc est Amburi/quoniam propinquus sit Catacecaumenæ / quæ pars est Ephesiæ prætorrida & Deustæ similis: nulla præter uitem arbore sed uino præstantissimo: quod Vitruuius & Plinius Catacecaumeniten ex hac origine denominant. Alius est a Caystro in eadem regione Cenchrius Ortygium nemus irrigans: in quo Latonam lauerit a partu nutrix Ortygia. Sed quid in re cōfessa tundimus? Et infra DORYON. Scribe Dorion. Tria porro hæc Pteleon/Helos/Dorion/ab iis quæ in Peloponneso sunt uidentᵉ orta: in quo & Homeri uersum prætexui καὶ πτέλεον καὶ ἕλος καὶ δωρίον. parua omnino res/sed quæ delectet/& collatione parium/quæ nihil aliud est q̄ obseruatio & eruditio/cōmonere possit lectorem uel oscitantem.

Ex eodem.xxix.

PROMONTORIVM CYRENAEON. Legendum forte Corycæon. Strabo quoq; montem Corycon Mimanti proximum facit: & Corycæos inde populos Adagio ueteri ut diximᵘˢ famosos. Post Teon inquit Strabo Corycus mons & portus Corycæorum Casystes: inde Mimas. Pomponius tamen hinc inquit Teos/illinc Clazomene. In ipsa uero peninsula est Coryna. Sed dici potest de Corynæo infra paulo mentionem futuram. In quo tamen sciendum: Carinam a Stephano uocari eam/non Corynam: unde Carinæos: tribus una de quinq; apud Ephesum.

Ex eodem.xxix.

EPIOTHOPHORIA. Vetus lectio Hippi Chytophoria. Strabo/Erythræ urbs Ioniæ portum habet & quatuor adiacentes insulas Hippos appellatas. At unde Chytophoria? ex argumēto illo/quod Ephorus & Strabo Clazomenios tradunt in ea continenti locum habitasse qui Chyton appellaretur. In Strabone tamen Chytron siue Chytrion ꝑ Chyto scriptū uidetᵉ: ſ Stephanus cū Ephoro.

Ex eodem.xxix.

ANTE TANEALIS. Lege Tantalis: Solinus/Caput inquit Meoniæ Sipylus Tantalis antea dictus: & in illam uocabuli memoriā orbitatibus datus niobes. Id ipsum & Marcianus & cæteri. Et infra: INDE ABEST. XII. M.P. & reliqua. Iungantur cum uerbo præcedēte hoc modo: Regrediētibus inde abest. xii. M.p. ab Amazone condita/& quæ sequūtur. Supra quoq; paulo: INDE ILLI COLPE ET HINC LIBADE. Vetus lectio/Inde illi Colpe & huic Lebade: ut uerbū substituta repetaᵉ. Nec illud utilitati/nō fama cōsulens præteriero/uerba illa quæ superius habentur STAGNVM SALOCBITAE & THARCEOPOLIS SVBSTITVTA SYPHILO: partim ex uetustis codicibus/partim ex cōiectura cōmodius ita legi: Stagnū sale ob id & Archæopolis siue Archopolis substituta Sipylo. ita enim & cum præcedentibus & cum sequentibus egregie quadrauerit. cū enim Meoniæ caput esset Sipylus/nec extaret amplius uel terræ motu euersa ut inquit Strabo: uel hiatu deuorata/ut secundo libro Plinius: Ob hoc inqt substituta ei Archæopolis siue Archopolis quasi caput alterū aut capitis uicaria. Plinii aūt uerba hæc sunt uolumine secundo: Ipsa inqt se cōdens terra deuorauit Sipylum in Magnesia & prius eodem loco clarissimam urbem quæ Tantalis uocabatur.

Ex eodem.xxix.

IVXTA ADORILAVM. Scribe Iuxta Dorylaū/ut prædiximus/ex Strabone Ptolomæo Cicerone. Solinus/Hermos inquit ortus a Dorylao Phrygiæ Phrygiā scindit a Caria. Marcianus/Hermos inquit ortus Dorylao Phrygiam Cariamq; dispertit. & infra CESSEOPOLI. Legendū puto Cheseopolis ꝑducta prima ex Apollodoro Chesium inquit Ioniæ oppidum est: Horus uero Chesius inquit in Ionia terra locus est.

Ex eodem.xxix.

A SIPYLO VERO EPHESVM. Vetus lectio uerbum A Sipylo præcedentibus adiungit hoc modo/Magnetes a Sipylo. deinde

Universidad de Deusto
Biblioteca

sequitur:Ephesum uero alterum lumen Asiæ remotiores conueni unt. etenim Magnesia duplex est/ad Mæandrum una/ad Sipylũ altera/Straboni Ptolomæo cæteris.de priore supra hoc ipso capite: nunc de illa quæ ad Sipylum/siue quod idem est a Sipylo uocat̃: quemadmodum Apolloniam in Troade paulo post reddendam/ alii ad Rhyndacum amnem cognominant/Plinius a Rhyndaco. Et infra MYSII MACEDONES. Rectius est ut iunctim Mysomacedones legant̃:quẽadmodũ Mysotmolitæ/de qbus i Lydia.

Ex eodem.xxix.

METAVRENSES.Strabo Mastaurenses/itemq; Stephanus:quã Chrysorhoas amnis mediã secet: a Rhea dictam/quã Lydi Man appellant immolantes ei taurum: siue a Pedissequa Rheæ Ma/& Marte quem græci uocant Area:propterea q; Liberũ patrem quẽ Iupiter alendum ei dederat cœlariq; uoluerat/interrogata respondisset/Martis esse filium . Eadem ratione a Lydis Bacchum Massarim indigitari perhibent.In Comanis quoq; oppido Cappadocũ dea colitur Attonite Ma cognomine: sed quam Enyo non Rheam interpretentur.

Ex eodem.xxix.

BRVILITAE DIOSERITAE. Scribendum Brullitæ Dioshieritæ ab oppido Brullio siue quod idẽ est Bryllio & Dioshiero/quod Iouis delubrum significat.De Brullio Ephorus/qui & Bryllianos populos & regionem Bryllida inde appellat:in qua Dascyliũ spectetur oppidulum: nam & in Caria & in Ionia & in Aeolide atq; Phrygia:sed & in Bithynia quoq; Dascylium est/auctore Stephano.De Dioshiero Ptolomæus.Hanc Phlegon inter Lebedũ & Colophona mediam putauit.

Ex eodem.xxix.

HIBEPENI. scribendum Hypæpeni ex Strabone:Hypæpa inquit urbs occurrit descendentibus a Tmolo monte/ad Caystri campestria.Nomen ei ut inquit Stephanus Hypæpa/quoniam sub Aepos montem sita est Veneri dicata:ideo q; pulcherrimæ ibi fœminæ uisantur. Ouidius de Arachne:Orta domo parua paruis habitabat hypæpis . Idem libro undecimo: Tmolus in ascensu cliuoq; extẽsus utroq; Sardibus hinc/illinc paruis finit̃ hypæpis.In Ptolomæo corrupte aliquando legitur Hippopa.

Ex capite.xxx.

PHOECEA.Scribendum Phocæa/ex Polybio Strabone Ptolomæo cæteris / ante omnes Herodoto dicta q; uituli marini magno numero comparuissent urbem condentibus.Habet & Caria suã Phocæam móti Mycalæ appositam.utrunq; locum depopulata classis Veneta est intra hosce annos bello Turchico.Ab hac Phocaenses ut a græcorum Phocide Phocenses/ab utraq; Phocaicus. Et infra: CYMEMIRINA.Distinguendum Cyme Myrrine. Liuius belli Macedonici libro septimo Phocæam inquit & Cymam & Elæam: Strabo Ptolomæus cæteri.nam & in propinqua Lesbo urbes duæ sunt hoc nomine . Cymam ex Amazonum una dictam uolunt & Amazonium quandoq; uocitatam.

Ex eodem.xxx.

AEGEA ITALIAE. Scribendum Aegæ Attalia. Aegas Polybius atq; Strabo in Aeolide cõmemorant.Attaliam Strabo Ptolomæus Eustathius in Troade/Stephanus in Lydia/Agroiram siue Alloiram prius appellatam.Inuenio & Attalydam in Lydia nomine a duobus impositio/ab Attie patre/ac Lydo eius filio. Noui & in Licia quoq; Demetrio aut Pamphylia Straboni Attaliam móstrari ab Attalo Philadelpho conditam:trãslatis postea colonis in uicinam ei Corycum/Barbaris modo Sattaliam uocantibus:quã cũ Coryco & Iconio & Seleucia Venetus ætate nostra inito cũ Parthis fœdere diripuit.

Ex eodem.xxx.

POSSIDEA.Videtur quidem a Neptuno id nomen deductum.& ita dici multa loca inuenias sane.Cæterũ fere sentio/ut non Possidea legendum sit/sed Post Adæ : nam Possidium Possideã ue hoc situ non cõperi.Artemidorus & Strabo κώμη ἀπό κώμης ἐχὶ ἄλλη hoc est Cyme post Adæ.Signamus locum/non linimus. Et infra: NEANTICOS . Scribe Neon Tichos/ex Strabone. id uocabulum noua mœnia significat.

Ex eodem.xxx.

GRINIA NVNC TANTVM PORTVS SOLIS. Scribendum Grynia nunc tantum portus soli/hoc est sine urbibus & meri dũtaxat portus.Et paulo post ELEA.Item PYTANE.Scribendum Elæa unde sinus Elaites & Pitane Pomponio Straboni Ptolomæo.Pitanen & in Laconico haberi constat alteram:ut indicatum est:alteram Aeolidis celebratam:& q; ibi lateres in aqua fluitant/& ciue Archesila/ut Melæ uerbis utar/Academiæ nihil affirmantis clarissimo antistite.

Ex eodem.xxx.

PITANE CANAIVS AM. Scribendũ arbitrarer.Cetius amnis:

Universidad de Deusto
Biblioteca

ex Strabone:haud ꝓcul Pitane a quo Cetii Homero populi uersu illo κῆτιοι κτείνοντο γυναίων οὕνεκα δώρων. Sed quoniam torrens esse tradirur/& in Caicum non in mare fluere / cōmodius uidetur ut Canaius siue Caneus amnis dicatur ab Cana urbe quam intercidisse dicit hoc littore. Alluit Pitanē ut ait Strabo & Euenus amnis/sed post reddendus/quemadmodum & Cetius.

Ex eodem.xxx.

CANELYSI MACEA ATARNEA. Legendum puto Cane Lysimachea Atarnea. De Cana siue Canis Strabo. Vbi nunc Aegates ut ait Stephanus ab Artemidoro dictus Aex : pmōtoriū Aeolidis Straboni. Pōponius/Tum in promōtorio inqt est Canna oppidū quod præteruectos sinus excipit non paruus/usq; ad ima montis Idæ. De Atarnea Herodotus/quæ Atarneus quoq; dicit Straboni. De Lysimachia non plane constat quidem:sed ita congruūt literæ ut nulla earum desit. Strabo certe in hisce locis ferme conditum a Lysimacho tradit Asclepium. Ouidius/Aeoliam Pitanen a leua parte reliquit Factaq; de saxo longi simulachra draconis.

Ex eodem.xxx.

CISTENE CYLLA PALECEPSIS. Scribēdum Cisthene Cilla Palæscepsis/ex Strabone Homero cæteris. Fuerunt aūt duæ Scepsies:uetus/de qua hoc loco:& noua/unde Metrodorus/de q̄ paulo post. Verbum autem COCYLLE uetus lectio habet Cocylum Strabo Cotylum in Ida monte locum uocari tradit/unde Scamādri & Granici & Aesepi fluminum origo. xv. M.p.a Scepsi : & inde nomen Cotylo quasi cōceptaculum & accetabulum significet. Quia tamen in mediterraneo fere id ponitur : haud plane statuo quid sentiam:alioquin sæpicule notaueris oppidorum mutari loca non uocabula/ut quæ in mediterraneo fuere admoueantur oræ aut contra:Sed & in huius sinus ora montis Idæ sunt ima : ut ex Pomponio docuimus.

Ex eodem.xxx.

GERGETHA. Scribendum Gergis siue Gergithos/ex Strabone cæteriſq;. Lactantius Sibyllam inquit Hellespontiacam in agro Troiano natam uico Marinesso circa oppidum Gergithium. Stephanus Gergithiam Sibyllam ex eo nominari tradit hāc. Verbū autem Marinesso corruptū est pro Marpesso:ut Pausanias in Troade ita uocans Sibyllæ domicilium. Vel pro Mermasso ut Stephanus : μέρμασσος φησι πόλις Τρωικὴ ἐφ' ἧς ἡ ἐρυθραία σίβυλλα. ἰδίᾳ γάρ καὶ ἡ πόλις αὐτῆς ἐρυθρά τῷ χρώματι. nam Marpessus in Paro

insula montis nomen fuit eodem auctore.

Ex eodem.xxx.

NOENDROS. Legendum Neandros ex Strabone. Charax Neandriam: Theopompus Neandrium. Sunt qui perperam Cleandron & Leandron/ut notauit Stephanus. Et infra:CORIPHAS:Scribe Coryphas. Strabo Coryphantis. Et infra: ADRAMITEOS. Antepenultima per.y.scribaē. ſ; aliq; ꝑ duplex.t. aliqui ꝑ simplex. Si per duplex Adramyttiū ꝓnuntiare oportet.si ꝑ simplex:Adramyteum/ut in penultima sit diphthongus.ei. auctor Stephanus. qui & initiū quoq; modo per.t.modo p.d.recte scribi posse tradit.

Ex eodem.xxx.

EXIDA. Separandum est/ut intelligatur ex monte Ida quippe quē Homerus Polypidacon ab amnium frequentia cognominet. Ouidius:Celeberrima fontibus Ida.

Ex eodem.xxx.

CYMERISSOS. Scribendum Cimeris & Assos/ut duo sint oppida/ex uetustis codicibus & Aristotele qui ait Antandron prius dictam a Thracibus colonis Edonida:post a Cimeriis cētum annos occuparam & appellatam Cimerida. De Asso Troadis Plinius hoc opere non semel:itemq; Ptolomæus atq; Strabo. Pomponius:Post Antandrum sequens inquit tractus tangit Gargara Asson Aetolorum colonias. Strabo:Gargara inquit condidere Assii.

Ex eodem.xxx.

INTVS COLONIA INTERCIDIT. Scribi potest Colone. Strabo : Erant inquit Achæo contiguæ Larissa & Colone. Supra Lampsacum quoq; in mediterraneo fuisse tradit aliam Colonen extra Hellespontum ab Ilio.xvii.M.p.quæ & Batiea diceretur:unde Cygnus fuerit. Quod autem sequitur:DEPORTANS. Scribo Deportata ex uetustis codicibus/hoc sensu/Colonas intercidisse nundinis & mercatu celebres/sed deportata ad Adramyteum negocia fuisse : a quo & Adramyteus sinus dicatur/qui cum Idæo ut Straboni placet idē est. Potest & Colonia defendi/ut ad Larissam uerbum Intercidit accōmodes.

Ex eodem.xxx.

APOLLONIATE ARHINDACo AMNe ERESI MILEPOLITæ. Vetus lectio Apolloniatæ a Rhyndaco amne Eressii Miletopolitæ. De Apollonia urbe ad Rhyndacum Strabo & cæteri. Plinius libro sexto:Apollonia inquit supra Rhyndacum/& alibi. Eressios uero Pomponius hoc loco nominat ab Eressa oppido :

Universidad de Deusto
Biblioteca

etiamsi Cressa in eo ut arbitror mendose legitur. Fuit & in Lesbo Eressa.xii.M.p.a sigæo Troadis:ut fieri potuerit hic illuc cõtraue migratũ fuisse/tam ꝑpinquo tractu. De Miletopoli & Strabo.Infra quoq;:POLYCNEI & MYSANI ABRETENI:Strabo Polychnæi a Polychna urbe non procul Palæscepsi. Itẽ non Mysani Abreteni/sed in Mysia Abretteni/ex antiqs exemplaribus/ac Strabone qui ait Mysiam uocari aliam Morenen aliam Abrettenen ꝑ duplex.t.quoniam a nympha Brettia dicantur.

Ex eodem.xxx.

AMAXICVS. Scribendum Amaxitus. Thucydides:Prætereũt inquit lectum & lariſſam & amaxitum / inde in rhœtæum ueniunt. Meminit & Strabo:unde Amaxitenſes:Apollodorus Amaxitenos Fuit & inter Ioniam & Cariam hoc nomine Plinio ſuperius.Et infra:CREBENIA.Herodianus ac Didymus Cebrenia uel a Cebreno amne uel a Cebremio Priami filio.Fuit & Cebrena ibi oppidũ. Strabo Thracas fuisse Cebrenios existimat.Papinius:In ſyluis ui duæ Cebrenidos arida luctu Flumina.Meminit & Ouidius:q̃q̃ & Crebenis pro Cebrenis uitioſe apud ipſos quoq; lectum eſt.

Ex eodem.xxx.

HEPTAPHORVS.Legendum Heptaporus ex Homero ῥῆσσοσ θ' ἑπτάποροσ' τε κάρησσοσ'τε ῥόδιοσ'τε. hoc eſt: Rheſſus & Heptaporos Rhodius ſimul atq; Careſſus. Videtur autem Heptaporos uocatus/quia ſeptem locis uadari poteſt eadem uia: propter quod & Polyporos ut Strabo inquit appellatus eſt. Et infra: ALIVM IMMVNE.Scribo Ilium:quia ſequitur/unde omnis rerum claritas.Et infra:EPIONIE ANDERA. Scribo Pioniæ/Theopompus & Strabo μέτα δὲ σκήψιοϛ πιομίαι καὶ ἄνδειρα ut Andera neutro efferantur genere.Pauſanias:Pioniæ inquit in Mysia ſunt oppidulum ſuper Caicum amnem a Pione uocatæ uno ex Herculis nepotibus.

Ex eodem.xxx.

BALCETIARE.Diſtinguendum arbitror Balcea Tiare:ab illa Balceatæ:ab hac Tiareni.De prima Stephanus περὶ προποντίδα πόλισ βάλκεια.De Tiarenis paulo poſt hoc capite. Et infra: ALYSERNE.Theopompus per.i.ſcribit Haliſarnam.

Ex eodem.xxx.

CAMBRE.Domitius Iuuenalis uerſum expoſiturus Occidit miſeros cambre repetita magiſtros:hunc Plinii locum citauit quaſi & declamationis & oppidi nomen eſſet Cambre:quod quidem fieri

quandoq; ſolet.Cæteꝝ Poeta doctiſſimus non Cambren ſed Cramben dixit ꝑ Braſſica ꝓuerbio græco uſus quo iteratũ olus id/mortem afferre dicit'.Inuentionẽ hanc Politiano acceptam referimus. Hoc autem loco nõ Cambre ſed Thymbre legerim libentius:quã & Zymbrã uocabant/itemq; Dymbrã ut Hellanicus:unde cognomẽ Apollini.Fuit & Thymbrara/unde Thymbrarẽſes & Thymbrarei apud Xenophontẽ ſed Pactolo appoſiti. Erat uero Thymbra uſq; adeo celebris ĩ Troade/ut mẽtio eius nec diſſimulari poſſet nec excidere: Conditã quidẽ ferũt a Dardano/ſed nomen accepiſſe a Thymbræo Dardani comite.Fuit eo loco & amnis Thymbrius auctore Stephano.

Ex eodem.xxx.

TICIVS PROFVSVs PINDASO MONTE.Vetus oĩs lectionẽ Ticius ſ3 Cetius:de quo ſupra ex Homero Straboneq; diſſerui Et infra:THIATERENI. Scribo Thyatireni ex Strabone Ptolomæo cæteris. Thyatira enim dicunt' quã prius Semiramida & Myſoꝝ Eſchaten uocabãt:Itemq; Pelopiã in Lydia terra ſitam.Et infra:HIEROCONITæ. Polybius Hierocomitæ:ab hiera comeq̃ ipſe in Caria cõſtituit.Et infra:HIROPOLIENSES & HEMATOPOLITæ.Scribendũ uidet' Hydropolienſes & Harmatopolitæ ab hydra & harmatunte ꝓmontoriis quæ ut Strabo inqt ſinum faciunt Elaiticũ ab Elæa urbe dictũ:de qua paulo ante Plinius:Haud procul inquit Elæa quã in littore diximus Pergamena uocat' eius iuriſdictio & reliqua. Thucydides octauo:Harmatuntẽ inquit uenerunt quæ eſt e regione urbis Methymnæ. Scio & Hieropolin inter Phrygiam atq; Lydiã conſtitui ueteribus Plinio Straboni Ptolomæo Stephano/aliã ab ea quã Ptolomæus idẽ Hieroceſareã appellat nõ longe Pergamo. Proinde locũ demõſtro ut liberũ ſit quod cuiq; libeat/admittere/aut refellere. Inuenio & in Theſſalia Iron urbẽ fuiſſe Lycophroni/hoc eſt ἴρομ πόλιμ.itẽq; in Lesbo alteram:& Malienſi agro tertiã. E Theſſalia Irotæ nominantur:Malienſium Irienſes:E Leſbo unde in Continentem hanc migraſſe credi poſſet Iropolienſes fortaſſe.

Ex eodem.xxx.

IN HONORE CIVITATES.Scribendum Inhonoræ ciuitates hoc eſt ignobiles/ſumptum a Græcis qui eas ἀτίμουσ uocant. Et infra:ISIDORVS ARINEOS. Legendum puto Arimeos ſiue Arimos ex Strabone qui eos negat in cõfeſſo eſſe ubi fuerint. Ipſe tamen Syros omnes ita nominatos ab Homero ſuſpicatur. Sunt qui eos in Lydia ubi fabula de Typhœo & Vipera: ut Heſiodus.

Universidad de Deusto
Biblioteca

Sunt qui in Cilicia constituant/ut Pindarus:ubi & Anus Pempelos obruta sit lapidibus. Sunt qui in Pithecusa insula quam poeta dixerit Inarimen:ut tertio libro Plinius. Iosepho de Arimis idem

Ex capite.xxxi. Videt qđ Straboni.

TVBA CORIIS FACTA. Vetus lectio melior: Tubo coriis facto Quid Tubus sit & Tubulus ex Plinio sequentibus libris & Vitruuio cognoscitur. utiť & Martialis uerbo eo. Item AMATHVSAM. Scribo Amathusiā ab Amathunte/Strabo Ptolomæus cæteri. Et infra: MACARAN. Scribo Macariam ab oppido Macaria Ptolomæus. Et infra: ASTYNOMVs CRIPTā. scribo Crypton ex ipsomet Astynomo: cuius uerba hæc inuenimus κρυπτοὺ κεκλῆσθαι διὰ τὸ κρύπτεσθαι πολλάκις ὑπὸ τῆς θαλάσσης id est Cryptō appellatā/qa sæpe fluctibus occuliť. Illud obiter sciendū & Spheceam & Meionida uocatā qnq; Cyprū/ut inqt Stephanus. Itē Citieā: ut Cirillus ab urbe Citio/unde Zeno. Item Ceraſtin siue Ceraſtiada: quoniā ꝓmōtoriis multis quasi cornibus infestis assurgat.

Ex eodem.xxxi.

LAMPHETOS. Scribo Lapethos ꝓducta media. Alexāder Ephesius βήλου λάῦ κίτιοντε καὶ ἱμερόεσσα λάπηθος. Strabo Lapathos: itemq; Ptolomæus ab amne Lapatho: q̄q̄ & Lapethos quoq; scribi

Ex eodem.xxxi. Vtur apud ipsum.

SOLOE AMASVS. Scribe aut Amamassus ex Dionysio in Bassaricis Τέμβρον ἐρυσθείαντε καὶ εἰναλίην ἀμαθοῦσσαν: quibus locis apollinis Hylatæ uigebat religio. Aut Tamasus ex Strabone Ptolomæo Polybio qui Temesiā. Qđ aūt Homerus dixit ἐς Ταμάσην μετὰ χαλκόν. De Italica Temesa siue Tempsa rectius intelligunt: etiā si ærariæ utroq; loco celebrāť. Papinius: Aera domat Temesę. Ouidius: Hippotadæq; domus regis Temeseſq; metalla. Soloe uero a Strabone Solus diciť: a Ptolomæo tamē & cæteris Soli. Sunt & in Cilicia Soli/a qbus Solenses. In Cypro aūt nō Solenses ſ3 Solii dicunť Eustathio. Vtcūq; antiqua ratio scribēdi custodiēda est Soloe ꝓ Soli: ut Dioscuroe pro Dioscuri apud Ciceronē libro de natura deoꝝ tertio: & Canephoræ ꝓ Canephori actiōe in Verrē septima: ut sit fœminino genere singulari numero Canephoros/non ut quidā renť Canephora. Plinius quoq; li. iiii. Insulæ inqt Paxoe. Oía hæc a græcoꝝ in scribēdo more accepta σόλοι. Διοσκουροὶ. καὶ

Ex eodem.xxxi. Ληφόροι. πάξοι.

EPIDARVM CITRI ARSINOE. Ptolomæus & Strabo Pedaliū ꝓpe Arsinoen Salaminaq; constituūt. Xenagoras Chytri non

Citri numero plurali. Ptolomæus singulari Chytrus a Chytro Acamantidæ Aledri filio.

Ex eodem.xxxi.

CYNIDIA. scribo Cinyria ex Dionysio ἱδρύσασθαι κινύριον ἱλάσκεσθαι μὴ καρπάσειαν. De Cinyreis in Cypro sacerdotibus & religionis eius origine Tacitus Cornelius. Et infra: CARPHASIVM COLEE. Scribo Carpasium Golgoe: id est γολγοὶ ex Stephano/qui & Golgion uocari urbem eā tradit Sicyoniorum coloniam duce Golgo: unde Venus quoq; poetis Golgica. Sed & uetus lectio non Colee sed Golgoe. De Carpasio Hellanicus Strabo Ptolomæus cæteri: Pygmalionis opus id reddentes.

Ex eodem.xxxi.

MALAEVM. Vetus lectio Marium. Stephanus quoq; Marium inquit in Cypro fuit oppidum Arsinoe postea uocatum a Marieo cōditore: Nam duas Arsinoes in ea insula fuisse constat ex Strabone Et infra: AB EVMVRIO CALICIAE. Scribendum ab Anemurio Ciliciæ. Strabo/Anemurium inquit promontorium asperæ Ciliciæ aduersum est promontorio Cypriorum Crommyo. Plinius quoq; supra hoc libro: Anemurium inquit & Coracesium finisq; antiquus Ciliciæ. Meminit & Ptolomæus contra Cyprum collocans inter Nephelin & Orimagdum amnem. Et infra: ELEVSA. Scribendum Elæussa: ut syllabas quaternas habeat: quod & in Cilicia monstrauimus. Et infra: CLYDES. Scribendum Clides: Ita enim uocantur insulæ iuxta Cyprum ex aduerso Syriæ Straboni. Sunt & promontoria ibi hoc nomine Ptolomæo.

Ex eodem.xxxi.

CONTRA NEAMPHAVM HIERIE ET CEPHIA. Scribe Contra Neampaphum Hierocepia/ex uetustis codicibus. Strabo quoq;: Paulo inquit a mari sunt Hierocepis & Paphos. Alio loco: Hierocepis inquit ad latus occidētale posita est in quo & Paphus. Alibi nōnullos ait tradere quos & improbat ab Hierocepia ad Clidas longitudinem Cypri esse: quasi a septentrione in meridiem: ut tamen sciamus Hierocepida Plinio insulā uideri: Continentis oppidum Straboni. In ea uoce significatur sacer hortus. Quod aut̄ sequitur: CONTRA SALAMINAM. Græci & nostri quoq; ueteres Salamina casu illo pronuntiabāt a nominatiuo Salamis. Vt aūt propterea nihil muto: ita illud testor: Salamina in Cypro esse ut ait Stephan⁹/quæ nūc Constātia dicať: ubi & nomē amnis Cō-

Ex eodem.xxxi. Lstātia/pestifer & æstuosus.

IN SIGAEO AVTē MARI ILLYRIS. Vetusti codices nō in

Universidad de Deusto
Biblioteca

Sigæo mari ſ̄ in Lycio:nā & Cyprus & ad Ciliciū & ad Pāphyliū & ad Lyciū mare ptinet.Et infra TELENDOS.Inter inſulas Europæ Sporadas Telandron poſuimus:ubi legebaſ Letādros:nō tā q̄ ita ſentiremus q̄ ut excitarentur ad caſtigationē legētes.Et fieri pōt ut & hic Telandros ſcribendū ſit utcunq; nomen datū uideſ ab oppido Lyciæ Telandria.Quod.n.paulo poſt diceſ:In qua oppidum interiit TELANDRIA:Vetus oīs lectio Cellādria ut fere ſuſpicer non Telandria ſed Cyllandia ſcribendum fuiſſe ab oppido Cyllandi quod Hecatæus in Caria locauit.Et infra:ATTAELEBOSA.Scribendum coniunctim Attelebuſſa/ex Ptolomæo inter inſulas Pāphyliæ.Et infra:CONTRA TAVRI PROMōTORIū PESTIFERæ NAVIGANTIBVs CHELIDONIæ TOTIDē.Verbū Totidem/ſequentibus iungendū:Q̄ ſi ad Chelidonias referres:tris eas ſtatuere non duas oporteret:quod negat Stephanus ex Fauorino:Cheledoniæ inquit duæ ſunt:quarū una diciſ Corydela/Menalipea uero altera.Item PACTIA.ſcribendū Pactyæ plurali numero/ad hūc ſenſum:Totidem hoc eſt duas cū oppido Leucola Pactyas haberi. atq; ita uetus lectio eſt:Nā Leucola per ſimplex.l.Strabo nominat : ut ſit Dactylus in Cypro nomen portus conſtituēs.Plinius in Pamphylia quoq; promontoriū hoc nomine ex aduerſo Cypri collocat:de quo & in Gagate lapide mentionem facit ſexto & trigeſimo uolumine.

Ex eodem.xxxi.

CONTRA CHIEMERAM DOLICHISTE. Scribendū Chimeram:quī Lyciæ mons eſt Plinio Straboni Ptolomæo reliquis. Cæterum Dolichiſtam Callimachus Dolichen uocauit auctore Stephano.Et infra:CRAMBIS AROGE. Scribendum Crambuſſa Rhoge.Primū ex Strabone Ptolomæo cæteris circa Seleuciam Iſauriæ:Alterū ex Stephano ῥώγη φησί λυκίας μῆσος.

Ex eodem.xxxi.

DAEDALEON DVO CYPRON TRES. Scribendum forte ſit Dædaleon duæ/Cyrieon tres græcorum more:δαιδαλέων δυὼ κυριέων τρεῖς : id eſt Dædalenſium duæ/Cyrienſium tres.Sunt autem Dædala & Cyria ut ait Plinius in Lyciæ & Cariæ cōfinio:oppidum inquit Dædala & Cyria fugitiuoꝝ:quanq̄ ibi monuimus: in Ptolomæo Caria nō Cyria legi. Sed cū in Stephano Crya urbē Lyciæ inueniā:a qua Cryeon id eſt Cryenſiū inqt inſulæ dicanſ Caryſis & Alina:fere credi pōt in Plinio quoq; nō Cyria ſed Crya ſcribi oportere in Lycia:itēq; hic Cryeon nō Cyrieon aut Cypron.

Et infra:CLAVEVMq; VERSVS AMNEM. Scribo Glaucū non Claucum. Plinius in Lycia promontorium inquit Pedalium amnis Glaucus:a quo ſinus quoq; Glaucus/ut arbitror Straboni. Et ſupra:STROGILE AC SIDIMA. Scribo Strongyle & Sidyma neutro genere ac multitudinis uocabulo/ut diximus in Lycia.Et infra:LACVSA HELBOS COPE. Item CVNORHODOSA.Quid ſi legatur Laguſa Helbo Scope Cynorhoduſſa? Auctorem ad hec omnia nō habeo præter Herodotum : a quo inſula hæc non Helbos ſed Helbo dicitur/ut Manto Calypſo Dido : nā Laguſa uagum nomē eſt a uenatu dicta leporum.Scope a ſpecula quo noſe in Mæoti lācu Strabo Scopas Clazomenioq; uocari tradit aliquot.

Ex eodem.xxxi.

ZALISO. Scribēdum Ialyſo ex Homeri uerſu λίμενι ἰήλυσοῦτε καὶ ἀργιμέσῃ κάμιρον. Itē Lindus non LYNDVS a Lindo Cercaphi Eleī & Cydippes Orchini filiæ.Et ifra ASTERIa EDRIa Vetus lectio Aſteria Aethrea:itemq; Stephanus.Erāt & alia Rhodo noſa ut Straboni placet Telchinia/& Stadia. Et infra:COMBIRA PETOESSE ATABIRIA.uetus lectio Corymbia Pœeeſſa Atabyria/a mōte ſcilicet Atabyri ex Strabone. Pœeeſſa quoq; nomen fuit urbis in Ceo inſula/ut diximus libro quarto.

Ex eodem.xxxi.

SCYROS. Vetus lectio Syros. nam Scyros Thraciæ aſſcripta eſt lōge ab Gnido atq; Rhodo ex Strabone Ptolomæo Plinio. Syros uero ut inquit Stephanus Ionica eſt inſula & Aſiæ appoſita.Accedit q; Didymæ uocatæ de quibus paulo ante mentio facta eſt propinquæ Syro non Scyro deſcribuntur. Stephanus διδύμαι νῆσοί εἰσι πρὸς τῇ σύρῳ.Et infra:SIME.Scribendū Syme p.y.quæ prius Aegle uocaretur atq; Metapōtus a Syma Ialyſi filia. Strabo σύμη εἶτα γμίλος.Meminit & Thucydides.

Ex eodem.xxxi.

CORDYLVS ADIABETHE.ſcribe Cordyluſa Diabetæ.Stephanus:Diabetæ inqt inſulæ circa Symen ſunt. Eſt & Diabete ut ait noſtri maris inſula occidētalior q̄ Sardinia & Corſica. Cæterq; Cordyluſa in uetuſtis legiſ codicibus/uel a cordulaq; piſcatiōe dicta: uel a Cordylo Pāphyliæ cuius meminit Hecatæus oppido. Et infra HYMOS CHALCE.ab urbibus Cariæ duabus uideri poſſūt uocatæ Amos & Chalce aut Chalcæa:de qbus ex Alexādro Stephanus.De Chalce inſula.viii.li.Thucydides. Ex codē.xxxi.

GALIGNE CVM TRIBVS OPPIDIS.Vetus lectio Calydne

Universidad de Deusto
Biblioteca

de qua inter insulas Europæ dictum est. Calydne inquit in qua oppida.iii. etiã si non oppida.iii.legebaẽ sed oppidam:ac deinde oppidũ:quia quid esset oppidam nescirent librarii. Alioquin Calydna continentis urbs haud procul Cauno gentis Rhodiorũ subiectæ nominatur Herodoto Straboni Plinio:ut supra monui: unde nomen fortasse.Item supra:CAROS AC NEELIMNIA. Scribendum Casos ac duæ Calymnæ.De Caso præter Strabonem uetus quoq; lectio. De Calymnis item duabus uolumine quarto diximus:quo & remittimus legentes.

Ex eodem.xxxi.

MARCONESSO OPPIDVM CERANYVS. Scribendũ putamus In Arcónesso oppidũ Ceramus:cum ex uetustis codicibus: tũ q; in continenti quoq; oppidũ fuit Ceramus:a quo & sinus Ceramicus ex Plinio mox.Arcónesus uero insula ut inqt Strabo præiacet Halicarnasso.Et infra:HIEROS. lectio antiqua Leros:quã Strabo quoq; Sporadibus annumerat sitã prope Co.De Arcónesso alia uel hac ipsa/itemq; de Lero etiã libro quarto diximus.

Ex eodem.xxxi.

MEROPE VOCATA CHEA VT STAPHYLVS MEROPIS VT DIONYSIVS.Antiqua lectio & diuersa & æque mẽdosa est. Stephanus insulam hanc quãdoq; Cariam & Carida scribit appellatam. Meropin uero a Merope terrigena Triopæ filio. deinde Con a Co Meropis filia:ut possit quidem & Coa dici:quod & Strabo interim usurpat:Chea uero nusq̃ legiẽ. Audaculus fortasse fuero daturusq; mox pœnas si male ceciderit. Sed lectio potuit esse uel talis:Meropis uocata dein Cos a filia Meropis ut Dionysius.Vel talis:Merope uocata:Cœa ut Staphyl' Meropis ut Dionysius ex Ouidiano uersu:Eurypyliq; urbẽ qua cœæ cornua matres Gesserunt.Etiã si Coæ malim q̃ Cœæ:Homerus καὶ κωῖ̃ ἔυρυπύλοιο πόλι̃ος.Illud notauero Thucydidẽ octauo libro & Straboném quoq; nõ tam Con q̃ iunctim Con meropidem uocare solitos

Ex eodem.xxxi. Lhanc insulã.

NYSIRO. Scribe Nisyron:ut nomen insulæ intelligas abruptæ monti qui Prion dicitur in Co. Media in Nisyro producitur:Homerus ὅι ἀἄρα μίσυρον τεῖχον natam e iaculo Neptuni fabulantur frustra misso in Polyboten unum e gigantibus natantem. Et infra PSERE.Lego Pſyra neutro genere plurali numero ex Strabone. Homerus Pſyrien μίσου ἔπι ψυρίης. Ignobilis uero insula cessit in prouerbium:ut quæ parum magnifice ac præparce fierẽt

Pſyra hoc est Pſyrice facta dicerent.Cratinus ψυρᾶ τὸν Διόμυσον ἄγοντες καὶ ψυρᾶ τὴν σπάρτην ἄγειν.

Ex eodem.xxxi.

LAMPSA EMINDVS. Scribendum forte Lapsemandus:ab oppido Cariæ Lapsemanda. Cuius mentionem facit Carterus in sophismatis ex Stephano. Et infra: SEPHIVSA MELANVM. Vetus lectio Sepiussa Melano.i.σηπιοῦσσα μελαμώ: quod & uero propius est:ut alteram a Sepiis/alteram ab Atrore dictam intelligamus. Item DISCVMELITAS MILEROS LVCINAS. Vetus lectio Duas Camelidas Mileto uicinas.Strabo:Præiacet inquit Mileto insula quæ Lade nominatur & aliæ iuxta circũ Trageas appellatas Pyratarum statiunculæ.De Lada Thucydides & Plinius hoc capite.

Ex eodem.xxxi.

PARTHEMIAM. Et infra:ADRIISAN. Lege Partheniam & Dryusan. Stephanus:Vocabatur inqt prius Parthenia/& Dryusa & Anthemusa & Melamphyllos. Strabo Partheniada. Et infra: MONS GERGECIVS.Scribendũ arbitror Cercetius siue Cercetieus/hoc est κέρκετιευσ̃ quẽ Strabo Ampelon uocari tradat:confusione orta/q; in insula Icaro mons aduersus Samo contra montem eius Ampelon Cercetieus dicatur.Est inquit Strabo promontoriũ in Samo Ampelus ex aduerso Drepani montis Icarii.Sed & iuga omnia quæ totam Samum faciunt montosam eodem nomine uocantur Ampelos. Et alibi:Cercetius inquit mons Icari celebrior est Ampelo:cui Samiorum oppidũ subiacet. Et infra:RHIPARA.Scribendum Rhypara.

Ex eodem.xxxi.

ACHILLEA PAR CLARITATE. Distinguendum est ut uerba illa Par claritate/non ad Achilleam sed ad Chium sequentem pertineant.Quod autẽ uocari eam legis PYTHIVSSAM.Scribe Pityusam ex Strabone/a Pinetis uidelicet.& infra PILLINEVM. Non tam ut Pellenæum scribatur ex Strabone moneo q̃ ut memineris Pellenæum montem in altera Chio non insula sed Cariæ continentis oppido fuisse:ut Dionysius ante Stephanum affirmat.Itaq; uel auctores/qđ fieri solet/hallucinati sunt:uel qđ modestius est credere/utrunq; nomen insulæ cõmunicatum est.

Ex eodem.xxxi.

HALENE.Scribendum puto Halone. Plinius secundo libro:Enata inquit proditur inter Lebedũ & Teon Halone. De Teo statim

Universidad de Deusto
Biblioteca

fere dicetur.Scio & in Ponto alteram hoc nomine ut liquebit.

Ex eodem.xxxi.

THELLVSA ET DAPNVSA. Vetus lectio Daphnuſa quaſi a lauro/ut Thalluſam quoq; ſcribi fortaſſe oporteat:quæ uox uirentem florentemq; ſignificat.Et infra:QVAE PISISTRATI VOCANT ATINE.Codices antiqui Quæ Piſiſtrati uocantur Anthinæ. Et infra:ENARESIDVS APELE. An ſcribi poteſt œnare/Siduſa Pela:ut littera.a.ſit præcedentis uerbi finis.unde Pelenſes.i.πηλεῖσ Stephano. Thucydides Siduſam nō procul Chio ſtatuit & Oenuſſis:Item Pelam ut probabitur ſequētibus.Plinius trigeſimo ſecundo:Ad Pelen inquit inſulam & Clazomenas amariſſimos eſſe piſces.nam & ibi Apele ſcriptum ex fide ueterum exemplarioꝝ diſpunximus.Et ſupra OENVS. Scribo Oenuſſæ/cū ex Pomponio/tū ex Hecatæo & Thucydide ita proximā Chio appellantibus ut libro quarto monui.Ab hac Oenuſſæi:nam Oeniadæ in Acarnania urbs eſt Eryſiche olim dicta prope Acheloum. Sunt & ad Oetam Oeniadæ Stephano:ab iis diuerſos reddente q dicantur Aenienſes:ut in Aetolia demonſtratum eſt.

Ex eodem.xxxi.

DREMVSA. Scribo Drymuſa. Thucydides octauo libro:Naues inqt cæteræ tenuerunt inſulas Clazomenis obiectas Marathuſam Pelam Drymuſam.Et infra:PHYLE PERIRHEAVSA.Vetus lectio commodior Pſile Perirheuſa. Et infra:THEOS & COMMYONESOS.Legendum Teos:unde Anacreon & Cromyoneſos ex Strabone / quaſi fertilis Ceparum inſula. Et infra:ARGEMINISE & LEVCOPHRVS. Scribendum Argenuſſæ & Leucophrys ex Strabone. Argennon uero Troadis promontoriū eſt cui præiacent Argenuſæ auctor Stephanus.

Ex capite.xxxii.

PYTTIVSA.Scribendum Pityuſa ex Strabone.Sunt qui ab Homero dictā rentur Pityeam ὃι πιτύειαν ἔχουι καὶ Τυρσίησ ὄρόσ ἀιπὺ Laomedontiam ab Epaphrodito.Demoſthenes a Priapo Veneris & Bacchi filio conditam exiſtimat.Alii Pityam ſiue Pityeam non pro Lampſaco accipiunt:ſed inter Parium & Priapū collocant:ut ait Stephanus.Hos ſecutus eſt Valerius Flaccus:Iam iuga pcotes pariumq; infame fragoſis Exuperant pityamq; uadis. Etiamſi nō Pitya in eo uerſu legebatur ſed Phya/quæ ibi nulla eſt.In Achaia certe Phia traditur Eleo tractu auctor Thucydides poſt Homerū producta prima:quæ item Phea dicit correpta.Et infra PARVū

COLONIA. Scribe Parium Colonia ex Plinio multis locis hoc opere:Item Strabone Ptolomæo cæteris a Pario Iaſonis.

Ex eodem.xxxii.

AMNIS ABSEPVS.Legendum uel Apeſus uel Aeſepus.de priore Homerus/q & urbē fluuio cognominē intelligit ὃι Ἀδάρασσειαν τεῖχοσ καὶ ἄκριον ἐπαισοῦ. Dicebatur & Pæſos ὄσρεῒμι παισῶ μάλα πολυπίδακοσ ὥσσ ἀράθαρμι, Strabo quoq; Inter Lampſacum inquit & Parium Apæſus amnis & oppidum. Sed & Aeſepum flumē ab eodem Homero celebratur ad urbem Zeliam.Item Strabone Ptolomæoq; cuius uerba hæc: Cyzicus/Aeſepi amnis hoſtia/Parium Colonia/Granii amnis hoſtia.

Ex eodem.xxxii.

ARTAGE PORTVS.Antiqua lectio Artace:Itemq; Ptolomæus & Stephanus ex Sophocle Demetrio Demoſthene:ubi Venus aiunt colitur Hepheſtia. Alii montem in Cyzico & inſulam per ſe Mileſiorum in Phrygia coloniam uocari dicunt Artacen/ut Timoſthenes atq; Strabo & Plinius calce libri huius: Niſi quis Arpage ſcribendum putet/non Artage.Strabo:Supra flumen inquit Granicum ciuitas eſt Sidene:in confinio autem Cyzicenorum & Priapenſium Harpagia/q; ibi Ganymeden raptum ferant/plurali numero.Thucydides octauo libro:Athenienſes inquit conſpicati ad Harpagium & Priapū naues octo e Byzantio profectas aggrediuntur.Et infra:VLTRA INSVLAM.Scribendum Vltra inſula recto caſu.Et paulo poſt CYZIEVM.Lege Cyzicū ex Strabone Ptolomæo cæteris.Erat autem cōtinenti iuncta Cyzicus nō aggeſtu terræ ſed pontibus ut inquit Strabo.

Ex eodem.xxxii.

ARCHONNESOS ET DOLIONIS ET DIDYMIS. Scribendum Arctōneſos & Dolionis & Dindymis ex Strabone:ut ab Arconneſo diſtet inſula:etiam ſi Arcos & Arctos idem animal hoc eſt urſum græcis ſignificet:nomen ei a monte cui ſubiacet ἄρκτωι id eſt urſorum uocato: ſicut a Dindymo quoq; altero eius monte Dindymis.Stephanus:Arcton inqt inſula diuiſim hoc eſt urſorū & iunctim Arctonneſos appellatur Cyzicus. Dolionis uero dicta quoniā Doliones quos Hecatæus δολιέασ uocat Cyzicū incolebant.

Ex eodem.xxxii.

CYLACE.Scribendum Scylace.Hecatæus/Scylace inquit urbs circa Cyzicum.Herodotus/Placiam inquit & Scylacen cum pelaſgi ad Helleſpontum habitarēt.Pomponius/Placia & Scylace paruæ

Universidad de Deusto
Biblioteca

Pelaſgorum coloniæ. Valerius Flaccus:Et te iam medio ſpumantem Rhyndace ponto: Spumoſumq; legunt fracta ſcylaceon ab unda.Et infra:IN STAGNO ARTINIA. Scribendum Artynia:quod & Aphnitis auctore Stephano uocatur. etiam ſi Strabo Aphnitin lacum tradit/non hunc qui ad Miletopolin ſit/ſed alterum in uicino qui ad Daſcyliũ dicatur: ab Aphnio ciuitate iuxta Miletopolin & Cyzicum conditoris habente nomẽ:uel a nympha ut quidam malunt Aphnaide.Homerus ὃι ἀὲ χέλειαρ ἔμαιομ ὕπαι ποδὶα μείατομ ἴλησ ἀφνειοί πίμορτεσ ὕλωρ μέλαμ ἀισήποιο.

Ex eodem.xxxii.

MAGESTON. Vetus lectio Maceſton. Strabo item Meceſton: Rhyndacus inquit amnis cum alios ſecum trahẽs tum Meceſton e Myſia in Propontidem erumpit. Et infra: GORDIOCONE. Vetus lectio Gordiu Come:hoc eſt Gordii uicus qui Midæ regis pater fuerit.hæc & Gordion & Gordieon uocari ſolet.Strabo:Vbi Phryges inquit Reges habitauerant antiquitus Midas & Gordius/ne ueſtigia quidem oppidorum ſeruantur/ſed uici paulo cæteris maiores uiſuntur ut Gordiũ. Et alibi:Cleon inquit ex Gordiu Come fuerat:quam poſtea cum auxiſſet cognominauit Iuliopolin De Gordio tamen Plinius haud multo poſt:ut uel hoc ipſũ quod in Bithynnia eſt:uel alterum quod in Galatia Phrygiaue ſit/oſtẽdat: Galatia inquit agros Phrygiæ maiori ex parte tenet:caputq; quondam eius Gordium.

Ex eodem.xxxii.

DASTYLOS. Scribo Daſcylos: quod & Daſcylion quoq; dicitur multis locis ex Stephano Scrabone Mela Ptolomæo. Et infra: BRIALION. Scribendum ſupra monui Bryllion haud procul Daſcylio ut Ephorus qui & Cion dici eã credidit: quæ alia eſt ut

Ex eodem.xxxii. Mox patebit.

HYLAS ET CHIOS.Scribendum Cios non Chios ex Strabone Mela cæteris: a Cio Herculis comite:a qua Ciani.Pruſias deinde a Pruſio Zelata rege Bithynnoꝝ. diuerſum ab hoc Pruſa oppidũ ut poſt dicemus.Raptũ Hylæ Dionyſius p hæc loca cecinit:unde puerbiũ de iis qui obaudiunt Hylan uocat.Alii Cium non Pruſiada ſed ſupra ipſam fuiſſe referunt ex Euſtathio.

Ex eodem.xxxii.

APAMEA QVAE NVNC MYRIA. Scribendum Myrlea ex Strabone cæteriſq;.Stephanus/Myrlea inquit Bithynniæ oppidũ eſt quod Apamea dicit a Myrlo Colophoniorum duce. Nicomedes autẽ Epiphanes cognomine Pruſii regis filius de matris Apames nomine Apameã uocari uoluit.Quidã ab Amazone Myrlea. Proinde uerbũ hac pte Colophonioꝝ ſequẽtibus abiũgendũ erit.

Ex eodem.xxxii.

MANGYra.uetus lectio Ancyra:Itẽ Apollonius Strabo Ptolomæus cæteri:ab anchoris nauiũ captaꝝ a Mitridate/quas Ptolomæus Aegypti rex Suppetias Gallogræcis miſerat.duæ uero ſũt Ancyræ Plinio Straboni Ptolomæo:altera Phrygiæ/altera Galatiæ. hinc Synodus Ancyritana tam multis locis in iure Pontificio citata.Et infra COTTON & MYDIVM.Scribo Cotieon & Mideon ſiue Cotiaion & Midaion:unde Cotiaenſes & Midaenſes ex Ptolomæo Straboneq;. De Midæis populis/nam & ſic dicuntur/ſupra quoq; diſputatũ eſt.Coticon poteſt & Cotiæon ſcribi: quidã & Coſiæon ut ait Stephanus.Ex hoc oppido grãmaticus Alexãder fuit Aſclepiadæ filius:qui de uaria hiſtoria ſiue materia uigintiquatuor ſcripſit uolumina:peritiſſimus ætatis ſuæ uir.

Ex eodem.xxxii.

TOLOSTOBAGI. Eratoſthenes & Strabo Toliſtobogi ꝓducta penultima.Stephanus Toliſtobii. Et infra:TROGINE. Strabo Trogni. Sed cum paulo poſt legamus TROGINOS:ſcribendũ crediderim Trogmos:atq; ita certe Ptolomæus & Stephanus appellant:qui & Trogmeni quoq; nominentur.Quod autem protinus ſubiungit: Prætenditur inquit Cappadocia a ſeptentrione & ſolis ortu:principium eſt ſequentis clauſulæ.

Ex eodem.xxxii.

TECTOGASVM ANQVIRA TROGINORVM TAVINVM TOLOSTOBAGORVM PISIMIVS.Sex uerba ſex errata.Scribe:Tectoſagum:Ancyra:Trogmorum:Tauium:Toliſtobogorum:Peſſinus:ex Strabone Ptolomæo cæteris.De Ancyra ſiue Anquyra Galatiæ paulo ante diximus.De Tauio cũ alii tum uetuſti codices & Stephanus.Mitridates inquit & Ariobarzanes ſuperato Ptolomæo tria cõdidere oppida:Ancyrã:Tayiam & Peſſiuntem.Antoninus Tauiã & Tabiam quoq; appellat. Peſſinus uel a cõditore dicta:unde mater deũ Romã tranſlata.uel ut Ammianus inquit ἀπὸ τοῦ πεσεῖμ figmẽto deæ cœlitus lapſo. In Strabone Vion corrupte pro Tauion ſcriptum eſt.De uerbo Tectoſagum: Meminiſſe oportet ſingulari numero duobus modis efferri nomen id a græcis/Tectoſax & Tectoſages:ut Cappadox & Cappadoces:auctor Stephanus.

Universidad de Deusto
Biblioteca

Ex eodem.xxxii.

ATTALENSES ALASENSES COMENSES. Scribendū arbitror non Alaſenſes ſed Araſenſes. Strabo Piſidiæ contributas ait quondam fuiſſe Adaden Araſſum Cremnam'. Ptolomæus quoq; Araſſum in Pamphyliæ Carbalia conſtituit: quam ut Plinius teſtatur attingunt Galatæ. Dicat aliquis quamobrē non tota lectio in hunc modum mutetur Adadenſes Araſſenſes Cremnenſes: Nēpe quoniā Attalenſes quoq; Cicero iis locis in actione contra Rullum Tr.pl. ſecunda nominat. Comenſes autem ſiue quod idem eſt Comanos Strabo. Ptolomæus in Piſidia Comanēſes quoſdam uocauit: ut in Galatia Dictienſes ab Dicti urbe: quos Plinius fortaſſe DIDYENSES: ſed hoc non iudico ſed indico: ut ſit non anſa maleuolis/ſed offa ſtudioſis.

Ex eodem.xxxii.

LYSTRENE. Scribo Lyſirene a Lyſira quam Ptolomæus in mōtanis Iſauriæ ſitam Galatiæ aſſcripſit. Et infra: THEBISENI. Dictum eſt ſuperius quamobrem Tarbaſeni ſcribendū eſſe uideretur ex Strabone. Stephanus tamen locum eum in Piſidia Tabas uocat unde Tabaſeni.

Ex eodem.xxxii.

ATTINGIT GALATIAM ET PAMPHYLIAM GABALIAM ET MYLIAS QVI CIRCA BARIN SVNT. Lego Attingit Galatia & Pamphyliæ Carbaliam & Milyas qui circa Barin ſunt. partim ex uetuſtis codicibus: partim ex Ptolomæo atq; Plinio ſuperius in Pamphylia ubi & regio Carbalia & Milyæ mōſtrantur Herodoto Straboni cæteris. De Bari quoq; Ptolomæus in Piſidica Pamphyliæ præfectura. Significat uero id nomen græcis domiciliorum & habitationum frequentiam: uſurpantq; id ſacræ interdum litteræ pro ædibus eburneis: nam & elephantes Poetæ Barros uocant.

Ex eodem.xxxii.

ORONTICVM. Ptolomæus Orondicū. Cicero quoq; cōtra Rullum ſecunda Orondicum appellat agrum: etiam ſi perperā quandoq; legitur Orindicū. Plinius item ſupra oppidū Piſidiæ Oronda. Eſt uero tanta inter.d.&.t. germanitas ut in pleriſq; mutuo ſe impellant elidantq;: Nam & Atraphaxin uocamus herbam quæ Adraphaxis ab Hyppocrate dicebatur: & Entelechiam Ariſtoteles pro Endelechia uſurpat. Ita enim melius eſt q̄ putare aut Ciceronem perperam dixiſſe continuam & perennem quandam uim: aut corruptos cōmentarios ariſtotelis fuiſſe. Propterea Grāmatici qui

de quinq; Dialectis græcorum ſcripſere aiūt mōrem Atticoq; fuiſſe Iſam. d. in. t. mutādi: exemplūq; in Atraphaxi & Entelechia eius rei dant. eſt & Luciani teſtimoniū in eo libro qui δίκη φωνηέντων inſcribitur: ibi. d. littera conqueritᵉ de. t. q; Endelechia quondā dicta nunc inquit Entelechia uocetur. Erit ergo & apud Ciceronē & apud Ariſtotelem Entelechia ſcribendum. ſed ut continuationē & perpetem quēdam actum/nō ut pfectionē ꝓprie ſignificet. Quod enim motum Cicero dixit: nō aliam rem intelligi uoluit q̄ actum atq; uim/nunq̄ deſidem aut ceſſantem. Nemo autem iniquo ferat animo: ſi parte hac ſentimus contra q̄ ipſi prodiderunt: Nā & nos quoq; aliter quandoq; opinabamur: Ita non tam illis q̄ nobis ipſi contradicimus.

Ex eodem.xxxii.

NVNC RELIQVA IN ORA A RIO. Quidam legūt a Tio: tota ut dicitur errantes uia: quoniam Tium ſiue Tios nō in Propontide/ſed in ipſo Ponto ſita eſt: nec ad initiū Bithynniæ de quo Plinius hac parte/ſed ad finem & iuxta Paphlagonas. Plinius ſequentis libri primo capite: Ab Heraclea inquit Tium oppidum fluuius Bilæus ultra quem gens eſt Paphlagonum. Pomponius: Tios inquit oppidum Mileſioq; quidem colonia: ſed iā ſoli gentiſq; Paphlagonum. Fefellit eos quod in Plinio mendoſe legebatᵉ Titium pro Tium: ut euidentiſſime conſtabit loco ſuo. Propterea non a Tio ſed a Cio ſcribendum hac parte fuerit. Cion enim urbē ſuperius hoc ipſo capite poſtremā in ora littorum fecerat: Amnis inquit Cios cum oppido eiuſdem nominis. Cum igitur de Cio dictum eſſet/deinde relicta ora mediterraneos Phrygiæ & Galatiæ populos deſcripſiſſet: iterum ad oram ex ſua conſuetudine regreditur: Nunc inquit reliqua in ora a Cio cui Olympū montē ꝓximū demōſtrat. qđ quidē & Ptolomæus & Pōponius & Strabo faciūt.

Ex eodem.xxxii.

INTVS ET BITHYNNIA BRVSA. Vetus lectio Intus in Bithynnia Pruſa. Strabo quoq; Ptolomæuſq; Pruſā urbē ſub Olympo monte collocāt. Eſt & altera inquit Plinius Pruſias: quæ cognomento montis Hippii diſtinguitur. A Ptolomæo Pruſa non Pruſias uocatᵉ. Illud Græci notāt a Pruſa Pruſaenſes/a Pruſiade quæ Cios quondam fuerit/ut diximus hoc capite Pruſienſes appellari. Et inſra: INDE NICAEA. Scribendū inde Nicæā. Neceſſaria caſtigatio/quoniam ſequatᵉ deinde Nicæa: nequis duas Nicæas hoc tractu crederet. Quod aūt hic Nicæā Plinius Olbiam fuiſſe dictā refert: alii de Nicomedia non de Nicæa memorant.

Universidad de Deusto
Biblioteca

Ex eodem.xxxii.

QVAE PRIVS OLVIA ET PRVSIAS. Scribendum Quæ prius Olbia & Prusa ex Ptolomæo:Sed ita ut uerbum Prusa alterũ sit oppidũ & cum sequenti cæso iungas hoc modo: Prusa item altera sub Hippio monte seu fluuio ut Ptolomæus inquit. hoc enim discrimine a Prusa quæ sub Olympo est dirimitur. Et infra:GARIPHANTA.Et paulo post CHRYSORBOAS.Scribendum arbitror Coryphanta & Chrysorrhoas/cũ ex uetustis codicibus/tũ ex loquendi consuetudine usuq; græcor̃.alioquin & Coryphantena celebrant' ostrea Plinio Mutianoq;:tam &ĺ & altera Coryphãtis est í Aeolide tractu Heracleotico Straboni & Plinio. Sed & in Laconia Coryphasium locus erat iuxta Pylũ auctor Thucydides libro tertio.Et infra:CRVSPEDITES.Scribendum Craspedites quoniam inquit oppidum id uelut in Lacinia erat / quam Græci Craspedon uocant:inter quos Theocritus.

Ex eodem.xxxii.

GALEADON. Scribendũ Chalcedon ex Pomponio Herodoto Diodoro Strabone Ptolomæo cæteris.Idem error & duobus locis infra ubi scriptum est CALCHADONA & CALCHADONE.Itẽ GRAECOR̃ OPPIDVM. Lege Cæcor̃ nõ Græcor̃:quia locum inquit eligere nescissent:ideo sequit':Byzantio tanto fœliciore omnibus modis sede:quoniam Megarensibus Apollinem consulentibus ubi locum oppido capesserent:dictio data fuerat in Bosphoro Thracio:qua parte cum piscibus cerui cõpascerent. Eustathius:ut ne hoc quoq; fileam:Byzantium/quæ nunc Constantinopolis dicitur/tradit ab ipso Constantino Anthusam uocatũ:& prius ab Antonino Bassiano Seueri cæsaris filio Antoninam:sed q̃diu pater uixerit id nomen obtinuisse.

Ex eodem.xxxii.

BITHYNNIOTÆ. Stephanus ab urbe Bithynnio Bithynniatas & Bithynnienses deduci/nõ Bithynniotas scribit. Hanc Ptolomæus Claudiopolin quoq; appellat.Certe uetus lectio hac parte non Bithynniotæ habet/sed Bithynnion:de qua & Strabo.

Ex eodem.xxxii.

PORTVS AMYCI.Antiqua exẽplaria Portus Azini:ut fere scribendũ suspicer Azani siue Azari. Strabo:In ore inqt Ponti Chalcedon & Chrysopolis & templũ Chalcedoniũ & paulo supra mare fons Azaritia quæ Crocodilos paruos alit. Quia tamẽ Stephanus Zaretã uocari fontẽ eũ tradit:Azanũ uero í Bithynnia urbẽ fuisse

Propius uero est ut inde portus Azani dictus sit/siue Azanii.Erat & Azanitis in Asia palus Phrygiæ maioris Straboni & oppidum Azani:Ptolomæo iuxta Cercopenos:de quibus forte Plinius capite huius libri nono & uigesimo/ubi ait:Iura Synnadem petere Lycaonas APIANOS CORPENOS: quasi mendosa lectione pro Azanos & Cercopenos.Herodianus Aezanos ab Aezano Tantali filio.Quidam Azanios & urbem ipsam Azanion.Sciendum uero urbem Phrygiæ Azanium siue quod idem est Azanos plurali numero:Ab Hermogene ut inquit Stephanus Hexaganon initio uocatam ex argumento quasi Hexin & Aganon/id est Erinaceũ atq; uulpem/quibus in fame ac penuria sacrificatis consecuta esset sertilitas. quod ipsum inqt & in Bithynniæ Azanio factũ est ut pro Hexagano diceretur Azanion. In Venetis quoq; annalibus reges Hexagonaq; ex hac ut arbitror origine celebrati sunt. Fuerunt & in Troade Aziani ab Azea oppido ut inqt Hellanicus:quos græci modo Azeotas mõ Azeos uocabant.Dicebat' & quædã Athenis Plebecula curiæ Hippothõtidis Azania. Erãt & ps Arcadiæ Azanes siue Azani.Eudoxus & fontẽ quẽdã Azaniũ uocari memorat: cuius aquã gustãtibus uini tediũ ueniat í tantũ ut ne odor quidẽ eius ferat'/q; in eã aquã Melãpus abiecisse credit' piamẽta illa quibus Prœti filias furẽtes lustrauerat.In Clitorio agro Vitruuius & Plinius haberi talẽ fontẽ siue lacũ asserũt.In Narbonẽsi quoq; puincia Massilienſi agro Azania locus fuisse traditur Philoni.

Ex eodem.xxxii.

BOSPHORVS THRACIVS QVINGENTOR̃ PASSVũ. Põponius:Quinq; stadiis Europã inqt ab Asia disterminat Thracius ut dictũ est Bosphorus.q̃d si uerũ est/nõ q̃ngẽtos passus/ſ̃ sexcẽtos.xxv.fretũ id pateret.nã li.ix.ubi legit' ad angustias eas mille tantũ passus esse medii interfluentis Euripi.scribendũ erit nõ.M. sed.d.aut.dc.Strabo quoq; interuallũ id πεμπτεσάδιον hoc est stadion quinq; facit.

VBI SPIROPOLIS. Scribendum puto aut Vbi Bosporopolis a Bosporo.nã & in Bosporo Cimmerio Bosporos erat ciuitas / ut oẽs fere testãtur:Aut Sphyropolis ἀπὸ τῆς σφυρᾶς q; maleoli cuiusdã & calcaris modo ꝓcurrãt in Europã angustiæ:Aut Stenopolis/cũ q; oppidũ hoc in ipsis faucibus locatũ erat ut ait Plini' quas Græci στεμὰ appellãt: tũ q; hostiũ quoq; unũ amnis Istri/q̃d Spirostomon scriptũ erat/Stenostomon ex Marciani testionio correximus. Aut certe Phinopolis ut in aduersa ei Thracia nõ in Bithynnia fu

Universidad de Deusto
Biblioteca

isse capiamus. Etenim libro quarto in Thracia sic ait:Phinopolis
Ex eodem.xxxii. Liuxta quā Bosphoros.
CANIA PLEBE ZEOPELOS.&.infra DELPACe POLIDORA VTARCEON. Vetus lectio candidiot/Acanthos Phœbe Scopelos Delphacia Polydora Atarcæon siue Artacæō potius/hoc est Artacæorum aut etiam Artace.ita enim uocari tradūt insulam Demetrius & Timosthenes : de quo & supra diximus hoc capite. Polydora quoq; unde Polydorenses Cyzico uicina redditur a Stephano.De Scopelo Ptolomæus qui Erythinon cognominari eum tradit.Sꝫ & Homerus κρώμυαν τἀιγίαλον τε καὶ ὕψηλουσ' ἐρυείμουσ qui nunc Erythini a colore nominentur prope insulā Thynniada De Phœbe Stephanus ex Diogene ut protinus reddetur.
Ex eodem.xxxii.
DEMONNESOS.Sunt qui a dæmone dictam rati per diphthongum.æ.scribant falso.Stephanus δαιμόννησος inquit circa Chalcedonem insula est a Demoneso quodam uocata:ibi metalla Cerulei & Chrysocollæ itemq; auri feruntur inueniri.
Ex eodem.xxxii.
ETHYNNIAS.Scribe Thynnias de qua mox dixi auctore Ptolomæo/item Strabone:a quo tamen nō Thynnias sed Thynnia uocatur/sicut & Thyneis & Thyne Stephano. Pomponius Thynnias inquit insula Maryandinorum finibus proxima urbem habet quam quia Bithynni incolunt Bithynnida appellant. De hac intelligere Propertium uoluit Domitius illo uersu/Grata domus nymphis humida thynniacis:quasi Thynnis ab insula Thynniade/non contra potius Thynniadi ab Thynnis impositū nomen esset.Sunt & q legant/humida Thymiasis/hoc est exhalatio. Besbicos uero de qua paulo post/ea insula est quam Bithynniæ auulsam uolumine secundo retulit:ubi castiganda lectio est capite.xc. BELBICVM pro Besbico præferens/ex Diogene Cyziceno q Proconnesum & Phœben & Alonē & Physiam & Ophiusam & Besbicum & Gonimos & Liparas iis locis insulas enumerat.
Ex eodem.xxxii.
ELEA & DVæ RHODIAE ASSOE CREBINTHOS MAGALE. Antiqua lectio concinnior/Elæa & duæ Rhodiussæ Erebinthus Megale. De Elæa Stephanus qui ait Bithynniæ portum quendam ita dici : & insulas quoq; aliquot eodem ferri nomine. Rhodiussam in Pelopōneso quidem legi:Argiuam urbem in Ponto nondum legi/sed esse potuit. & utiq; moneta id uerbum græca

percussum est:quemadmodum Erebinthos/quæ uox Ciceré signi ficat.Et Megale:quod nomen & alia loca retinēt & in Lycio mari ut Stephanus ait insula:q̄q̄ Ptolomæus & Plinius in eo situ nominant Megesten .Et infra:CHALCITIS PYTHIODES.Scribē dū Chalcitis Pityodes.Artemidorus:ad ꝓmontoriū inqt Heræan uocatū sita est Pityodes insula/& altera nomine Chalcitis ære fertilis/& tertia Prote dicta.Chalcitis uero contra Chalcedonem est.

CASTIGATIONES PLINIANAE HERMOLAI BARBARI AQVILEIEN.P.EX LIBRO SEXTO.

Ex Capite primo.

OCTINGENTORVM.XXV.M.P. Probamus qui uetustos secuti codices scribendum existimant Octingentorum septuagintaquinq; passuum:hoc est stadiorum septem / ex Herodoto Strabone Plinio . Singula enim stadia centum uigintiquinq; passus agunt.
Ex eodem.i.
FLVMEN SYRIS.Lego Psillis/ex Ptolomæo ac prius Strabone Plures inquit amnes fluūt Psillis & Calpas & Sangarius·Etenim Calpas & Huminis & portus nomen apud ipsum est . Ammianus tamen Sullis pro Psillis mendosa lectione:Per hæc inquit littora in sinus oblongos curuata Sangarius & Sullis & Bicus & Rheba fluuii funduntur in mare . Eustathius quoq; Psilon uocari scribit amnem eum.Stephanus cū Strabone Psillin & quandoq; Psilion unde Psiliani ac Psillitæ.Erat & Psylla fluuius eodem fere tractu: a quo Psyllatæ : Nam & Phyllis inqt amnis est Bithynniæ:a quo Phyllii Phyllienseſq; dicantur.De Rheba/cuius mentionē ex Ammiani uerbis fecimus/& paulo ante Plinius.Sciendum est & Rhebantem quoq; nominari eum/ut sit non modo Rheba Rhebæ sed Rhebas Rhebantis/ex Arriano Eustathioq;.
Ex eodem.i.
LYCO FLVMINI.Thucydides Celecen non Lycum uocari scribit amnem qui per Heracleensem agrum meat libro quarto:ut sit Celex celecis producta media : Nisi quis utrunq; fluuium haberi parte illa sentiat.Et infra:CALLICHORVM. Valerius Flaccus Callirhoon tristes acherusidos oras Præterit & festa uulgatum nocte lyæi Callirhoon nec uana fides / hic bacchus & undis Abluit

Universidad de Deusto
Biblioteca

Eoo rorantis ſanguine thyrſos. Sed cum feſtam noctem actam eo loco dicat/etiam Callichorum defenderim/quaſi a choreis. Accedit q; in Phocide locus eſt Panopeus appellatus/quem Callichoꝛ ut inquit Pauſanias uocauerit Homerus: propterea q; Thyiades Athenis profectæ/ut Liberi patris Orgia cum Delphicis mulieribus in Parnaſo móte celebrarẽt quotãnis medio itinere multis locis præcipue uero Panopenſi agro Thyaſos & choreas ducerent.

Ex eodem.i.

TITIVm AB HERACLEA.XXXVIII.M.P.FLVVIVS BILLIS. Scribo Tium nõ Titiũ. Itẽ Bilæus non Billis. Menippus/ab Heraclea inquit ad oppidum Tium & flumẽ Bilæum ſtadia.ccc. lxx. Numerus quidem nõ congruit: fortaſſeq; nõ.xxxviii.ſed.xliii. in Plinio ſcribendum ſit/ut menſura reſpõdeat. Alioquin & Pomponius ut prædixi ſed & Ptolomæus quoq; poſt Heracleã Tium medio Pſyllio conſtituit. Idem Menippus Tium ab Amaſtri ſtadiis tantum uiginti ſummouet. Strabo Amaſtrin ex quatuor oppidis initio coaluiſſe meminit/Seſamo/Cytoro/Cromna/Tio. Ammianus: Amplæ inquit ciuitates ſunt & Tios & Amaſtris: tantum abeſt ut in ora propontidis locari Tium poſſit/ut quidam ſuperiore nobis uolumine taxati crediderunt. Bilæum certe amnem Valerius Flaccus uidetur quibuſdam Cobylum uocaſſe initium Paphlagoniæ conſtituens/illo uerſu: Tum fugit omne Cobyli latus & fatis tibi tiphy negatum Parthenium/ante alios triuiæ qui creditur amnis Fidus/& inopi materna gratior unda. Etiamſi nõ Inopi legebatur/ſed Inopiæ. Cæterum Inopus amnis producta prima & medio in Delo erat/ut inquit Pauſanias & ſecũdo libro Plinius. Ipſe tamen in uerſu illo/Cobili latus & fatis tibi tiphy negatum: non de Bilæo amne intelligo: ſed Crobiali ſcribendum cẽſeo ex Apollonii uerſu libro tertio κρωβίαλον κρῶμμαρτε καὶ ὕλιεμτα κύτωρον. Tium uero ut Philoni placet a Tio dictum Mileſio ſacerdote/ut Demoſtheni a Pataro qui Tios ex argumento nominaretur/quia Iouem præcipua religione coleret. Strabo urbem hãc ut Euſtathius notauit poſt Stephanum/Tieum mauult appellare: ut propterea fortaſſe Plinius hoc loco Tieium ſcribere uoluerit. deinde per imperitiam ea uox in Titium facile deluxata fuerit.

Ex capite.ii.

PHILEMENIAM. Scribo Pylæmeniã/a Pylæmene Paphlagonũ duce. Homerus παφλαγόνων δὴγεῖτο πυλαιμένεσσι λάσιον κῆρ. Et infra: SCITORVS. lege Cytorus/ex Strabone Ptolomæo Plinio

Pomponio. Buxifer Catullo cognominatus/a Cytoro Phrixi filio urbe poſita. Seruius Macedoniæ montem cur fecerit non uideo. Quod aũt ſequit̃ A CIO: Scribendũ A Tio. Nec dubitari poteſt: quoniã a Cio lõge pluribus.p.milibus diſtat/ut facillime ſuppu-

Ex eodem.ii. Ltari poteſt.

CHIMOLIS STEBANE. Scribendum Cimolis Stephane Ptolomæus auctor. Stephanis ab Hecatæo dicitur Maryandinoꝛ quoꝛ dã oppidũ. De Cimoli & Anticimoli poſt Carãbin montẽ Strabo: Nã & hoc aduerti debet/loca hæc alios cis Carãbin/alios ultra collocaſſe: uel ipſoꝛ/uel qd̃ reuerẽtius eſt credere/librarioꝛ negligẽtia

Ex eodem.ii.

SINOPECYTFROS AQVITORO. Vetus quidem lectio Sinope a Cytoro: non tamen ois. Propterea ſiquis ita legat ab initio: Armine nũc eſt colonia Sinope Pteria a Cytoro & reliqua. frequẽtem lectionem cuſtodiet & auctorẽ præferet Herodotũ/Pteria dicentẽ plurali numero munitiſſimã & ad mare ſitam urbem fuiſſe proximam Sinopæ a Crœſo captam direptamq;. De Armine Ptolomæus & Pomponius. Armenen Xenophon ꝓducta media: Menippus & Strabo correpta. Et infra: PER CATONIAM. Scribẽdum Per Cataoniã ex uetuſtis codicibus Strabone Ptolomæo cæteris/ita partem Cappadociæ uocãtibus ad extrema Tauri mõtis.

Ex eodem.ii.

GANGE. ſcribo Gangre fœminino genere ſingulari numero ut Alexander: uel Gangra neutro & plurali ut Strabo Athenæus Eratoſthenes: A capra dictũ primo amiſſa poſt inuenta eo loco ubi nũc eſt oppidũ: ab hoc Gangreni & Gangrenſes in libris pontificũ cõuẽtus. Sũt in Paphlagonia & Dandreni ab urbe Dandara ſiue Dãdra/quæ tribus ſchœnis a Gãgre diſtat: ibiq; Iunonis Dandrenæ

Ex eodem.ii. Lfanũ/ex Stephano.

CATVRIA IACELVM. Strabo Cappadociæ uocari urbes quaſdã meminit Gaziura & Gazelũ/a qbus & Gaziuritis & Gazeluitis ſiue Gazelotis regiones dicanť: Gaziura inqt uetus regia nunc deſerta quã flumen Iris prælabit̃/ubi ſe ab occaſu flectere in aquilonem incipit. Gazelon uero ſiue Gadelon/nã utroq; modo ſcriptũ eſt/ꝓpe Halyn amnẽ ſtatuit̃ ab ipſo. Ptolomæus quoq; Gazelona id appellat. Nec lectio antiqua diſcrepat magnope. alioqn hac pte oppidoꝛ ordinẽ haud ita multũ exacte ſeruant auctores: ut in Cimoli & Stephane móſtrauimus hoc capite. Quid q; alii quædã ex iis oppida in mediterraneo cõſtituũt: alii appoſita littoribus exiſtimant.

Universidad de Deusto
Biblioteca

Ex eodem.ii.

CARVSA DE AMYSVm.Scribo Cariſſa inde Amyſum ex Ptolomæo qui ad amnem Halyn Cariſſam urbem locat:etiamſi non plane in ora ſed inter mediterranea Galatiæ quemadmodũ & Gãgra: Ipſum quoq; Halyn Galatiæ Paphlagoniæq; non Cappadociæ adiiciens.

Ex capite.iii.

ARCHELAIDEM QVAM PRAEFLVIT HYLAS.Solinus Halys non Hylas.de amne Hyla dictum in Bithynnia eſt.Et infra:OPPIDO CAMANA.Scribendum Oppida Comana.Ptolomæus/In Cappadocia inquit oppidum Comana Pontica in mediterraneo maris Galatici:& alterum Comana Cappadocici cognomine de quo nũc ſermo eſt i Armenia minore:uel ut Straboni placet in Cappadocia maiore.Vetus quoq; lectio habet Comana non Camana.Nec ignoro Chamanenen ſiue Chamanenſem in Cappadocia præfecturam uocari Plinio Straboni Ptolomæo.ſed per.ch. nõ per.c.ut Comana a Comis dicta quas Oreſtes & Iphigenia luctu ibi poſito totonderant.Differt Cappadocicum a Pontico/q; illud amnis Sarus/Ponticum amnis Iris præterit Straboni Ptolomæoq;. Non enim SALIVS in Plinio/ſed Sarus legendum ἀπὸ μεμ ὄνμ τῆσ πόλεωσ ταύτησ ὁ σάροσ ῥεῖ.de Comanis & Antoninus

Ex eodem.iii.

IN REGIONE HAC CAZACENA. Scribendum In regione Gazacena/& præcedentibus iungendum.Deinde ſequitur/In Colopena uero Sebaſtiam.De Gazacena Strabo ab urbe cui nomen Gazaca.De Colopena item Strabo:qui Culupenam tamen uocat.

Ex eodem.iii.

TIARAM CASTALIAM. Lego Tyana ex uetuſtis codicibus: item Caſtabala:utrunq; Ptolomæus/utrunq; Strabo: Poſt Tyana inquit non procul Caſtabala ſunt & Cybiſtra.Fuerunt & in Phœnice Caſtabala. Stephanus:Peraſiam inquit prius uocabant quæ nunc Caſtabala. Et in Cilicia dicuntur eſſe Caſtabala Ptolomæo ac Stephano.Tyana uero & Thoana quondam appellata ſunt ut Arrianus inquit.Ab hac urbe Tyanenſes/unde Magus Apolloniꝰus.Tyanitæ uero ut ait Stephanus in ægypto ab oppido cognoie Idẽ auctor tñ Caſtaliã quoq; urbẽ in Cilicia reddi ſcribit/a Theagene cuius oppidani Caſtaliotæ nominent. Ex eodẽ.iii.

MAGNOPOLIN ZELAN.Strabo Megalopolin nõ Magnopolin: Eã uero quã Plinius Põpeiopolin ſuperiore ſtatĩ cap.uocauit:

ipſe modo Magnopolin / modo Pompeiopolin appellat. Fuit in Cappadocia & Megalopolitis regio quam ueteres Phamizonitin dicebant.In hæc non caſtigandi Plinium aut Strabonem/ſed monendi & uelicandi lectoris gratia diuertimus.

Ex eodem.iii.

SVB MONTE ATARGA ONYZACA QVAE THEMISCYRA NVNC CAESAREA. Error ſpiſſus & multiplex.Lego Sub monte Argæo Mazaca quæ nunc Cæſarea:Nam uerbum Themiſcyra uetus lectio non habet:niſi quis in eo uerbo matrem urbium ſignificari uelit:ſicut in Temerinda pro Mæoti lacu matrem maris.Solinus Mazaca ſub Argæo ſitam Cappadoces matrẽ urbium uocant.Claudianus:Cappadocum uolucrumq; parens Argæus equorum.Ammianus: Apud Cæſaream inquit Cappadociæ Mazaca ante nominatam ſub Argæi mõtis pedibus ſitam.Vitruuius:In Cappadocia inquit itinere quod eſt inter Mazaca & Tyana. Marcianus:Mazaca inquit quam dicunt urbium matrem cui Argæus mõs imminet.Euſebius in Chronicis Mazaca Tiberius Archelao pulſo & Cappadocia in prouinciæ formam redacta nominauit Cæſaream.Ptolomæus:Ad montem inquit Argæũ Mazaca quæ nunc Cæſarea.Strabo:Mazaca inquit populorum Metropolis Euſebia quondam uocata/ſed ad Argæum montem ut a Tyanis diſtingueretur:quam item Euſebiam ad Taurum montem appellabant. A Mazacis Mazaceni/& ut Stephanus teſtatur etiam Mazaces.Suetonius in Nerone: Turba inquit Mazacum.

Ex eodem.iii.

GAVPHAVRITIS. Vetus lectio Gaſſaritis. Scribendum puto Garſauritis ex Strabone ab oppido Cappadociæ Garſaura quod in montibus inquit Lycaoniæ ſitum quõdam metropolis caputq; regiõis fuit.Et infra:FLVMEN SCADISIA.Lego Flumen Chadiſia ex Menippo qui & uicum ita uocat:A Lycaſto inquit ad uicum & amnem Chadiſium ſtadia centum quinquaginta:inde ad Irin amnem centum. Hecatæus: Themiſcyra inquit planicies eſt a Chadiſia uſq; Thermodontem.

Ex eodem.iii.

IELA.Scribendum Ziela ex uetuſtis codicibus & Stephano ut differat a Zela ſuperiore/quam in Armenia quidam minore ſtatuũt cognominatam Sacea neutro genere Straboni. Erat & in Ponto Zela:nam Ziela triſyllabum eſt/quam Nicomedis filius Zielas nomine condiderit.

Universidad de Deusto
Biblioteca

Ex eodem.iii.

PHANORIAM.Vetus lectio Pharnaciam:de qua sequēti capite. alioqn Phanaroea quoq; haud procul Pharnacia est.Strabo:Pharnaciæ inquit iuncta est Sidene ac Themiscyra.iis autem superiacet Phanaroea dicta:unde non Thermodon sed Iris inquit amnis oritur: Fluuius inquit Thermodon per Themiscyræ campestria delabitur:itemq; alter uocatus Iris/e Phanaroea ueniens. In Ptolomæo Phanagoria mendose legitur hac parte pro Phanaroea.Et enim Phanagoria post reddenda est.

Ex eodem.iii.

AMAZONICVS THEMYSCIRA. Legendum reor Phamizonium Themiscyra. Est autem Phamizoniū siue Phamizon in regione Amasia/Neapolis post uocatum/ut inquit Strabo:& inde Phamizonitis regio. Stephanus quoq; idē cōfirmat:tametsi apud Strabonē qnq; lris cōmutatis Phazimonē ꝓ Phamizonē legamus

Ex eodem.iii.

AMASIA COMARA. Nec Ptolomæus nec Strabo mentionem habent:nam de Amasia superius. Ameriā certe ac Comana cognomento Pontica inuenio Cappadociæ urbes fuisse / haud remotas Straboni.Comana enim ut prædixi fuere gemina Cappadocicum & Ponticum.de Cappadocico iam dictum:nunc uero de Pontico. Nec damno Amasia:etiamsi mediterraneæ modo urbes sunt quæ quondam ut alia pleraq; in ipso littore collocatæ fuerint.

Ex capite.iiii.

NVNC MATIVM GENTES CENARVM.Lego Nūc Manteum Genetarum: ut sit sensus a capite superiore pendens: fuisse quondam in ora Themiscyræ regionis Amasiam & Comana:nūc earum loco Manteum esse populorum qui Genetæ nominantur. De Manteo præcedente libro dictum.Genetæ uero iis locis cum a Valerio Flacco tum ab Apollonio poeta celebrātur/Genetæū promontorium dicente.Erat ibi & Genetes portus & fluuius auctore Sophocle.Dicebantur & Genetes ut sit genes genetis singulari numero auctor Stephanus. Meminit & Eustathius & poeta Dionysius & Strabo: In ora inquit Genetes & Cotyoros/deinde Ischo/

Ex eodem.iiii. Ꝛpolis & Cerasus.

OPPIDVM COTYLORVM. Scribo Cotyorum siue Cotyara siue Cotyoros ex Stephano Eustathioq;:ut huc more suo Valerius Flaccus alluserit illo uersu/Quos aduena Phryxi Progenuit/pariterq; leui cotyorus in hasta. ubi tamen Eutisorus corrupte scribe/

batur.Xenophon Cotyriotas siue Cotyoritas cū Cerasuntiis Trapezuntiisq; tributū solitos pendere Sinopensibus refert:ut in Ptolomæo ac Strabone Cytæorum aut Cytorum hoc tractu perperam legi putem/pro Cotyoro.Et infra:TYBARENI.Scribe Tibareni per.i.qui & Tibarani recte dici possunt ex Ephoro Strabone Pōponio:summum bonum in iocis atq; risu collocare crediti.

Ex eodem.iiii.

MASINI.Legendū Mossyni aut certe Mossynoeci ex Xenophonte Halicarnassæo Dionysio Strabone ad Scydissam montem: ita dicti/quoniam in turriculis ujuant:quas Græci Mosynos & Mosynas appellant ex poeta Dionysio ac Strabone.Stephanus Tibarenis inqt proximi sunt Mossynoeci & Calybes.Ammianus:Post Calybas inqt sunt Byzares & Sapyres & Tibareni & Mossynoeci & Macrones & Philyres.Valerius:Mossynoeci & uos stabulis Macrones ab altis Byzaresq; uagi Philyræq; a nomine dicta Littora/ quæ cornu pepulit Saturnus equino. Pōponius:Vltra Carambin Mossyni turres ligneas subeunt notis corpus omne pſignant.Hecatæus:Tibarenis iunguntur ad orientem solem Mosynoeci quorum urbs Chœrades plurali dictæ numero: unde Chœradenses. Fuerunt & Iapygum insulæ Chœrades Thucydidi libro septimo: & ad Alexandriā portū intrantibus contra Pharū aliæ Straboni.

Ex eodem.iiii.

CERASVS.Quidam ut aliquid uidisse iudicentur/aiunt in suis libris Cæsarus scriptum esse perperam:atq; ita castigantes inuentione sua gloriantur:cū tamen Cerasus & Veneta & Romana præferat impressio.Adeon' parum scatebat monstris ferisq; silua:ut qđ uenatores inepti solent/coemptam & peregrinam capturā importare opus esset? At saltem laboris & operæ suæ preciū fecissent monuissentq; Cerasus non Cerasi paterno casu sed Cerasuntis ꝓferri ex Strabone Stephano Xenophonte.Pomponius:Raræ inquit urbes Cerasunta & Trapezus maxime illustres.Ita nisi uitiū in exēplaribus est/quod uereor/non modo Cerasus cerasuntis sed cerasunta quoq; diceretur:aut Cerasuntia sane hoc est urbs.

Ex eodem.iiii.

BECHYRES BVXERI. Legendum Bechires producta media & Buzeri siue Byzeri:quos Græci Byzeres & Byzares uocant.Dionysius Βυζαρεσ͂τε πρῶτα καὶ ἄγχοθι φῦλα Βεχείρων. Valerius Flaccus: Byzaresq; uagi.Meminit & Strabo.Pomponius quoq; Buzeros ut Plinius appellat.Mores populis inconditi ab auctoribus reddunt

Universidad de Deusto
Biblioteca

ut inde Byzaros dici uulgo putem imaginosos & qui a consuetudine cæterorum uiuendi recesserunt. Ab his & portus quidam appellabatur in ponto Byzaricus.

Ex eodem.iiii.

SYDONI. Scribendum uidetur Sideni/cum ex amnis nomine quê Sidenũ statim uocat ipse/cum ex Strabone: Post Themiscyra inquit ἡ σιδηνή hoc est Sidene cãpus fertilis ac beatus ubi Cabaca oppidum & Side: a qua nomen inquit regioni datum. Potest & Scytheni ex Xenophonte in Ascensu qui proximos ait Scythenos esse Macronibus. Idem & Stephanus. In Ptolomæo tamen Sidone legitur. Et infra: BALEMONIVM. Scribe Polemonium ex Ptolomæo Stephano Eustathio. Id & urbis & stagni uocabulũ est unde sinus quoq; Polemoniacus dicatur.

Ex eodem.iiii.

FLVMEN LASONIVM. Scribo Flumen Iasonium ex Strabone Ptolomæo cæteris: qui tamen promontorii nomen fecere non fluminis. Et infra: PHILOCALIAM. In Ptolomæo non longe Pharnacia & Trapezunte Cocalia non Philocalia ponunt. Aurem uello/non uulnero: amplio/non decerno. Cæterum monere liceat hac parte lectorem/multa in hoc situ Plinium aliter reddidisse q̃ cæteros. Ptolomæo post Polemoniũ Cerasus fuit. Plinio post Cerasunta Polemonium. In Cotyoro quoq; & Iasonio eadem uarietas. Cotyoron Plinius ante collocat. Ptolomæus & Strabo contra. Flumẽ quoq; Melas in pontum emittitur Plinio: quem & Valerius Flaccus significat/Cytorus Phontis & Argus Aeolidæ fraterq; Melas. Illi mediterraneum ex Argæo monte Mazaca id est Cæsaream alluentem centum fere. M.p. ab ora Ponti faciunt: nisi quis alterum ei cognominem existimet. In quo uitandus est illorum error qui uerterunt in Ptolomæo Magnum/quasi Megas diceretur nõ Melas amnis ille.

Ex eodem.iiii.

GENS ANNORVMENICORVM. Vetus lectio Gens Annorum Heniochorum. Ipse/Gens Sannorum Heniochorum. Multa enim sunt Heniochorum discrimina cognomentis separantibus: ut capitis huius fine dicit. De Sannis Strabo & Apollonius/quos cum Macronibus eosdem putant ambo. Eustathius: Sanni sunt q nunc Tzani olim Macrones. Idem Stephanus. idẽ cæteri. Confer & quæ octauo capite libri huius legunt: Macrones inquit ad flumen Absarum. quæ uerba cũ his quæ hic habent mire consentiũt

Gens inquit Sannorum Heniochorum flumen Absarum cum castello cognomine.

Ex eodem.iiii.

TYRIDA CEVM CYGNVM. Scribo Tyritacen Cygnum. De Tyritace Stephanus. De Cygno & origine uocabuli Pomponius. Potest & Tyritacæũ ut oppidum subaudias/siue ut Valerius Flaccus Tyritacæon ꝑ tyritace: illo uersu Spumosumq; legunt fracta scylacæon ab unda: ꝑ scylace/ut alibi notauimus.

Ex eodem.iiii.

SYRIVM. Ptolomæus & codices uetusti Surium. Plinius secundo libro: Deiectum inquit lignũ lapideo cortice obducitur in Surio Colchidis flumine. Et infra: A SARRO. Quidam A Surio. Ptolomæus tamen Saraca propinquam urbem Surio ad Phasidis ripas constituit. Strabo Sarapanos munito quodam loco in Colchide uocauit: Phasis inquit nauigatur ad Sarapanos usq; ubi perq̃ angustus est ac centum & uiginti pontibus meabilis. Plinius paulo ante: Nauigatur inquit Phasis q̃libet magnis nauigiis. xxxviii. M.d.p. inde minoribus longo spatio põtibus centum uiginti peruius: ut Surium quidem sit locus usq; ad quem magnarum nauiũ ut inquit capax est Phasis. Sarrapani uero siue Sarrum ubi angustus & tortuosus numeroso ponte iungitur. Ipse tamen locum hũc fortasse rectius ita lego: Abest Absaro. lxxv. M. ut sit nomen amnis Absarus: de quo supra dictum est hoc ipso capite: quẽ Ptolomæus quoq; Absorum uocat. & certe codices antiqui sunt in quibus scriptum est non Sarro sed Absaro.

Ex eodem.iiii.

PHTHIROPHAGI DICTI ET ALISANNI. Vetus lectio Et alias Sanni. Forteq; non Sanni de qbus dictũ supra/sed Suani cum ꝑ statim sequitur Flumen Cobum e Caucaso per Suanos fluens/tũ ꝑ Strabo Phthirophagis inquit a sordibus & squalore dictis uicini sunt Suanes nihilo beatiores illis. Meminit & Stephanus. etiamsi apud Strabonem Thoanes & Poanes quandoq; pro Soanes mendose scriptum est. Quod autem supra legitur: FLVMEN GARIEN GENS SALTIæ IN ANTIQVIS & reliqua. Vetusti codices Flumẽ Charien gens Salae antiqs Phthirophagi dicti. Ptolomæus iisdem locis Flumẽ inqt Chariustos gens

Ex eodem.iiii. Zalae.

REGIO AGRITITE AMNIS SIGANIA. Ptolomæus: Regio Ecrectice in qua urbem Siganeũ ex amnis puto nomine. Strabo

Universidad de Deusto
Biblioteca

tamen Agras populos/sed ad Mæotin lacum non in Ponto. Et infra: CHRYSORBOAS GENS ABSYLE. scribo Chrysorrhoas q̄ in iis locis ut inquit Strabo auriferi torrentes sunt: unde fabulis occasio de uellere apud Colchos aureo. Item Gens Absilæ per i. non per. y. Rhianus in Periplo: Apsilæ inquit Zalis ꝓximi. De Zalis paulo ante quid sentirem dixi. Et infra: SANIGARVM. Item PENIVS. Lego Sannigarum ex Stephano: Item Pityus nō Penius ex Strabone Pityuntas duos prodente maiorem minorēq̄: ut maior absit a Dioscuriade tercentis & sexaginta stadiis. Alio loco idem Strabo: Littoralis inquit ora terminatur ad Pityuntem & Dioscuriada. Ptolomæus Pityunta urbem in ora Ponti post Trapezunta collocat diuersum a nostro/q̄ ultra Phasin est Plinio.

Ex capite. v.

MELACLENI. Scribendum Melanchlæni ex Hecatæo Ptolomæo Stephano Pomponio: Melanchlænis inquit atra uestis & ex ea nomen ἀπὸ τῆς μελαίμης χλαίμης. Et infra: ANCHEI. Scribendum Achæi ex Strabone Dionysio poeta Ptolomæo cæteris. Et infra: PHYTIS OPPIDVM. Forte aut Pityus scribendum est: duo. n. Pityuntes in Colchide ut Straboni placet: Aut Phontys ex Flacco Cytorus phontys & argus Aeolidæ fraterq̄ melas. Et infra: POstq̄ SAROMATæ. Scribendum ex uetustis codicibus/Post quē Sauromatæ: aut post quæ hoc est post iuga Caucasi.

Ex eodem. v.

IVXTA CERCETAS FLVMEN ICARVSA CVM OPPIDO HIERO ET FLVMINE. Vetus lectio/non Icarusa cū oppido/sed Troicarus acesum oppidum: aut Troicarus Achæi cū oppido Hiero & flumine. Ptolomæus In sinu Cercetico flumen inqt Psychrus Achæa oppidum: in quo ut testatus sum uariat traditio aliis præpostere/aliis cancellatim eodem situ loca statuentibus. Et infra: TENTORETæ. Scribendum tenent Toretæ. Apollonius Toretæ natio inquit sunt Pontica. Ptolomæus: In sinu hoc Toreticum promontorium appellat. Pomponius: Oram inquit a Bosphoro ad Tanain incolunt Toretæ Arrichi & aliæ gentes. Strabo Toreatas. Dionysius cū Plinio & Pōponio κερκέτιοι Τορέταιτε καὶ ἀλκιέρτες ἀχαιοὶ ut mirer Eustathium τὸρέτας hoc est ὁρέτας legisse. ait enim: Oretæ inquit sine littera. s. scribuntur: nam cum ipsa Orestæ Molossica gens est.

Ex capite. vi.

MOETIN. Et infra paulo HERMONASA. Dein CEPE. Lego

Mæotin Hermonassa Cepœ/ut sit plurali numero genere uirili sicut Solæ. Seruat hoc uetus adhuc lectio & Mela Pōponius. Strabo Cepos singulari nūero ἥτε φαναγόρεια καὶ ἑρμώνασσα καὶ κῆπος καὶ τὸ ἀπάτουρον. Et infra: CIMMERIVM QVOD ANTE CERBERION. Strabo/Cimmerium quod ante Cimbricū. Verbum autem superius EONEM scribēdum arbitror Eionem ut sit græce ἰωνόν quod proprie gracilitatem & littoris quasi tæniam significat quale Venetorum est ut ait Liuius: Nam Thucydides & Herodotus ita locū nominant supra Strymonem fluuiū in Thracia unde ἰωνεῖς hoc est Eionenses. Fuit & in Macedoniæ Pieria hoc nomine a qua Eionitæ ut ait Stephanus.

Ex capite. vii.

HALI SERNI SERREI SCIZI GYPSI. Ptolomæus in Asiæ Sarmatia Vali Serbi Arrechi Zingi Psesii. Nec lectio antiqua plane dissonat/in qua Serui non Serni & reliqua fere ut correximus leguntur. De Valis sed per duplex. l. & infra Plinius. In Ptolomæo est quando Auali scriptum sit hoc loco: quibus propinqui sunt Vlæ. Scio & Halos quarto libro nominatos/Bastarnisq̄ iunctos/qui Valerio Flacco Straboniq̄ dicti uideant Corali. Fuerunt & propinqui Agathyrsis Sali Ptolomæo: quos Sidonius Apollinaris ut arbitror significat illo uersu Sauromates clipeo salius pede/falce gelonus. De Arrechis Strabo: Toreatæ inquit & Agræ & Arrechi. Pomponius quoq̄ Arrichos ad Mæotin a Bosphoro Cimmerio flectētibus post Toretas siue quod idem est Toreatas locauit. Ammianus: Inter hos inquit imani diritate terribiles Arrichi & Zingi & Napæi. Dionysius poeta Sindos accubare Sarmatis tradit/quos & Zingos credi a quibusdam Eustathius refert. Sed de Sindis quarto libro fusius. De Psesiis & Stephanus & Apollodorus post Toretas/Psessos tamen non Psesios appellans.

Ex eodem. vii.

SARMATæ MEDORVM SOBOLES. Legendum Iaxamatæ Ptolomæus auctor. Item Mela: Hostio inquit fluminis ꝓximi Iaxamatæ. Stephanus: Populus inqt circa Mæotim Iaxamatæ quos Ephorus appellat Sauromatas. Proinde subiungit statim Plinius In multa inqt genera diuisi primo Sauromatæ & reliqua. In uita cæsarum Vopiscus Examatas pro Iaxamatas uocauit/librariorum ea culpa: sicut utiq̄ in Valerio Flacco: Mellis honos torinos ditat sua mulctra satarchas: Examatas uenatus alit. Scribendum Iaxamatas. Est & in eo uitium quibusdam codicibus q̄ Laxamatas ꝓ

Universidad de Deusto
Biblioteca

Iaxamatas scripserem̃ littera.i.& uocalis esse potest & consonans ut in uerbo Iazyges:de quibus libro quarto Ammianus:circa hæc inquit stagna gentes sermonum institutorumq; uarietate dispares Iaxamatæ Meotæ & cum Gelonis Agathyrsi.Porro Sarmatæ gtæ cis iidem qui & Sauromatæ:Nã & Syrmatæ uocantur Eudoxo.

Ex eodem.vii.

GYNEI GRATVMENAE AMAZONVM CONNVBIA. Pomponius Gynæocratumenæ regna Amazonum.Etenim uicini quidã Amazonibus fuere populi bello ab ipsis uicti:unde nomen Gynæocratumenis/quoniam uictricibus obsequantur ad procreandam sobolem ut inquit Strabo/qui tamen eos modo Gelas modo Geloscythas uocat. Herodotus quoq;/Dionysius Apher/& Eustathius Sauromatas cõnubio Amazonũ insignes quæ ob id Sauromatides dicantur & quemadmodum a Thermodonte fluuio pfectæ in Scythiam fuerint celebrant.Stephanus tamen eas a quibusdam uocari Sauromatidas siue Sauropatidas scribit/q; lacertis uescantur Amazones.

Ex eodem.vii.

CHOTTOBOCCI. Marcellinus Halani inquit & Costoboccæ sed in Europa. Capitolinus Halanos & Costoboccos in parte Daciæ.Ptolomæus quoq; nõ aliter q̃ Costoboccos nominat supra Iazygas atq; Dacas.Pausanias eos ætate sua hoc est Hadriani Antonini ue temporibus in Græciam penetrasse cõmemorat. Nihil mirum si a Plinio redduntur in Asia:uagæ gentes & nulla unq̃ certa sede stabiles:Nam & Iazyges alii ad Mæotim sunt/alii Dacis iuncti Metanastæ quasi migratores appellati.Et infra:CHOATAE. Valerius Choatræ:Centoras & diros magico terrore Choatras.

Ex eodem.vii.

CYZE TINDARI.Strabo/Zygœ Dandari siue Dandrii/ut Hecatæus inter Caucaseas Mæoticasq; gentes/quos Ammianus Dandaras.Zygœ uero circa Bosphorum Cimmerium a Strabone collocãtur atq; Stephano:quorum fuisse uideatur colonia Zygopolis iuxta Trapezuntem.Habet & lectio uetus Zygæ.

Ex eodem.vii.

TVSSAGETæ THVRACE. Antiqua lectio Thussagetæ Turcæ. Pomponius:Thussagetæ inqt Turcæq; uastas solitudines occupant aluntur̃q; uenando.Hinc orti iudicantur qui ætate nostra latissime imperitant Turci uulgo dicti:ignauia quidẽ nostra magni/sed post Macedonas & Romanos sine dubio potẽtissimi. Eustathius aliam originem eorum cõmemorat: Post Scythas inquit eos qui mari Cronio uicini Caspium accolunt Vnni sunt/quos Simocatus historiarum cõditor a Persis uocari Turcos existimat/ad orientem uernum spectantes. Thunnos Plinius eos uocat capite huius libri septimodecimo ut dicemus. Afferre possumus & alia de Turcis/sed cõsulto missa facimus.Thussagetas siue quod idem est Thyrsagetas monstrauimus libro quarto.

Ex eodem.vii.

ARYMPHAEI QVI AD HARRISEOS PERTINENT MONTES.Vetus lectio/Ad Rhiphæos non ad Harriseos. Pomponius:Vltra Arymphæos inquit Rhyphæus mons surgit. Ammianus:Vbi montes inquit Rhyphæi deficiunt Arymphæi habitant/iusti homines & morum placiditate cogniti.

Ex eodem.vii.

CARES DEINDE CLVZOMENI ET MACONES. Vetus lectio/Cares deinde Clazomenii & Mæones. Strabo: In Mæotis inquit stagni tractu speculæ quædam Clazomeniorum dicuntur. Porro Clazomenios in Mæonia sitos esse nouimus. Mæotæ quoq; a Mæonibus uidentur appellari potuisse. Item NAPRAS Forte scribendum Napeas uel Napitas.Ammianus:Arrichi Zingi Napæi.Stephanus:In Scythia inquit Napitæ sunt quorum caput uicus Napis qui & Napatæ nominantur.Plinius capite.xvii. Interisse inquit dicũtur Napæi & Apellæi. Sunt & Napatæi sed in Aethiopia ut dicemus.Erant & in Lesbo insula Napæi & Apollo Napæus ab urbe Napa/ex Hellanico.

Ex eodem.vii.

NAVTAGAS. Vetus lectio Antacas / a quibus Antacites amnis Asiæ latere ad Tyramben oppidum & ab eo pisces Antacæi:salsamentum Athenæo cæterisq; nobile: nam & in hodiernum quoq; diem a Mæoti lacu præstantissimi quotannis inuehũtur.Amnem hunc in Ptolomæo corrupte Atticitum pro Antacite legimus.Importantur Antacæi & ex Borysthene ut inquit Herodotus. Sũt & pisces dicti Mæotides a Mæoti unde capiunt̃ ut ait Stephanus.

Ex eodem.vii.

PHYCERS.Pomponius Phyceros Mæoticam gentem facit.Plinius libro huius operis extremo Phycaros inter Caucasi accolas memorat.Et infra:IMADVCHOS. Pomponius Modacas. Collatio hæc sit non castigatio:ut infra MANDAREOS Hecatæus Gandaræos quorum urbs Caspapyros. & supra/flumẽ OPHARVM

Universidad de Deusto
Biblioteca

unde Opharides:paulo post scriptum est Ocharum:ita sit ut in alterutro sit uitium. Habentur hic & ANHEETAE: Sed uetus lectio Auchetæ : quod & uero propius / ex Plinio in Europa libro quarto & aliis frequentibus.

Ex capite.viii.

CYRESTRICAM REGIONEM. Scribendum Cyresticam:ut superiore libro diximus ubi de Syria Cœle sermo est:ex Strabone Polybio Ptolomæo.Nomen dedit Cyrrus oppidum ubi Cyrrestis dea colebatur/quam interpretantur Mineruam.

Ex capite.ix.

ARAXIS EODEM MONTE EVPHRATES QVO. Scribendum Araxis eodem monte quo Euphrates ex Strabone Ptolomæoq; ut dictum est:qui montem eum Abon siue Abam uocant: Plinius Agam.Et infra:CAESAREA ZANICOPOLIS.Ptolomæus Casara Aza Nicopolis. Est enim Aza urbs ad Scordiscum montem:cuius mentionem Antoninus quoq; facit hoc ipso tractu De Casara uetusti quoq; codices. Et infra:IN ARMENIA MAIORE ARSAMOTE.Ptolomæus Arsamosata. Et infra:PROXIMVM TIGRI ARGATHIOCERTa.Strabo Carcathiocerta inqt Sophenæ regia.Ptolomæus Artagigarta prope Tigrim amnem diuersam an eandem:extimandum.

Ex eodem.ix.

A DASCVSA.Ptolomæus Dascuta:Sed Antoninus & Plinius superiore libro in Euphratis mentione Dascusa.Redditur & Dagusa Ptolomæo/sed alia/& in propinquo & regionis Melitenæ locus. Et infra:QVOD INTERESt SPACIIS EPREHENI TENENT. Legendum puto Quod interest spacii Sopheni tenent. Strabo:Antitaurus inquit mons Sophenem complectitur in conuallibus inter ipsum & Taurum montem iacentibus. Porro Taurus cui hac parte obuersus est Antitaurus/cognominatur ab eodē Strabone Masius : Sophene inquit inter Antitaurum Masiumq; montes posita est. Quos autem hic Ceraunios montes Plinius appellat/qbus Armenia ab oriēte claudit'/Ptolomæus Caspiū & Niphatē interpretat'.

Ex eodem.ix.

ADIABENEN TIGRIS & MONTIVM SINVS MVNII CINGVNT. Vetus lectio in totum diuersa est:Adiabenen Tigris & montes in.vii.M.passus cingunt. Vtcunq; uerbum Munii quid significet non constat : quamobrem aut ita lege:Adiabenen Tigris & montiū sinus multi cinguntaut da melius. Scio Masiū montem de quo statim ante diximus Straboni aliquando Niphatem uocatū.Niphates uero atq; Tigris Ptolomæo Adiabenen cingunt.Et infra:CAVCASI HIS MONTIBVS CINGITVR. Vetusti codices apertius/Caucasiis montibus cingitur

Ex capite.x.

AMNE OEAZANE.Vetus lectio Acazane.Legi potest Alazone aut Aragone:ita enim Strabo nominat in iis locis amnes : Cyrus inquit fluuius in dictam planiciem emissus rapit secū Aragonem ex monte Caucaso fluētem.& alibi:Cyrus inquit plures amnes recipit inter quos Alazonium.& alibi : Ex Hiberis inquit ad Albanos itur p Cambysenem asperam regionē & aquis carentē ad Alizoniū usq; flumē.Et infra:CABALACA.Ptolomæus Chabala.

Ex eodem.x.

PHARMASVS.Lego Harmastis ex Plinio sequenti capite.Ptolomæus Harmactice.Strabo Harmosice. Et infra PHVCASANI. Vetus lectio Sucasani:Sed ipse Sacassani. Strabo:Sacassani Albanis inquit iunguntur hi & in pontū usq; penetrauerunt/aliquādo Sacæ dicti:& Armeniæ partem maxime opimam/cui & nomē dederunt/potiti sunt eodem auctore.

Ex eodem.x.

MACHERONES AD ABSARū.Lego Macrones ad Absarum. Plinius supra hoc libro Sannoq; Heniochoq; flumen Absarū/siue ut Ptolomæus Absorū.Sūt aūt Sanni ut Strabo inqt iidem qui & Macrones:sed de hoc plura supius. Et infra:LVPENIOq;. Forte Lubienoq; ab oppido Hiberiæ qđ Ptolomæus Lubion appellat.

Ex capite.xi.

PER MONTES GVRDVVOS VALLI. Legendum Gordyæos ut Strabo:siue Gordyos ut Ptolomæus/aut Gorduos.y.græca in.u.uersa:qđ latinis ut ait Cicero perūfamiliare est: q & Phruges p phryges dictos ueteribus testat'.Quintilianus etiā Bruges/quoniā & græci Βρύγας ut alibi monuim⁹.Nomē Gordys Triptolemi filius dedit/ex Argo ad quærendam Io illuc profectus. De Vallis quoq; supra inter Mæoticas gentes.nec mirum:etenim parum cōstant sententiæ in situ Vagarum gentiū aliis ad Mæotim/aliis circa quidem eum locum sed procul ab ora collocātibus.Proinde Plinius ea parte:Sunt qui circa Mæotim inquit ad Ceraunios montes altiores has tradant gentes.quos & Ptolomæus sequitur Vallos & Serbos ibi statuens. Sed ultra Ceraunios a Plinio Gordyæos hic uocatos : Etenim Ceraunii aliter ab aliis capi solent.

Universidad de Deusto
Biblioteca

Plinius in Armenia maiore ꝓ illis accipit qui Caſpius & Niphates a Ptolomæo noiantur/qbus uidelicet ab ortu ſolis finitur Armenia. Huius rei cã eſt q̃ Taurus mõs ſimul atq; frangi cœpit & innumeras obire gentes/Ceraunius in uniuerſum uocaꝫ : etiamſi nominibus populorum per quos meant Laciniæ/diſtinguitur.

Ex capite.xii.

PLANITEAE. Scribendum Planetæ/hoc eſt errantes: Ita.n.quam obrem credatur Plinius libro quarto docuit: ubi de ipſis quaſi Europæ contributis loquitur. Et infra: APOLLONIA TYNNIMAS. Vetus lectio nunc Timinias nunc Thynnias nunc Timonias q̃ſi ab oppido Paphlagoniæ Timonio cui fere præiacet : aut certe Thynias/qa Bithynniæ prætenta ſit: de qua uel huic cognomine ſuperioris libri fine diſſeruimus. uel quia Thynias Apolloniataꝫ fuit in Continenti Thraciæ locus cõtra Cyaneas Straboni Ptolomæo Plinio. Eſt & Apollonia inter inſulas Thraciæ cis Iſtrũ amnem ad Salmydeſſum Plinio & cæteris locata : propter quod ſubiuncta ſunt illa uerba : ut diſtingueretur inquit ab ea quæ eſt in Europa. Et infra : CONTRA PHARNACEAM CHALCERITIS: QVAM GRAECI ARIAM. Legũt quidam Chalcitis : Sed ſupra Plinius & Artemidorus ac Menippus Chalcitin non contra Pharnaciam ſed ad Chalcedonem: propterea q̃ diuerſam fecere. De Aria Pomponius: Non longe inqt ab Achillea accolit Aria quæ Marti ſacrata ut fabulis traditꝫ tulit aues cũ ſũma clade aduenientiũ pẽnas quaſi tela iaculatas. Symnus: In Põto inqt uerſus Colchos Martis eſt inſula. i. ἄρεως μῆσος: quæ hic Area ſiue

Ex capite.xiii. Aria uocaꝫ ꝓducta media.

SCYTHæ EXTRA EOS SVNT. Legendũ Scythæ ſũt/ut uerbũ Extra eos/initiũ ſit ſequentiũ hoc modo: Extra eos ultraq; Aqlonis initiũ Hyperboreos aliqui poſuere. Et infra poſt multos uerſus: AMAZONES ET SAVROMATIDES. Lego ſine particula &. Pomponius Mela: Intus ſunt inquit ad Caſpium ſinum Caſpii & Amazones ſed quas Sauromatidas appellant. De hoc & capite huius libri ſeptimo dictum eſt.

Ex eodem.xiii.

FLVMINA CASSOS ET ALBANEOS. Ptolomæus Caſſios & Albanos. Et infra: CYRVS IN CORAXITIS. Legendũ Cyrus in Coraxicis ex Plinio ſuperius/a monte cui nomen Corax Ptolomæo cæteriſq;. Et infra: CEPHENIA VT DIXIMVS. Legendum Sophene: quod & ſupra teſtati ſumus nono capite.

Ex eodem.xiii.

ETENE REGIONE. Legendũ uidetur Opene regione: ut ſit ſenſus/Atropatenen regionem Medorum ab Armenia ſeparari Araxe amne/nõ quidem toto/ſed qua Opene Armeniorum ſita regio eſt. de qua Strabo Ptolomæuſq;: Apud hunc mutilata quãdoq; lectio eſt in uerbo Atropatene. modo enĩ Propatene/modo Apatene ſcriptum eſt. Originem uocabuli Strabo demonſtrauit/a duce uidelicet Atropato. Rectius tamen putamus Otenen q̃ Openen diceret: id eſt ὠτηνήν. Stephanus ex Aſinio: Circa Otenen inquit Armeniæ & Artaxata Pacorus rex erat. Item Obareni & Oteni iuxta Cyrũ amnẽ magnã Armeniæ partẽ inqt obtinẽt.

Ex eapite.xiiii.

ECHATHANA. Scribendũ Ecbatana: unde regioni quoq; nomen Strabo Ptolomæus cæteri. Dicitꝫ & Agbatana Demetrio & Cteſiæ. Fuit hoc & urbi Syriæ uocabulũ ut ſupiore libro dictum. Et infra: PHISAGANZAga. Ptolomæo duas Medoꝝ urbes uocat Phauſya & Aganzua

Ex eodem.xiiii.

CORDVENI. Et paulo mox IIS PRATITæ. Scribendum forte Gordyænos & Hyſpratitæ: qd & uetus hꝫ lectio: Illos a Gordyis ſi ue qd idem eſt Gordyæis mõtibus q Sophenos & Armenios alios Straboni a Meſopotamia diſpeſcũt: hos ab Hyſpiratide ut idẽ ait Strabo regiõe Ἰουσάλεμ τῆ ὑσπιρεῖτιδι ἕως τῆσ καλαχηνῆσ καὶ ἀδιαβηνῆσ ἔτι καὶ ἀρμενικῶν ὀρῶν. Et alibi: Metalla inquit auri ſunt in Hyſpiratide ad locũ dictũ Cãbala. Inferius quoq; ubi Plinius Parthitas Medoꝝ populos uocauit Hyſpratitas fortaſſe malit qs ſcribere. ſꝫ hoc in medio ut relinquã ſũt cauſæ.

Ex capite.xv.

CHOARA. Quidã Choana ex Ptolomæo. Cteſias regionẽ Medorũ Cauonẽ citat. Placet Choara ex Strabone q Choarenẽ Parthiæoꝝ eſſe tradit Indiæ ꝓpinquã. Et ifra: CAVLIOPE. Polybius in Parthia Calliopen/& poſt Plinius: Vrbes inqt Parthoꝝ quas diximus Iſſatis & Calliope. & infra: ITINERa FACERE. ſcribẽdũ Fecere

Ex eodem.xv.

ZARIASTa. ſcribẽdũ Zariaſpa. Strabo: Bactra inquit quã & Zariaſpẽ uocãt. diciꝫ & neutro gñe plurali numero/ut Charax. memnit & Ptolomæus: a qua Zariaſpæ inqt populi. & infra ARTAXATẽ AMNẽ. Scribẽdũ Iaxartẽ. in Hyrcanũ mare cadit hic. Q. Curtius Strabo Põponius & infra Plinius & oĩo cæteri: Alioqn & Iaxartæ populi ab eo nomẽ in Sogdianis ſumpſere Ptolomæo.

Ex capite.xvi.

APAVORTENE. Trogus Zapaortenẽ/a monte dictam in quo

Universidad de Deusto
Biblioteca

Dasan urbem condiderit rex Persarum Arsaces. Quod autem hic dicitur CLAREIVM: Vetus lectio Darieum. Solinus Direum: A Caspiis inquit orientem uersus Direū locus appellatur cuius uber tati non est quod uspiam cōparari queat. Et infra: PAPIRI NARIACI. Legendum Tapyri & Anariaci ex Strabone. De Tapyris Ptolomæus in Margiana ,ppe Hyrcanos & in Scythia quoq;. Sed & Athenæus & poeta Dionysius: in quo sunt qui Apyros nō Tapyros legendum putauerint: ut ait Eustathius. utcūq; infames uini appetentia sunt Tapyri ut Amyntas inquit. Asinnius quadratus non Tapyros sed Tapyrræos ab oppido Tapyrra. Anariaci uero/siue ut Strabo appellat Anariacæ ab oppido nomen habent Anariaca uocato haud procul mari Caspio. Nominantur & Ariaci Ptolomæo/sed in Margiana. Item Amariacæ Hyrcanis uicini la-

Ex eodem.xvi. Ltere mediæ.

AMNES MAZIRIS STRAOR. Ptolomæus Mazeras & Stratos in ora maris Hyrcani. Et infra: INTERFLVENTe AMArGO. Vetus lectiō & Ptolomæus Margo/unde Margiana. Et infra OCEANI COMMORI. Ptolomæus Ochani Chomari: quos Margianis uicinos facit: illos ab amne Ocho per Bactrianam labēte/Chomaros ab oppido Bactrianæ Chomara. Strabo Chæanos ad radices montis Caucasi & ad Aquilonem maxime cōuersos tradit. Et infra: HARMATROPI. Pomponius Pharmacotrophi: ea uox uenenis ali solitos significat: Gandari inquit Paricani Bactri Susiani Pharmacotrophi.

Ex eodem.xvi.

CEMARI COMMANI MIRRHASI AREMANDRI IANEI. Quid si legat Bomarei Coammani Marucæi Mardrieni. Primū & secundū ex Pōponio: reliqua ex Ptolomæo. Marucæos Maruca denominauit oppidū: Mardrienos flumen: de quo statim infra MANDRū siue Mardrū: Nisi qs loco Ianei scribendū censeat Iatii ut Ptolomæus: Iutii ut Strabo seu uitii tetrasyllabos.

Ex eodem.xvi.

CORASINI GAVDARI ARASINI. Lego Chorasmii Gādari Attasini siue Attasii. De Chorasmiis siue qđ idē est Chorasmis ab urbe Chorasmia Parthis apposita Herodotus Hecatæus Strabo. De Gandaris siue Candaris Pomponius & Dionysius/qui tñ Gandros eos uocat: Hecatæus Gandaras: quoꝝ urbes duæ noiant Caspapyros & Rhon. Sūt & Gādaridæ sed ī India/quoꝝ ciuitas Gādara ex Stephano. De Attasiis Strabo: E Masagetis inqt sunt Attasii & Chorasmi.

Ex eodem.xvi.

PARCANI ARANGE. Herodotus Paricani Sarangæ libro septimo: Paricanis inquit præerat Sirimitres/Sarangis Pherendates. Pomponius Pariani: Multæ inquit uariæq; gentes Gandari Pariani & Bactri interiora habitant. Strabo Parios & in Bactriana Passianos inter Vagos Scytharum populos enumerat. Et infra: ARSILEGI quos Græci Cadusios. Scribendū Aorsi Gelæ quos græci Cadusios. De Aorsis Strabo alios inter Pontū & mare Caspium/alios ad aquilonem magis sitos constituens. Idem auctor fere semper Gelas & Cadusios iunctim cōmemorat: Caput eorum Gelys ut coniicio. cuius loci mentiōem facit Stephanus ex Asinii Quadrati uoluminibus quæ de Parthicis rebus conscripsit. Ptolomæus quoq; Aorsos haud procul Iaxarte fluuio qua in Hyrcanum mare influit/collocat. itemq; alios in Europa cognomines/ ut Plinius.

Ex eodem.xvi.

PARRHASINI MARATIANI. Et infra post Cadusios MATICONI. Vetus lectio non habet Maratiani/sed post Cadusios Matiani. Strabo Medorum Matianorumq; gentem ad ima Paracoatræ montis collocat: Parrhasiorum quoq; mentionem facit.

Ex eodem.xvi.

DRIBRICES. Pomponius & Ptolomæus & Strabo Derbices. Interim Derbicæ: Ctesias Derbios appellat/propinquum Hyrcanis genus. Ab Apollonio p duplex.c. Derbiccæ. Et infra: OAXVS AMNIS ORTVS IN LACV OAXO. Lege Oxus amnis ortus in lacu Oxia/ut Ptolomæus: siue Oxo ut Solinus. auctores & Strabo & Plinius aliubi & Quintus Curtius & Capella Marcianus: Nam Oaxis ille Virgilianus in Creta est insula/non ut quidā putauere in Mesopotamia. Stephanus: In Creta inquit oppidum Oaxus non procul Eleuterne: ab Oaxo Acacallidis nymphæ Minoidis filio/uel a situ loci: q, Crepidines Græci Axos uocent. Herodotus quoq; Oaxum urbem Cretæ facit in qua Etearchus Bati Cyrenæi conditoris maternus auus regnauerit.

Ex eodem.xvi

OXII TAGENIOCI BATENI. Solinus/Oxystagæ Heniochi Bateni: alio tamen ordine hoc modo: Cuius inquit oras Heniochi Bateni Oxystagæ accolūt: Nisi qs non Oxystagæ/sed Oxii Tagæ scribendum & hic & in Solino putet. Nam Oxydracæ in India sunt: apud quos liberato rege Alexandro Ptolomæus Seruatoris

Universidad de Deusto
Biblioteca

cognomentum meruit. Ptolomæus Oxianos uocat quos Plinius Oxios. Idē in Sogdiana Oxidranas gentē cōstituit. Et infra: ZARIASTEs. Lego Zariaſpe: ut prædixi/qđ & Bactra dicebaſ Strabo auctor. Ptolomæo Zariaſpe diuerſa eſt a Bactris. Q đ aūt ſeqſ Gens hæc obtinet aduerſa mōtis PAROPANISI: Dionyſius Parnaſi: ut cap. xvii. notabimus. utcūq; nō Paropaniſi/ſed per. m. Paro

Ex eodem. xvi. Lpamiſi ſcribendū.

FLVMINE IAXARE. Scribēdū Iaxarte/Ptolomæus Ammianus Solinus Strabo Pōponius cæteri: ut capite huius li. xv. ꝓbauimus Verbū aūt SYLIS ecōtrario ſcribūt græci hoc mō Silys/Euſtathius auctor Τάναισ ἔλαυνι ςὶ καλούμενοσ σίλυσ παρά τοῖσ παροικοῦσι βαρβάροισ ὠνόμαςαι: hoc eſt Tanais græce dicſ Silys appellaſ ab īdigenis: de quo Plinius: Supra Tanaim inqt Scythæ Silyn uocār: Ea cauſa fuit ut Alexāder militeſq; eius Iaxartē fluuiū putarēt eſſe Tanaim. Marcianus/Iaxartes inqt illā terraꝝ partē ſecat qui Tanais putabaſ: quē Dæmodamas dux trāſcendit & aliū eſſe ꝓdo

Ex capite. xvii. Lcuit.

SAGAS. Herodotus Sacas li. vii. Perſæ inqt Sacas uocant oēs Scythas. Et infra: ASTACE RVMNICI. Strabo Ptolomæuſq; Ariacæ Rhymnici: illos ad Iaxarten/Rhymnicos īter Rha & Rhymnū amnes/ubi mōtes quoq; Rhymnici dicanſ. Eſt aūt Rha fluuius a quo nomen ut Ammianus inqt medicamēto nobili/qđ Rheon ſiue Rha barbarū atq; ponticū uocatur. Sunt codices in qbus non Aſtacæ ſed Aſtocæ legiſ/quaſi Aſiotæ: quos Ptolomæus inter Rhymnicos & Ariacas medios locauit. & infra: PERSTITHOMOti. Pōponiꝰ: In maris inqt Caſpii ſinu ſcythico Peſici & Amordi. Habet & uetus lectio Peſici. Ptolomæus/Peſicæ ad mōtes Oxios: Nā & Apeſiacæ Maſſagetaꝝ populi quidam ſunt Straboni. De Amardis oēs fere: Mardi uero Perſæ ſunt: Amardi autē Hyrcanis

Ex eodem. xvii. Luicini/Stephanus.

PIACæ. Ptolomæus Pialæ nō ꝓcul Eſſedonibus. Et infra: ASSAI. Ptolomæꝰ Aſæi. Strabo Aſii: Nomades inqt Scythæ celebrāſ Aſii Et infra: TVZAGA inſula. Vetus lectio Tazata. Pōponius Tal

Ex eodem. xvii. Lgā uocat. Ptolomæus Talcā.

ATTACOROS. Ptolomæus in Serica regione montes & populos Ottorocoras appellat. In Solino ſunt Atrogi ſed mendoſe pro Attacoris ſiue Ottocoris. Et infra: THYNNI. Vetus lectio Thunni Euſtathius: Magis inquit probandi ſunt qui ſcribunt Vnni ſineth. auctore Dionyſio poeta/qui ait poſt Scythas eos qui mari Cro

nio uicini Caſpium incolunt/Vnnos haberi: quos hiſtoriæ Simocati a Perſis Turcos uocari tradunt ad orientem uernum ſpectantes. Diximus de hoc & capite huius libri ſeptimo. Nunc illud leuiſſime attigero Turciorum familiam cognomentūue apud Romanos fuiſſe. Docet id Ellogium Romæ/cuius præfatio hæc eſt: Ex auctoritate Turci Aproniani præfecti urbis. Quare autē Turcium non Turcum uocatum hunc exiſtimem/facit aliud epigramma uerſibus ſcriptū hoc titulo: Turcius Rufius Apronianus Aſte

Ex eodem. xvii. Lrius.

PHOCARI. Dionyſius afer Tochari καὶ Τόχαροι φρύγιόι τε καὶ ἔθνεα βάρβαρα σῆρεσ: hoc eſt ad uerbum Et Tochari Phryniq; & natio barbara ſeres. Ptolomæus Toguros cōmemorat a monte Toguro: inter Seras & Ottocoras: de quibus ſtatim ſupra dictū nobis eſt. Sunt & Thacori ſed ad Iaxartē amnē. Paꝝ morabor ſi & illud cures licet ſignauero: ſingulari numero Ser dici/a quo plurali Seres. Sidonius Apollinaris: Aſſyrius geminas Ser uellera tura ſabæus. Nam & uermiculus ipſe Ser dicitur Pauſaniæ.

Ex eodem. xvii.

SCRIPSERVNT. XV. M. OPPIDORVm FVISSE NVLLū COMINus GENTIū NOVē. uetus lectio nō. xv. M. ſ; qnq;. M. oppidoꝝ. Itē ſcribendū eſt nō Cominus/ſed Co minus/uti duo uerba ſint. qđ quidē rectiſſime caſtigatū eſt ante nos ab aliis. Eſt aūt Cos nō oppidū Calydnæ inſulæ/ut iidē rati ſunt & ſupra docui: ſ; oppidū eius inſulæ quæ tulit Hippocratē. Strabo πόλεισ δὲ σχεῖν πεντακισχιλίασ ὥϛ μηδεμίαν εἶναι κώτησ μεροπίδοσ ἐλάττω. & alibi λέγεται ἐρρέα ἔχειν ἕωθεν πόλεισ δὲ εἰσ πεντακισχιλίασ οὐκ ἐλάττω τῆσ μερόπιδοσ: id eſt nouem gētes & qnq; milia oppidoꝝ eſſe quoꝝ nullū ſit minus Co Meropide. Hāc inſulā & Thucydides & Plinius Meropiden ſiue Meropen uocari ſupiore libro com

Ex eodem. xvii. Lmemorat.

HYMAVS: HEMODVS: PAROPANYSVS. ſcribendū Imaus ex Strabone Ptolomæo Ammiano cæteris: quanq̄ Dionyſio & Euſtathio Imæus. Item Paropamiſus omnium cōſenſu: Parnaſſus ſiue Parneſſus ab eodem poeta Dionyſio uocatus illo uerſu βακτρόι μεν ἐπῆπειροιο χώρην ἐυρυτέρην κρισμοῖσ ὑπό παρνησσοῖο. quanq̄ ut inquit Euſtathius ſunt qui παρπαμισοῖο non παρνησσοῖο putent ſcribendum/ne cum Parnaſſo Phocidis monte concidat. Plinius quoq; ſupra: Gens inquit Bactrorum obtinet aduerſa montis Paropamiſi. Ptolomæus tamen Parnetum mōtem Caucaſo & Pa-

Universidad de Deusto
Biblioteca

ropamiſo iunctum proindeq; diuerſum demonſtrat. Notæ aũtem quæ hic legũtur.P.A.R.A. in quibuſdam codicibus tres tantum ſunt.P.A.R.deinde cõſequitur:a quibus tota decurrit & reliqua. In quibuſdam locus cæcus uacãſq; eſt:ut fere credi poſſit aut Caucaſi pars aut Cauçaſus Parnetus ſcriptũ fuiſſe:de quo ſupra dictũ auctore Ptolomæo:Quod ſi uerum eſt cõcipienda erũt uerba hæc in hunc modum:Imaus Hemodus Paropamiſus Caucaſus Parnetus a quibus tota decurrit in planitiem immenſam & Aegypto ſimilem.quod & Strabo dixit utiq; Parneti montis nomine prætorito:Aut ſic:Imaus Hemodus Paropamiſus Caucaſi partes a quibus & reliqua.Etenim milites Alexãdri montes eos Caucaſum appellabãt.Strabo οἱ ἐπι χώριοι κατά μέρος παροπαμίσορτε καὶ ἡμωδὸμ καὶ ἰμᾶομ καὶ ἄλλα ὁμομάζουσι μακέδορες δὲ καύκασομ hoc eſt/Indigenæ inquit per partes uocant Paropamiſum & Hemodũ & Imaum & alios/ſed Caucaſum Macedones.

Ex eodem.xvii.

DIOGNETVS ET BETONIS. Scribendum Beton non Betonis ex Plinio ſuperius & infra quoq; denuo:ſed & ex indice ut notauimus:Nam Diognetus familiare græcis uocabulum eſt. fuitq; ut alios præteream ætate Cæſaris Antonini philoſophi pictor egregius hoc nomine.I.Capitolinus auctor: Item alius Clitomachi pater illius Pœni qui ſucceſſit Carneadi uocatus ante Haſdrubal.

Ex eodem.xvii.

PROPHITASIAM DRANGARVM. Scribe Prophthaſiam Drangarũ ex Plinio inferius & Strabone ἔιτα ἐσ προφθασίαμ τὴμ ἐμ δραγγαισ.Ammianus Drangiani Prophthaſia & Area exultãt. Numerus quoq; hic.D.LXXV.uidetur ſcribendus.d.lxv.cum ex antiquis exemplaribus / tum q; Strabo menſuram eam ita reddit τετρακισχιλίουσ πεμτακοσίουσ τριάκομτα ςαδίουσ:hoc eſt quatuor milia quingenta triginta ſtadia.

Ex eodem.xvii.

INDE AD CRICASIORVM OPPIDVM.D.D.LXV.M.Lego/Inde ad Arachoſiorum oppidum.d.xv.M. Strabo ad uerbum ἔιτα ἐσ ἀραχωτουσ τὴμ πόλιμ τετρακισχιλίουσ ἑκατὸμ εἴκοσι ςαδίουσ:hoc eſt/Inde ad Arachotos urbem quatuor milia centũ uiginti ſtadia. Et infra:INDE ORTHOSPANũ.C.LXXV.M. Strabo.cc.l.hoc eſt duo mille ſtadia.

Ex eodem.xvii.

INDORVM PEVCODATIN.Scribendum Indoq; Peucolaitin ex Strabone Arriano & Plinio inferius.Item AD HIYSPASIn. Lego Ad Hypaſin/Strabo & infra Plinius:unde Hypaſii & Hyphaſii quandoq; populi.Non deſunt qui amnẽ hunc uocent Hypanin nec unius litteræ diſcrimen uideant/ut Euſtathius:cum tamen Hypanis in Scythia & quidem Europæ ſit:tanto inquit Plinius errore eorum qui in Aſiæ parte hoc eſt in Aſiæ Scythia prodidere.Et infra:IOMANEM AMNEM.Ptolomæus neſcio q̃ re cte Diamunem.Et infra:POLYBODRA. Scribendũ Palibotra. ex Strabone Pomponio Plinio Solino cæteris. Palimbotra Ptolomæus:conditã ab Hercule putari Diodorus. Et infra:CANNAS QVOD IN GANGEM FLVIT . Scribendum uidetur / non Cannas/ſed Cainas ex Indica hiſtoria quæ apud græcos in Bibliotheca Vaticana incerto auctore legitur Romæ.

Ex capite.xviii.

AMNES CRENACã VAMAN RHVMVOBã CASPHAGVM.Ex eadem Indica hiſtoria & uetuſtis fere codicibus legendum uidetur/Amnes Canucham Erranoboan Coſoagum.Et infra SONVM . Quidã ex Ptolomæo Soan e Vindio monte in Gangem emiſſum. Ipſe Sonum defendo/id eſt σῶμομ producta prima ex eadem hiſtoria quæ de rebus Indicis inſcribit̃.& infra:NVSq̃ MINOREM.XX.M.P.Vetus lectio habet.xx.non.xx.M.Strabo quoq; Megaſthenem ſecutus Altitudo inquit amnis minima xx.paſſus:βάθοσ φησὶμ τουλάχιςομ εἴκοσιμ ὀργυιῶμ.

Ex capite.xix.

CALIGNARVM. Scribo Calingarũ ex Strabone ac Plinio ſuperius.Et infra:SASSVLAE.& paulo poſt ORCVLAE.Ptolomæus Paſſalæ ab oppido cognomine iuxta Gangem cui proximũ appoſitumq; Gangi Orza:unde uideri poſſint dicti Orzulæ/nõ Orculæ.Habent & codices antiq Phaſſulæ/nõ Saſſulæ. Item DARDAE.Quidam Strabonem ſecuti Derdæ.Sed & Dardæ ſcribi poteſt auctore Stephano. Fuit hæc gens ſub Deriade infenſa Libero patri res in India gerẽte.Plinius libro.x.Formicæ inqt aurũ ex cauernis eruunt in regione Indoq; ſeptẽtrionali q Dardæ appellant̃

Ex eodem.xix.

SVARI QVORVM MONS MALLEVS. Volumine ſecũdo Plinius nõ Suari ſed Oretes ſiue Orei : In India inqt gente Oreũ mons eſt Maleus nomine iuxta quem umbræ æſtate in auſtrum/hyeme ad ſeptentrionem iaciuntur. nec diſplicet tamen Suari ab oppido forte Suara cuius apd Ptolomeũ fit mẽtio/inter Apocopos

Universidad de Deusto
Biblioteca

& Bittigos & Vindios mõtes Indiæ:alioquin ſub Vindiis urbs ab eodem nomine Maleca traditur/& altera nõ procul Maliba / quæ Malæo monti nomen fortaſſe uel dederit uel acceperit.Fuerũt his propinqui & Nomades quidam Soræ/ut fieri poſſit nõ Monedes ſ̃ Nomades hic in Plinio ſcribendũ fuiſſe.Moueor q̃ p̃ Nomadas & Soras Cabyrus amnis Ptolomæo in Oceanum defertur.de quo & Plinius.xxiii.capite his uerbis:Flumen inquit Cabyrus Suarorum hoſtio portuoſus. Illud mirum controuerſumq; q̃ Plinius in Gedroſia Cabyrum ſtatuit.Ptolomæus in India/non parum multis inde milibus paſſuum . Plinius de Malo monte ſupra quoq; Mandei inquit Mali quoꝝ mons Malus eiuſq; tractus finis Ganges.Conĩici poteſt regionem Indiæ quæ a montibus quos dixi ad Argaricum uſq; ſinum pertinet/Maloꝝ & Suarorum fuiſſe/Oretaſq; ipſis aut contra Oretis ipſos aliquando contributos. Nec illud in re dubia ſiluerim/in Palibotris urbẽ Ptolomæo tradi Oreophantam nomine/quaſi gens Oreum aliqua tractum eum tenuerit . Huic uero & Malecæ intra uigintiquinq; partes ſublimis eſt ſeptentrio.quamobrem efficitur ut ipſis umbræ in aquilonẽ hyeme/in auſtrum æſtate iaciãtur:quod & aliis locis in ea terra poſſe contingere teſtis eſt Plinius.De Maleo monte Marcianus Capella ultra Palibotram. De Malis gente Pomponius Strabo Dionyſius : quos ſub Deriade cum Dardis Libero patri aduerſatos cecinit.Meminit & Euſtathius:ſemperq; per ſimplex.l.

Ex capite.xx.

PACALE . Scribendum Patale/Strabo Ptolomæus Pomponius & infra Plinius:omninoq; tam clara monumentis omnium/ut qui dubitat in ſitu orbis ſit hoſpes.Et infra:GALINGOH.Vetus lectio Calingon:Nam & Calinga uocatur urbs Calingarum:de quibus ſupra diximus.Etenim a Gange fluuio per orã Oceani Gangaridæ primi ſunt/poſt Calingæ:ut ex Plinio Ptolomæoq; colligitur . Sed quod hic paulo poſt ſubiungitur: AD PERIMVLAE PROMONTORIVM : hæſitationem illam habet:Ptolomæo Perimula eſt in ſinu cognomine ultra Gangem.Plinio cis Gangẽ loco margaritis fertili:ut neceſſe ſit uel geminas in India Perimulas fateri : uel diuerſas auctorum ſententias agnoſcere . Et infra: ASANGAE TIGRI FERAS SCATENTES . Scribendum Tigri fera ſcatentes. Ptolomæus ultra Gangem Perimuleis uicinos Beſingas appellauit/Tigribus eos infeſtari plurimis ſcribens ad ſinũ fere Sarabicum. Stephanus/Beſſyga unde Beſſygitæ inq;

dicantur:emporium in India facit ubi & amnis Beſſygas / humana carne ueſci eos tradens.

Ex eodem.xx.

ABHISVRI SILENI ORSIANDI. Diſtinguenda prior dictio ut ſeorſum ſit Ab his/id eſt poſt hos.Item XENITAXILE.Separandum puto/ita ut Taxilæ populi nomen ſit ab urbe Taxila:cuius & Strabo & Ptolomæus & Plinius ſupra mentionem habent: ut forte legi poſſit Orſii Antixeni Taxilæ. De Orſiis octauo libro Plinius:Orſeos inquit Indorum gentem uenari ſimias candentes. Antixeni quales ſint non comperi. Et infra:PEVCOLITæ.Item PAROPANYSDAS IASDAS . Strabo Peucolaitæ ab oppido ut dictum eſt.Item Paropamiſſadas/ut uerbum Iaſdas omnino ſuperuacuum ſit:quandoquidem Satrapiæ tantum quatuor hic ponuntur/Gedroſii/Arachoſii/Arii/Paropamiſſadæ . Et infra : ARCHAOTAS.Scribendum Arachotas ab amne ut Fauorinus inquit.Dicuntur & Arachoti & Arachoſii:nam oppidum plurali numero Arachotos uocant Strabo Ptolomæuſq;.

Ex capite.xxi.

COPHETAE.Item FOEMINE.Scribendum Cophete & Femine hoc eſt Femore/quod græce Meros dicitur/ob id nomine mõti dato Diodorus Strabo Pomponius cæteri: Nã Cophes amnis a Põponio Cophe dicitur/item Strabone. Indica quidem hiſtoria Cophen Cophenis producta omnibus prima. Ioſephus ad Cophenẽ ait amnem Indiæ nonnullos ex Noei poſteris habitatum pfectos. Et infra:SED ANTE SVNT ALIAE PETALAE. Scribendum Sed ante ſunt aliæ Patale/hoc ſenſu : Feſtinare quidẽ animũ ad Taprobanẽ ſed ante illam dicendas eſſe alias & primo indicanda Patale cuius leuiſſime inquit meminimus.

Ex capite.xxii.

INAVDITIS.Scribendũ In auditis/hoc eſt inter cætera quæ audiuerat iuſtitiam populi Romani potiſſimum ſuſpexit & admiratus eſt/q; in pecunia eius quem captiuum habebat nummi ponderе pares eſſent.Et infra LVNAM AB.VIII^{ua} AD.XV^{am} Vetuſti codices & Capella Marcianus Ab octaua ad ſextamdecimã. Et infra:SAERAS.Scribo Seras.Montes enim Serici uocati Ptolomæo ſtatim poſt Hemodos ſe continent.

Ex eodem.xxii.

PATRIAE MABACIAE. Vetus lectio Patrem non Patriæ/ut ſit ſenſus : In inſula Taprobane Seras quãdoq; aſpici:alioq & notos

Universidad de Deusto
Biblioteca

esse cõmertio:iamq; patrem ipsius Rachiæ Imbaciem siue Mabaciem cõmeasse ad eos. Seras uero aspici non tam hoc accipio q; eo uentitent q̃ qđ Solinus ait:Cernunt inquit latus Sericum de mõtiũ suoꝝ iugis.Et infra SERVũ MEMINI. Scribendũ Nemini.

Ex capite.xxiii.

ARACOSIA.Et paulo post COTIM.Scribo Arachosia ut prædiximus p.ch.& Cophen.Stephanus ἀραχώσια σεμιράμιδοσ κτίσμα ἣ καὶ κωφὴν ἐκάλεῖτο.Et infra:RACHOSIORVM.Lego Arachosiorum . Solinus quid sibi uelit in hunc modum scribens nescio: Arachosiã inquit Erimanto flumini appositã Semiramis cõdidit. Nõ.n.Erimanto seu Hermando sed Arachotæ præfluenti adiacet.

Ex eodem.xxiii.

MERIDIE AD PATREM AROCHATARVM FACIVNt DEXENDRVSOS A SEPTENTRIONE PAROPANySIDAS.Lego/A meridie ad partem Arachotarum faciũt Gedrosos & a septentrione Paropamissadas. Plinius:Supra quatuor inquit Satrapias Gedrosos Arachotas Arios Paropamissadas.hoc & Dionysius & Strabo & Ptolomæus & Pomponius & cæteri.

Ex eodem.xxiii.

OPPIDVM ARTACE ANARIVS AMNIS.Lege Oppidum Artacacna Arius amnis qui præterfluit Alexandriã.de Artacacna Strabo inter Arianas urbes . de Ario Ptolomæus/qui Alexandriã Ariorum cognominatam hoc amne scribit allui.

Ex eodem.xxiii.

SICVT ACTICINIVS TRADIT . Scribendum forte Atracinus siue Atratinus.fuit enim Varro Atracinus:de quo in huius in dice uoluminis. sed & Fabius quoq; Quintilianus meminit libro decimo : Atracinus inquit Varro in iis per quæ nomen est affectus interpres operis alieni non spernendus quidem uerum ad augendam facultatem dicendi parũ locuplex. In Dionysio nõ Atracini sed Atratini uidentur appellati/ut Aulus Sempronius Atratinus q Cõsul fuit: sed & is contra quẽ Cicero in oratione p Celio disputat non Atracinus sed Atratinus scribitur . Sidonius tamen Apollinaris in quadam epistola:Cui Varrones inquit uel Atratinus uel Terentius : Plinii uel auunculus uel secundus compositi impræsentiarum rusticabuntur. Pomponius certe Porphyrio Atacinos ab Atace uocari amne tradit.Vetus quidem lectio/ne quid omnino dissimulem/prorsus alia est ad hunc modum:Sicut antiquius Artacabene iterum ab Antiocho munitum : ut scribendum

sit uel Artacacne de qua statim ante diximus : uel alterius oppidi uocabulum putandum. Erit uero sensus:hoc quod iterum ab Antiocho munitũ est multo pulchrius & antiqus fuisse q̃ Artacacnẽ. Et infra:PROTHASIA.Item PEVCOLIS. Scribendũ Prophthasia & Peucolais ut dictũ est ex Strabone Ptolomæo cæteris.

Ex eodem.xxiii.

FLVMEN CABYRVS SVARORVM . Ptolomæus Caberon non Cabyron:& gentem Soras non Suaros uocauit : sed de hoc supra decimonono capite. Et infra:INSVLAE TRES QVARũ ORADA.Ptolomæus & Indica historia hoc situ ponunt Organa uocatam non Orada quæ & Ogyris inquiunt dicatur octingento rum.stadiorum circuitu. Plinius quoq; infra:Macarum inqt promontorium contra Carmaniã est cui insula in alto obiacet Ogyris.Idem Póponio idem Straboni placet Tyrrinen eã nõ Ogyrin

Ex eodem.xxiii. Luocanti.

IN SINV ANTE PERIDA.Lego Persida nõ Perida.Nec enim alius sinus hoc tractu potest intelligi q̃ persicus . Et infra SPASARGADAS.Lego Pasargadas:ita enim uocatur oppidũ & populus in Persia Strabo auctor/a Cyro conditum/ut ait Diotimus: ubi prælio uicit Astyagen . In ea uoce Persarum castra significari tradit Anaximenes.

Ex eodem.xxiii.

FLVMEN ZAROTIS. Scribendum Oroatis ex Strabone Ptolomæo & infra Plinio/fecare eum Persida & in sinum eius cadere prodentibus:ultra Eulæum amnem:ora quæ præiacet minoꝝ syrtium modo inaccessa Cœno inquit Plinius aliubi : At hic uadosa inquit nauigatio palustri similis.Ptolomæus ex ea re Tenagos appellat & locum ei iunctũ Pelodes hoc est Cœnosum.Quia tamen Ammianus montem in quo flumen illud nascitur & Oroatin & Zaram appellari scribit / nihil mirum siquis Zarotin quoq; uocet qui & Oroatis dicatur.

Ex eodem.xxiii.

EVLAEVS ET TIGRIS IVXTA CARIACEN . Scribendũ non Cariacen sed Characem:unde Characena regio inter Eulæũ atq; Tigrin amnes.Plinius quoq; infra Characem oppidũ demonstrat inter confluentes dextra Tigrin leua Eulæum.Hoc illud est quod uolumine duodecimo cõmertiorum causa peti solitum ostẽdit.In Ptolomæo Vallum Pasini barbare ut pleraq; alia uerterunt pro eo quod erat Charax passionis . Plinius & Alexandriã & An-

Universidad de Deusto
Biblioteca

tiochiam appellatum tradit iterumq; infestatum inquit passiones Sogdonaci filius Rex finitimoꝝ Arabum nomen suum dedit. Stephanus tamen non Passionis/sed Spasini Characem uocat: unde Spasinocharaceni composito inquit uocabulo dicantur. Indica historia & Diridotin quandoq; dictum refert in Euphratis ore uicū quo thus & odores alios conferre solerent Arabes. Plinius: His inquit commertiis Arabes Characem oppidum aperuere quod est illis nundinarium.

Ex eodem.xxiii.

TERTIO NAVIGATIONIS DIE. Vetus lectio nō habet Die: ut tertium mense; uidelicet intelligas ex quo nauigare cœperint: septimum ex quo ab ipsis digressus Alexāder fuerit. Et infra: INDE TIGISVSA. lego ex antiqs exemplaribus Inde Tigri Susa. hoc est per Tigrin amnem Susa uentum est. Plinius paulo inferius: Qua inquit ad eam subiit classis Alexādri Pasitigri. de quo & Diodorus. In historia quoq; Indica sic legit̄: Eo inquit loco nuntiatum est Nearcho Alexandrum Susis esse: unde ipsi quoq; profecti fuerant ita Pasitigri nauigans ad Alexandrum appulit.

Ex eodem.xxiii.

Ex capite.xxvi.

MAGNIq; NOMINE SPOLIũ INDE CAPTO.ſcribẽdũ Spolio.Trãqllus non tã ex Aphrica q̃ ex Põto retuliſſe id cognominis

Universidad de Deusto
Biblioteca

Pompeium indicat. Plutarchus a Sulla Dictatore datum ei e Sicilia reuerso/alios ex Aphrica reportasse id Pompeium putare.

Ex capite.xxviii.

DVODENA CASTRA HOSTIVM NON GALLIA. Scribendum In Gallia: notius est q̄ ut probationem desideret.

Ex capite.xxix.

ARISTOTELIS PHILOSOPHI PATRIAM CONDIDIt Vetusti codices: Aristotelis philosophi patriam suam credidit non q̄ non condiderit seu potius restituerit euersam a Philippo patre: ut Aelianus inquit: sed q̄ præter fidem antiquæ lectionis Emphaticoteron uidetur dictum/Suam credidit quam condidit.

Ex capite.xxx.

CALAMITATI TESTIS INGENS FACTVS INIMICI. Vetus lectio probior / non calamitati/sed in calamitate. magnum est ab inimico laudari/maius a misero. Et infra: RERVM CONDITOREM REVOCAVERVNT. Vetus lectio Tragœdiag conditorem. falsum & hoc: sed gradus ad uerum. Proinde scribendum censeo: Rerum gestarum conditorem: hoc intelligens quo eū græci absolute uocant τὸν συγγραφέα. Et infra: POSSIDONII SAPIENTIAE PROFESSIONE CLARAE. Scribendū Clari. Aelianus etiam ad Cratippum uentitare solitū scribit Pompeiū ut cæsarē ad Aristonē. Et infra: SED QVO ET. T. M. TVLLI PIACVLO TACEAM. Legendum/Sed quo & te. M. Tulli piaculo taceam? Et infra: OPERIBVS ELECTVS. Vetus lectio cōstātior: Operibus electis. Friuola hæc & his aliquot similia: sed expetita multis. Alioquin minuta hæc & leuicula interim uel morātur occupatos uel offendunt delicatos: & quorundam tanta peruersitas: ut si prætereantur / ignorata mihi non contempta prædicaturi sint. Et infra: NOTATASq̄ SE SEDES. Verbū Se/detrahendum est. De Agraria lege Plutarchus in Cicerone. De Roscio Macrobius. De Proscriptorum liberis Fabius libro. xi.

Ex capite.xxxiiii.

COMITEM AERIS ALIENI ATq̄ LITIS ESSE SPONSIONē. Vetus quidē oīs lectio: non Sponsionem habet/sed miseriā. Idq̄ pbat Merula/q & græcū puerbiū prætexuit: Fœlicē esse q nihil debeat. pinde ut miserū esse qui debeat necesse sit. Martialis Ah miser & demens uiginti litigat annos Quisq̄? cui uinci gargiliane licet. Catullus: Furi uillula nostra non ad austri Flatus oppositā est: nec ad Fauoni/Sed ad milia quindecim trecēta O uentum.

Furi villula

horribilem atq̄ pestilentem: Non enim precium id aut sumptum uideri sed æris alieni summam/qua futurū esset ut nominibus dissoluendis uilla diuenderetur & quasi licitaturis opponeret. Cæterum & Sponsionem tueri licet: ut sit quod Græce dicitur ἐγγύης παράτης: hoc est sponsionem iacturas & damna comitari. Plato in Charmide consecrata esse tria hæc in Delphici templo memorat: Nosse se quenq̄/Nihil nimis: Sponsionibus adiuncta esse incommoda. Meminit horum trium & Plutarchus eodem ordine. Sidonius Apollinaris Thales Mileto genitus uadimonia culpat. Et alibi: Mileto quod crete thales uadimonia damnas. Ouidius ad Auroram/Atq̄ eadē sponsum consulti ante atria mittis: Vnius ut uerbi grandia damna ferat. Actionis porro genus esse Sponsionē cum alii tū Fabius insinuat quarto & septimo uolumine: haud ita multo distans ab eo qd græci παρακαταθήκην Athenis uocabant. Caper grāmaticus: Religione inquit sancitur fœdus: at Sponsio pœna.

Sponsione damnis sequut

Sido. apoll.

O uetus

Ex capite.xxxvii.

DINOCRATES. Vitruuius quidem & alio loco Plinius item Solinus Dinocratē omnino hunc appellant. Strabo & Aelianus Chirocratem architectum Alexandriæ. Item CHTHESIBIVS. Scribe Ctesibius/id est κτησίβιος.

Ex capite.xxxix.

LIBIDINIS NON FORMæ. Legendū Libidinis nō fortunæ. & infra: SVTORIO PRISCO. Scribendum A Sutorio prisco: ut Seianū uidelicet ab hoc Sutorio siue Sertorio mercatū intelligas.

Ex capite.xl.

MORE THRACIæ GENTIS. Hunc morem Cretensibus asscribit Horatius: Cressa ne careat puella nota. Idcirco sunt q̄ Thressa nō Cressa in eo legāt: Alioquin & Crestone Lycophroni Thracia dicit ab uno terræ eius oppido Crestona/ut quarto libro indicatū est. Sed Porphyrio tñ & Probus in Persii poetæ Satyra Cretensiū eam fuisse consuetudinem affirmant. Ideoq̄ nec Horatii uersum mutauerim: nec Plinium arguerim.

Ex capite.xliii.

BERENICE QVæ FILIA SOROR MATER OLYMPIONICARVM. Scribo Pherenice: Pausanias in Eliacis ita uocat eam: quæ ab aliis Callipatira inquit dicatur. ea filium Pisirhodum in certamen Olympicum prosecuta uirili habitu quasi pugil cum uictorem agnouisset: superato aggere/quo Gymnici cludebantur/ nudauit se. Ad pœnam quæsita q̄ Alpheum amnem transisset: id

Universidad de Deusto
Biblioteca

illis diebus capitale fœminis erat absoluta est / datūq; id patris & fratris & filii uerecundiæ:qui omnes Olympionicæ fuerant.Ex eo tempore institutum est ut nudi adessent qui ad ludicrum id certaturi conuenirent.Fugisset me locus iste:nisi conniuēti mihi transilientiq; summonstrasset homo lectionis multæ Didymus Zenotes Fertinus:quo & a secretis utor propter fidem/& anagnoste propter diligentiam.Ne uero dubitari posset Pherenicen eius mulieris nomen fuisse cōfirmat Aelianus de uaria historia libro decimo iis uerbis fere:Duxit ad Olympicum certamen filiū suum Pherenice fœmina:prohibentibus eam spectare qui præsidebant:licere id sibi persuasit quæ patrem & fratres tris haberet Olympionicas. spectauit:& uictorem filium reduxit.Dissentit quidē ab Aeliano Pausanias in quadā tenus:sed ad id quod uolumus satis est.

Ex capite.xliii.

SVFFARRANEVM.Codices Romani Frumētarium. Quidam Sufforaneum ab eodem Etymo/quo circumforaneū nonnulli sub Affranio. Ciceronem ubi hoc dicat nundum legi:qui legerit inueniet:sed certe id a farre quemadmodum cōfrarratio deductum uideri potest/ut eum significet qui far in castra cōuehat/sed modicū alienūue : non iusto cōmeatu aliquo/sed crebris & uilibus institorum uecturis . Admonēt uero me uerba hæc ut cōmemorem quod & in præfatione leuiter attigimus:huiusmodi uocabula fere in castris orta esse Suffarraneum Conterraneum Militaneum Cōsecraneum.Iulius Capitolinus in concione quadam Maximini cæsaris Commilitones inquit sacrati imo uero cōsecranei. Alio loco idem auctor/nullam ciuitatem æque militaneam esse dixit:Nam consectaneus pro eo qui in eadē hæresi est/capit Sidonio in epistolis:q & superforaneum quasi pro superuacaneo usurpat.Sextus Ruffus Limitaneos:Reparato inquit de limitaneis Daciæ exercitu.

Ex eodem.xliii.

DE IVRE VIRGARVM IN EVM IVDICEM IN EXILIVM MISSVS.Vetus lectio De iure uirgarum in iudicū cōsiliū missus.nota est historia ex Ciceronis oratōe p Balbo.Meminit & Plinius quinti libri quinto capite/ubi quædam plusc̄la notauimus . Et infra:ET QVIBVSDAM FOELICITATIS INDVCTVS ARGVMENTIS. Legendum nō Quibusdam sed quibusnam:ut sit percunctatio cui sic respondeat:An quia proscribere tot milia ciuium & trucidare potuisset? Verbum autem ASSERVAVIT superius positum/scribo Asseruit . Et infra SOM-

NO EIVS CIVI IMMORTVVS QVODAMMODO EST.Scribendum Cui/non Ciui . De.L.Sullæ somno multa illo uersu Iuuenalis:Dormiret ut altum.quæ uolens prætereo.

Ex capite.xliiii.

ET HOC DICEBAT IAM BALEARICIS ET CRETICIS DIADEMATIS IAM MACEDONICVS IPSE.Quidam legunt Diadematus non Diadematis in hunc sensum : Cum illa de Scipione uerba diceret/iam liberos habebat Balearicos & Creticos quorum splēdore diadematus & insignitus uideri poterat. Lucius Florus:Metelli inquit Macedonici domus bellicis nominibus aseuerat/altero ex liberis eius Cretico facto/mora nō fuit quin alter quoq; Balearicus appellaretur.Alii non Diadematus nec Diadematis hac parte scribunt/sed Dalmaticis:quoniam Pedianus in actione contra Verrem tertia ubi Cicero de Manubiis.L.Metelli mentionem habet/ita dicat. L.inquit Metellus subactis Dalmatis Dalmaticus est appellatus.Ego Diadematis casu dandi & penulti ma producta lego ad hunc modum:Et hoc dicebat iam Balearicis & Creticis & Diadematis iam Macedonicus ipse.Moueor cum q; nulla est antiqua lectio contraria/tum uero maxime q; in Metellorum gente Diadematos fuisse quosdam testis est Cicero in concione pro reditu suo iis uerbis:Non ut pro.Q.Metello clarissimo uiro iam spectata ætate filius/non.L.Diadematus consularis sum ma auctoritate uir/non.Q.Metellus Censorius/non eorum liberi non.Q.Metellus nepos qui tum Consulatum petebat. Iam nec satis constat ecquid.L.Metellus q Dalmatas uicit/Macedonici Metelli filius fuerit:aut si Dalmaticus quoq; aliquis eorum dictus est nunquid prohibet eundem & Diademati cognomentū habuisse? Plutarchus in Martii Coriolani uita in Metellorum ait familia fuisse qui Vittatus quoq; nominaretur/ab usu uittæ qua ulceris tegendi causa procedebat in publicum obligata fronte . Qui autem putant ipsum Macedonicum & a Plinio hic & a Cicerone Diadematum uocari/decipiuntur . Primum q; Macedonicus non Lucii sed Quinti prænomen habuit. Deinde q;.Q.Metellus & q pro ipso reducendo supplicabat.L.Metellus Diadematus/Macedonico posteriores fuere.Valerius Maximus id comprobat:Metellus inquit Numidicus populari factione patria pulsus in Asiā secessit.Numidicus uero dictus q; Iugurtham Numidiæ regē Consul attriuerat.Nota ē ex Liuio Salustio Floro & Sexto quoq; Ruffo historia.Verbū aūt RECEPTO supra positū uetus lectio non

Universidad de Deusto
Biblioteca

habet/sed eius loco Referente:Nã & cõmodius sit repto q̃ recepto.

Ex capite.xlv.

HAEREDE HOSTIS SVAE FILIO EXCESSIT. Omnes uetusti codices habent Hærede non suo filio excessit:Alioqn Hostis sui potius'q̃ suæ filio id est Tiberio scribendũ fuerit:cuius patrem ciuili bello.M.Antonii partes secutum nemo dubitat: Nam de matre Liuia intelligi uix potest:cuius in amplexu & ut Tranquillus ait osculis extremum spiritum augustus efflauerit:quanq̃ Dion ueneno in ficu dato a Liuia sublatum augustum scribit: qd & Trãquillus innuit fere: quibus auctoribus omnia quæ hoc capite habentur/ex Solino quoq; percipias.

Ex capite.xlvi.

AGLAVM PROPHODIVM. Valerius de hoc ipso meminit:ſ Aglaum Sophidium appellat.Scribo Psophidiũ ex Psophide Arcadiæ:ut libro quarto docui. Stephanus Psophis inquit Psophitẽ debuerat Analogiæ ratiõe/sed a genitiuo peperit Psophidiũ ut ab Arcade Arcadius & ab Aulide Aulidius & ab insula Thynniade

Ex capite.xlvii. Thynniadius.

EVTIMVS POETA SEMPER OLYMPIAE VICTOR. Vetus lectio Pycta non Poeta: Sed & Euthymus scribendum est. Pausanias in Eliacis Τὰ δὲ ἐς Εὔθυμον τὸν πύκτην ὀυκ ἐικὸς ὑπερβάιρειν. Quæ inquit de Euthymo pycta id est pugili dicunt: præterire fas non est.Is in locris Italiæ qui epizephyrii cognominantur ortus Astycleo patre:uel ut indigenis persuasum est Cæcino amne genitus qui Locros a Reginis diuidit:hũc semel a Thasio Theagene uictum tradit: non iusto quidem illum certamine/ sed circumuentum dolo:unde nec Theageni decretus honor.insuper damnatus ut Mulctæ nomine talentum Euthymo repræsentaret.Demum Euthymus in Italiã reuersus post octauã & septuagesimam fere Olympiadem Temesam uenit: Genium loci/quem Vlixis comitem fuisse/ab oppidanisq; quia uirginem constuprasset interemptum ferebant.ob id uagari laruas eius/& nisi placarẽtur quotannis oblata uirgine crassari solitas & perniciem afferre omni ætati ac sexui compescuit:liberata/quam deuouerãt puella: in matrimoniumq; ducta:uixisse perq̃diu alioq; q̃ cæteri mortales solent modo/humanis excessisse. De hoc ipso inquit multa Callimachum dixisse.Per hæc uerbis Plinii quæ hoc toto capite habẽtur/non solum omnis adimitur obscuritas:sed maxima etiam lux affertur.Addatur iis & Aelianus uariæ historiæ octauo libro:Euthymus inqt locrus ex Italia Pyctes inclitus & robore insignis fuit lapidem gestabat ingenti magnitudine qui Locris ostendit & Temesæum heroa quod cuiq; per uim abstulerat reddere coegit/etiã cum fœnore:ut inde natum sit adagiũ iis qui sordidos & iniustos quæstus faciunt affore Temesæũ Genium: Hic inquit Euthymus ad amnem Cæcinum oculis hominum apparere desiit.

Temesum gens affore

Ex capite.xlviii.

ANACREON POETA ARGANTONIO. Hoc ipsum quidé & Valerius quoq; Maximus:Sed Strabo Argathonium Tartessiis ait imperasse: quos in Bætica Macræonas hoc est longæuos quoq; appellat.Anacreontis autẽ uerba hæc sunt: ἐγὼ δὐτ' ἀμαλθείας βούλομαι κέρας δύο τὰ πεμπτήκοντα καὶ ἑκατὸν τὰρτησσοῦ βασιλεῦσαι Nomen ergo regis non expressit ipse sed Herodotus ut auctor est idem Strabo.Silius:Argathoniacos armat Carteia nepotes. etiam si Argantoniacos fere scriptum est. In Hispania quidem Sarganthã fuisse tradit Stephanus:sed de hoc ipso an de alio senserit/non cõstat.In Mysia quoq; mõs ubi raptus Hylas iuxta Ciũ Prusiada uocatam:Argathona dicebat ab Argathona Rhesi coniuge cui & Argathon ut monti quoq; nomẽ fuit:unde possessiuũ ἀργαθώρειος ut a Citharone κιθαιρώρειος:auctor Stephanus. Meminit & Strabo.quemadmodum uero ab Argathon Argathonium:ita ab Argathona Argathoninum deducat necesse est. Diuertimus in hæc propter uersum Propertii:de quo multa multi:bene pauci.

Hic erat argathonius

Ex eodem.xlviii.

IN AETOLIA EPIORVM GENTIS. Diximus libro quarto ex Homeri & Aliorum testimonio Ephyros in Aetolia fuisse:ob id non desunt qui hoc loco non Epiorum sed Ephyrorum lectitent. Ipse pro Epiis siue quod idem est Epeis sto:quos in Aetoliã ex Elide aut cõtra migrasse ,pdit Ephorus. Hoc ipsum in Valerio quoq; maximo castigandum est. Hinc fortasse illud Stephani:Epuia inquit urbs quæ nunc Ambracia olim Paralia. Item:VT PARCE MENTITVS EST.Verbum Est/superfluit.

Ex eodem.xlviii.

GORGIAM SICVLVM.C.VIII. Pausanias / Centum quinq;. πέμπτε φασὶν ἐπὶ τοῖσ ἑκατὸν βιῶναι τὸν γοργίαν. Cicero & Valerius Maximus Centũ septẽ.Et infra:VTRISq; SALTARIBVs LVDIS. Scribendũ Sæcularibus/cũ ex aliis plerisq;/tum ex Tacito: Iisdem inquit consulibus ludi sæculares octingentesimo post Romam cõditam:quarto & sexagesimo q̃ Augustus ediderat spectati

Universidad de Deusto
Biblioteca

sunt Claudio principe. Domitianus quoq; tales edidit: quibus & ipse inquit interfui.

Ex capite.xix.de Climactere.

SED QVANTVM PRIMVM TRIBVAT INCERTVM Codices antiqui:Sed q̄tum plurimum tribuat incertū. Item:MOMENTIS HORARVM INSIGNIBVS LVNAE DIERVM VE SEPTEM ET VIGINTIQVATVOR. Vetus lectio Septem & quindecim:hoc est septimam & quinquagesimā quanq; non solum horam sed & diem lunæ metuendam esse. Verū expositio hæc parum lucis affert sequentibus. Proinde/quanq̄ non ignoro lunam in genituris & tertiam & septimam & quadragesimam obseruari consueuisse: Vettio ualenti: Stephano: Critodemo: cæteris: ut Maternum præteream. Magis tamen cōuenit ut septē & nouem momenta/q̄ septē & quindecim scribantur: cum ex trito illo ex Augusti epistolis apud Tranquillū loco: tum ex Iulio Materno: qui ait propterea sexagesimum tertium ætatis annum maxime periculosum esse/quoniam numerus uterq; .vii. &. ix. qui decretorii maleficiq; sunt/& ad uitam succidendam pollentes: in unum quasi confluunt. nouies enim septem & nouē septies sexagintatres efficiunt. Et ob id Climactericus hoc est gradarius & scansilis præcipue annus is uocatur: quoniam a septimo incipiens uitam hominis quasi per gradus quosdam agat. Ita & quinquagesimus quartus & alii minores Climacterici dicūtur/quoties aut per septē aut per nouem consurgunt. Sed si sexagesimus ætatis annus quinquagesimoquarto deterior est/ut fere inter omnes cōstat: quamobrem nominauit leuiorem Plinius grauiore præterito? Nempe ut ostenderet/si quinquagesimum quartum pauci excedunt/pauciores futuros qui maiorem illum & multo sæuiorem numerum attingerent. Pōt & illud dici: aliis quinquagesimūquartū sexagesimo tertio pestilentiorem uideri: quemadmodum alii fuere/ut Cēsorinus in libello de natali die meminit: qui quadragesimumnonum malitia insignem prætulere cæteris. Aliam rationem legis Climactericæ multo subtiliorem explicat Vettius Valens Antiochenus in libris quos inscripsit Antilogias: Traditā inquit prius a Petosiri & Necepso regib⁹: hoc titulo περὶ κλιμακτήρων ἐβδομαδικῶν καὶ ἐμπεδικῶν ἀγωγῶν: id est de Climacteribus septenariæ nonariæq; inductionis: quæ nihil sane aliud est q̄ quod hoc loco Plinius intelligendum nobis reliquit. Ea est ut q̄ breuissime colligatur/huiusmodi. Ab exortu caniculæ aut lunæ coitu exortum antecedēte numeretur inquit tempus usq; ad diem genituræ: tum deinde summa diuidatur per. lii. & septimam diei unius. tot enim sunt cuiusq; anni septimanæ: quia septies quinquaginta duo dies cum unius parte septima/efficiunt. ccclxv. id est integrum uertentem annum. Post hæc diuiso ita numero multiplicare quod reliquum est oportet/tā multis uicibus q̄ multis illa quinquagintaduo cum septima detraxeras ex solido: ut si uerbi gratia quater eum numerum eliseris: tūc eum qui relinquitur etiam quater multiplices. Sint igitur a lunæ coitu qui caniculæ ortum præcessit (melius enim est ita q̄ ab ipso syderis emersu incipere) dies. ccc. xx. Ab hoc eximantur quotiens possunt. lii. cum septima: relinquentur. xi. cum tribus septimis. hic quater in se ductus efficit. xlv. paulo plus. ergo numerus. xlv. quia per septimanas actus est/hebdomaicos id est septimanus appellatur: & Climactericum uitæ annum significat ita genito: præsertim si aut cum annis uitæ concidat a Chronocratore promissis: aut cū nonario ut facit: nam quinquies nouem colligunt. xlv. Hæc de septimano climactere. Nonarium quoq; suo modo inueniendū præcipiunt: ut quemadmodum ille per septimanas. lii. ita hic per Enneadas id est nonanas. xl. cum minutis aliquot regatur. Sunt autē minuta ea ex diebus quinq; cum quadrante. ultra enim. ccc. &. lx. dies/hoc est nonanas. xl. superant ex anno solido qnq; dies & quarta unius pars. Iubent uero ut Septimanus/quem Marti dicatum putant/obseruetur in nocturnis thematibus/alter uero in diurnis quoniam Saturno consecratus sit. qđ quidē & Plinius breuissime hoc loco attigit/dicendo: Quæ nocte ac die inqt obseruant. Sūt & signa i cœlo Climacterica nūeri septenarii/Aries: Libra: Cācer: Capricornus. Nonarii/Taurus: Leo: Scorpius: Aquarius. Trāslaticia siue promiscua/Gemini: Sagittarius: Virgo: Pisces. Idem auctor Vettius libro tertio: Sunt inquit Climacteres & horarum & dierū & mensium ad trigesimam lunæ computantibus: Sūt & partium quas Græci Cleros uocant ut dæmonis & fortunæ sui climacteres Quæ omnia longum esset & multis fortasse tedio/persequi.

Ex capite.l.

PHALEREVS IAM TVM DEPLORATVS. Cicero de natura deorum tertio Pheræum non Phalereum uocauit hunc: ut in alterutro sit uitium. Legi de hoc & apud Græcos/sed locus nō suppetit: nam & Themistius in auscultatione naturali meminit/sed suppresso militis nomine. Relatum id & apud Maximum Valerium scio. Et infra: XENOPHILVM MVSICVM. CCV. AN-

Universidad de Deusto
Biblioteca

NIS VIXISSE. Lectio antiqua Centum quinq;.Item Valerius: Biēnio inquit minor q̄ Gorgias: qui centum & ſeptem uixit annis Xenophilus Chalcidenſis Pythagoricus:ſed fœlicitate non inferior.Siquidem ut ait Ariſtoxenus muſicus omnis incōmodi humani expers in ſūmo pfectiſſimæ doctrinæ ſplēdore inqr extinctus ē.

Ex capite.li.

A SOMNO MORIENTIVM NEGLECTū. Vetus lectio:A ſomno mouentium neglectum. Eſt autē id inter ſigna mortis Galeno Paulo Aetio καταφορὰ καὶ ἀναισθησία : id eſt in ſomnum collabi nec ſentire uelicantes . Item : PEREGRANDIS HVMORIS E CORPORE EFFLVVIVM . Antiqua exēplaria Profundi humoris e corpore effluuium.Poteſt & Pergrandis legi . Et infra : ANTIPATER SIDONIVS POETA OMNIBVS BONIS.Legendū Annis nō Bonis.Meminit & Valerius. hic aūt Antipater nobili epigrāmate in Sappho decimā inter Muſas eam

Ex capite.lii. Ꝯcooptat.

NE FORTE MORTI QVIDEM DEBEAT CREDI . Verbum Forte inuectitium eſt:proindeq; detrahendum : aut aliquid loco eius quod non ſubſultet/inferendū.Item:QVAE MAGNA QVAERITVr FABVLOSITATE.Vetus lectio:Magna quæ ſequitur fabuloſitate:hoc eſt de Gnoſio Epimenide:cuius mentionē habet Plato in legibus primo & tertio : item Appuleius & hoc ipſo libro Plinius:ut diuini uatis & inclyti fatiloqui:ſicut Ariſtei Herodotus libro quarto.Sunt & codices in quibus ita ſcriptū eſt: Magna equidem fabuloſitate ut uel ad ſuperiora de Ariſteo uel ad Epimenidem referri poſſit.

Ex eodem.lii.

INTERIM EI QVI VIDEBATVR EXTINCTVS PLAUDENDO CONCINVISSE MYSTERIVM . Scribendū eſt non Ei ſed Eum . Myſteria uero id eſt arcana quædam ſacra & ut Feſtus uocat ſecluſa cecinit applouſis manibus:ea uidelicet quæ intermortuus audiuerat aut uiderat. nam & per ſomnum id poteſt contingere:unde illa Sophiſtarum apta declamationibus materia ἐπῳδὴ περὶ ὅμερ τὰ μυστήρια ἀδεῖν συμβαίνει.Sunt codices in quibus non Myſteria concinuiſſe / ſed Miniſteria conciuiſſe legitur : hoc eſt famulitium & miniſtros.Prior lectio magis publica.

Ex capite.liii.

IN PRIMIS AVTEM VISA MIRACVLO SVNT ATq; FREQVENTIA MORTIS REPENTINAE. Vetus lectio

In primis autem miraculo ſunt atq; frequenter mortes repentinæ Minus hæc offendit q̄ prior . Quid ſi ad hunc modum ſcribatur? Imprimis autem miraculo ſunt atq; frequenti iam:mortes repentinæ.Aut ſic:Imprimis autem miraculo ſunt atqui frequētes iam mortes repentinæ. hoc eſt q̄q̄ frequentes iā & ꝓmiſcuæ ſunt mortes repentinæ:nondum tamen deſinunt eſſe miraculo.

Ex eodem.liii.

ADVERSIS STVDIIS COPIA ODORVM CORRVPtū CRIMINANTIBVS.Quidam Correptum legunt non Corruptum:falſo/quandoquidem corruptus hoc loco ſubornatum inuitatum & illectum ſignificat : ſtudia porro aduerſa factiones erant Albata Veneta Praſina:quæ factum Ruſſati maligne interpretando cauillabantur quaſi nō officio aut in gloriam fœlicis defuncti ſe cremaſſet:ſed unguentis captus quæ in rogum miſſa fuerāt.Poteſtq; hic non tam Ruſſei q̄ Ruſſi aut Ruſſati ſcriptum fuiſſe.Iuuenalis : Parte alia ſolum ruſſati pone lacertæ . Id & antiquiſſima Romæ ac Præneſte lapidum monumenta comprobant:in quibus uel ſæpiſſime Ruſſati nominantur.Libenter huc diuerti ꝙ audio uerſum illum poetæ facilem & apertum a grammaticis multipliciter conuelli atq; turpiter.Et infra:QVEM EVENTI ANXIETATI DIXIMVS MORTVVM . Lego anxietate : hoc eſt uxoris repudio : ut ſupra hoc libro.M.inquit Lepidus Appuleiæ uxoris caritate poſt repudium obiit.

Ex capitis.lv.inſcriptione.

VERBA GENTILIVM INANIA.Scribendum puto Gentium non Gentilium/& hic & libro primo in indice . Etenim Iudæorū tantum conſuetudo illa fuerit Gentiles appellare:qui ſecus de deo q̄ ipſi ſentirent . Fieri etiam poteſt ut uerba hæc ab aliquo lectore ſuperſtitioſo inſerta fuerint:quoniam ea quæ hoc capite dicuntur contra religionem eſſe uidebantur:quaſi uero aut Plinii de deo & immortalitate animorum auctoritas tanta eſſet/ut omnium gentium ſæculorumq; conſenſum poſſet conuellere:aut non Plato nō Socrates non Academicorum & Stoicorum familiæ opponi poſſent:aut rationes eius hac parte tantum pollerent/ut refellere non eſſet:aut aliud omnino diceret/q̄ qđ Epicurus & Prodicus & Diagoras & Bias ante dixerant.

Ex eodem.lv.

CEV VLLO MODO SPIRANDO RATIO . Vetus lectio: Ceu uero ullo modo ſpirandi ratio.Et infra:MALIq; IPSA DE-

Universidad de Deusto
Biblioteca

MENTIA EST ITERARI VITAM MORTEMq;.Antiqua exemplaria:Quæ malum ista dementia est iterari uitam mor te? Hic autem loquendi mos per interrogationem & honestus & usitatus Plinio Ciceroniq;/apud hunc in epistolis ad atticum etiam/qui mali/dicitur in eundem sensum.Potest & morti hoc est iterari uitam ut moriare denuo.

Ex capite.lvi.

QVAE CVIVSq; SCIENTIA A QVOCVNq; INVENTA SVNT.scribendum A quoq;/non a quocunq;:uel quemadmodũ uetus lectio præfert/Quæ cuiusq; scientia inuenta sunt. Et paulo infra:SIMONIDEM MEDICVM.dic Melicum:ut iã ostendi.

Ex eodem.lvi.

PALAMEDEM ADIECISSE.ο.ξ.φ.χ.SIMONIDEM VERO MELICVM.υ.ζ.κ.ω.Philostratus litteram.υ.non a Simonide sed a Palamede inuentam scribit. Martialis quoq;/Turbabis uersus nec littera tota uolabit Vnam perdideris si Palamedis auẽ.ut Lucanus/Et turbata perit dispersis littera pennis.Nam Persius dicẽdo Et tibi quæ Samios deduxit littera ramos : non tam inuentionem q̃ interpretatiõem eius Samio Pythagoræ tribuerit. Sed nec ipsum.κ.repertum a Simonide uidetur.Eustathius:Litteras inquit longas/id est.η.&.ω.itemq; duplices cuiusmodi sunt.ζ.ξ.ψ.primus intulit Simonides.Propterea non.υ.nec.κ.hoc loco/sed.ψ.&.η.scribendum arbitror.nam.ξ.prius fortasse cognoscebatur. Inter illas uero quatuor Palamedi asscriptas/ponendum.υ. quod quidem & uetus fere lectio conseruat.Monendum & illud puto:ubi paulo infra dicitur : decem & octo priscas litteras fuisse/in his explicandis dupliciter erratum uideri.Primum/q; non decem & octo sed decẽ & septem tantum redduntur.ideoq; adiiciendum illis putamus.ρ. litteram.Secundo/q; ultima earum.χ.temere uidetur addita:quoniam sequatur/duas ab Epicharmo adiunctas.ο.χ. Propterea uel φ.uel.ψ.scribendum erit eo loco:aut alia oio lra q̃.χ.Signauit partem hanc ante me Georgius Merula:utiq; quod ad.υ.pertinet.

Ex eodem.lvi.

INFECERE LANAS SORDIBVS LYDI.scribendum Sardibus/non sordibus:unde Muricem phocaicum Ouidius ab oppido Phocæa non procul Sardibus/cum de Arachne Lyda muliere Hypæpis nata loqueretur. Et infra:IN GRAECIAM QVæ VOCABATVR ARGIDIPSION. Legendum: In Græciam qua uocabatur Argos Dipsion. Non enim tota Græcia / sed pars eius:

Itemq; urbs in Argolide ita nominabatur ut inquit Strabo:omnis quoq; littoralis ora dicebatur Argos & ante Danaũ Argiadæ hoc est Argiui.nec ipsum sed filias eius puteos monstrasse referunt ex illo uersu ἄργος ἄμυδρον ἔοῖ διαμάαι εέσαν ἄργον ἔμυδρον. Iam nec regionem ipsam caruisse aquis uolunt sed oppidum/ut erroré Homeri uersus creauerit κάικεν ἐλέγχι ϛοσ πολυδιίψιον ἄργοσ τκοίμην Verbo enim illo πολυδιίψιον non siticulosam Argolidem sed desiderabilem significari uoluit.

Ex eodem.lvi.

CADMVS THEBIS ARCHEOPHRASIVs IN PHOENICE.antiqua lectio Cadmus Thebis aut ut Theophrastus in Phœnice.Et infra:DIOSPHOLIN. scribe Diospolin hoc est Iouis oppidũ/in Aegypto Hecatompylos q̃q; dicẽtũ.Sũt & aliæ locis aliis hoc noíc:in Aegypto quatuor præter hãc pusillæ ciuitates:Item in Lydia:item in Palæstina.Et infra:PHIDON ARGIVVS.Scribi posset Pheidon Argiuus:a quo ut inquit Strabo μέτρα φειδώμια id est parca & auara/quasi ἀπὸ τοῦ φείδεσθαι.cæteq; parua ĩ hoc uisto : & ueteres mõ p̃ græcã diphthongũ.ει.talia scribebãt mõ p̃.ε. modo p̃.ι.productas. Atq; ut uerum fatear occasionem hanc arripui non Plinio suppetias laturus sed.M.Tullio / in cuius ultima Tusculanarum ita legebatur : Victum inquit Lacedæmoniorum in Philaciis:cum scribẽdum esset/in Phiditiis:ex Plutarcho Athenæo cæteris.ita enim cœnationes suas illi nominabant ꝓpter parsimoniam/ab eodem uerbo φείδεσθαι φειδίτια.

phidicia — locus correctus in quinta Tuscu.

Ex eodem.lvi.

LITHIOCOLLAM. Scribendum putant Ichthyocollam:hoc est glutem ex piscibus : de qua Plinius Galenus Dioscorides : Sed & Lithocolla quoq; fit iisdem auctoribus ex lapide Pario aut marmore cum taurino glutino. Est autem & nomen piscis Ichthyocolla.Proinde Celsus quotiens uult glutinum intelligi/nõ piscem adiicere solet gluten. Et infra:AVGVRIA EX AVIBVS CARAS.Græce Car non Caras dicitur Straboni & Stephano. Item AEPIVM AD TROIAM. Legendum est Epeum:ut prima sit breuis/producatur altera:nihil notius.

Ex eodem.lvi.

PROSAM PHERECIDES SYRIVS HISTORIAM CADMVS.At libro qnto Miletus inquit non fraudãda ciue Cadmo: qui Prosaicã oõem primus instituit. Appuleius quoq; in Floridis

Universidad de Deusto
Biblioteca

Pherecidi hãc nõ Cadmo aſcripſit. Ioſephus primo cõtrã Appionẽ uolumine:hiſtoriã a Cadmo inuentã credi refert. oĩa hæc & Strabonis libro primo uerba ſunt. Sed & inuentionẽ Sphæræ Mileſio Anaximãdro tribuit hoc capite Plinius:ſecũdo aũt uolumĩe ut diximus Atlanti. Et infra:CERCIRAM CYPRII. Sũt q Certyrã ſcribendũ putent/ita nauigii genus uocari apud græcos inuenientes. Strabo Cercuron quaſi caudatam nauim. Eſt & prouerbium κέρκουροσ ἐν λαχάνοισ contra eos qui honoribus magnis inhiant: cum ipſi ſint nihili. Verũ id mẽdoſe apud græcos quoq; multos legitur:cum dicendũ ſit κόρχοροσ ἐν λαχάνοισ id eſt Corchorus inter olera. eſt enĩ uile olus Corchoros Theophraſto ac Plinio:quidã

Ex eodem.lvi.

ℒp piſciculo accipiunt.

REMVM COPAE LATITVDINEM EIVS PLATAE. Legendũ Plataeæ. oppidũ hoc Bœotiæ eſt qđ Homerus numero ſingulari Platæã uocat. Qđ aũt Copenſes & Platæenſes hæc inuenerint/Strabonis uerba coniecturam faciunt apertiſſimam. Et infra: HIPPAGũ SALAMINII. Scribũt græci nõ Hippagũ ſed Hypagũ:nã Epagon epagõtis aliud eſt:ut decĩo uolumine Vitruuius oſtẽdit:Artemo a nr̃is uocatus. Trocleæq; id genus eſt quæ in machinis tertia dicatur. Qđ aũt ſequitur:AVT VT PERICLES ATHENIENSIS. uetus lectio:Aut Pericles Athenienſis. nõ diſplicet:nã & paulo poſt:Inuenit inqt manus Pericles Athenienſis.

Ex capite.lx.

ARGEORVM THESIN. Antiqua exemplaria Græcoſtaſin:de qua &.xxxiii.uolumine: Aediculã inqt æream fecit in Græcoſtaſi quæ tũc erat ſupra Comitiũ. Varro:Ante curiam inquit hoſtiliam roſtra/ſub dextra a Comitio locus ſubſtructus/ubi nationũ ſubſiſterẽt legati/Græcoſtaſis appellatus a parte ut multa. Senaculum ſupra Græcoſtaſin ubi ædis Cõcordiæ baſilica opimia. Nihil autẽ ad rem ptinet q; & Argeoꝝ ſacra & loca multa Romæ forent/ q; Argei dicerent ex uirgultis Scirpeis effigies q Miluio id eſt Sublicio de ponte mitterent: auctores Varro Dionyſius Feſtus Gelius Macrobius Propertius Ouidius Plutarchus Lactantius:Nam Liuius cum diceret multa Numã ſacrificia & loca faciẽdis ſacris Argeos a pontificibus uocatos dedicaſſe/non de ſimulacris illis Scirpeis/ut quidã arbitrant/intellexit:ſed de ſacrariis. Docet id &.M. Varro his uerbis:Reliqua inquit urbis loca olim diſcreta ut Argeoꝝ ſacraria Argeos dictos putant/a principibus q cũ Hercule Argiuo Romã uenerunt. Finis Septimi Libri.

CASTIGATIONES PLINIANAE EIVSDEM HERMOLAI BARBARI EX LIBRO OCTAVO

Ex Capite Secundo.

PROCILIVS NEGAT POTVISSE POMPEI TRIVMPHO IVNCTOS EGREDI PORTA. Domitius legebat Ingredi non Egredi: Procilium auctorem &.M. Varro nominat.

Ex capite.iii.

HERODOTVS TANTO ANTIQVIOR ET CONSVETO MELIVS DENTES. Legendum Conſuetudo non conſueto. Pauſanias mirat quãobrem dentes potius q; cornua uocare moris ſit:cum cornua inquit renaſci poſſint/dentes nõ poſſint. Idẽ auctor uidiſſe affirmat prope Capuã in Dianæ phano caluariam Elephanti/in qua e temporibus cornua prodibant intrinſecus. Appellauit & Philoſtratus cornua elephantorum nõ dentes quodam loco. Et infra:QVIBVS SVNT MVNIMINI. uetus lectio Quibus ſunt minimi/hoc eſt dentes/ne tanti ſcilicet prælium putetur.

Ex capite.iiii.

CRETVM PROXIMO TRADERE. Scribo Erutum nõ Cretum:nam & tradi & reponi poſſe id conſtat. Plinius.xxviii.libro: Veſtigium inquit equi excuſſum ungula/ut fieri ſolet plerunq;:ſi quis collectũ reponat & reliqua. Item:NVNC AGMEN CIRCVMAGI. Legendũ eſt Tunc agmen circumagi. Item:Et STATIM INTELLIGERE CVR SIT TIMENDVM. Coniũctiua dictio ET eradenda eſt ut ſenſus conſtare poſſit.

Ex capite.v.

BOCCVS REX.XXX. ELEPHANTOS. ſcribendũ Elephãtis alias diſſluctuat oratio.

Ex capite.vii.

MVNIFICENTIAE HONORIS VE EXQVISITAE. uetus lectio Munificentiæ honori ſuo exquiſitæ. Item:CONTRA MINVS VALIDAS. Scribendum Contra minus ualida. Item.XX. CONTra PEDITES QVINGENTOS. Tranquillus Quinquaginta non Quingentos:ut in alterutro menda ſit.

Ex capite.viii.

DOMITANDI GRATIA REGIS. Scribendum Gregis non Regis. Et infra:SANGVINIS VESTIGIIS SEQVVNTVr Quidã ex græcoꝝ conſuetudine locutũ Pliniũ exiſtimãt:dicentiũ

Universidad de Deusto
Biblioteca

ἀκολουθεῖν τῶδε casu dandi non accusandi. quidam scribunt uestigia non uestigiis:neutri recte.non enim animaduertũt accusatiuũ subintelligi/hoc est ipsas feras. Fabius libro undecimo:Iuuabit inquit iis quibus scripserit ceris/ediscere : sequuntur enim uestigiis quibusdam memoriam.

Ex capite.x.

ELEPHANTOS VIVERE.CC. ANNIS ET QVOSDAM CCC. Cum hoc ex Aristotelis sententia dicere se testetur hoc loco Plinius nõ.ccc.sed.cxx.scribendum quidam putauere: quoniã Aristoteles nono libro scribat uiuere elephantos mares/alii annos ducentos:alii centum uiginti aiunt. Sed idem auctor uolumine octauo:Tradũt inqt elephãtos ducentis annis uiuere quidã trecẽtis.

Ex eodem.x.

SANGVISVGA VBI IN IPSO AMNE CANALI SE VIXIT.Legendum Vbi in ipso animæ canali se fixit : hoc est in arteria & spiritus meaculo . Fabius libro undecimo:Pleniore tamen inquit hæc canali fluunt : uos Albani Tumuli atq; Luci & reliqua . Sunt qui hoc quidem probent : sed interpretentur canalem animæ qua non spiritus modo commeet / sed potus quoq; præcipitetur in pulmonem:idq; omnes præter Erasistratum sentire/prædicent:errore maximo:& quem ne cæci quidem/ut aiunt/incursare possint.Aristoteles.M.Varro:Plinius:omnes medicorum familiæ:Vulnerarii:Reunctores :Tonstrinæ : duas esse fistulas nouerunt/Spiritalem & Cibalem:ut Lactãtii uerbis utar. illa spiritum meare:hac cibum potumq; descendere. Non erãt hæc latentia:nec Cimmeriis inuoluta tenebris / ut ferri aut defendi possit/qui hæc ignorat nedum qui prodidit.

Ex capite.xiii.

ASACHAEI AETHIOPES . Plinius libro sexto: In ipsis inquit montibus Aethiopes Aschæ multis natiõibus abesse a mari dicũtur dierum quinq; itinere : uiuunt elephantorum uenatu . Vetus quoq; lectio non Aschæ sed Asachæ:ut eo loco diximus.

Ex capite.xv.

VITVLI POTIVS CERVICE QVADAM SIMILITVDINE . Solinus non Ceruice/sed Cerui ue quadam similitudine . Et infra:MACHLIN. Idem Solinus Alcen non Machlin : Scandinauia inquit insula mittit animal quale Alces.Cæsar quoq; Alcen uocat hãc sexto cõmentario.de Alcis & Iulius Capitolinus & Pausanias:e Gallia Transalpina:inuentu raris olphactu e longinquo

uenatorem sentientibus:statimq; in specus & latibula se condentibus media inter Camelum & Ceruum similitudine : sed mares ex iis in superciliis habere cornua. Apud nos & Alces inflexiõe tertia dicuntur/& Alcæ prima ut græci.

Ex eodem.xv.

IN MOENIA FERAM QVAE BONASVS VOCETVR. Legendum In Pæonia ex uetustis codicibus Pausania & Aristotele:q ait Bonasum monte Mesapo qui Pæoniæ ac Mediæ limes est inueniri/& a Pæonibus uocari Monapon.ab Aeliano Pæoni⁹ Monops appellatur. Sunt autem in Europa Medi & Pæones a Pæone filio Endymionis Epei fratre in Thraciam siue Macedoniam ad amnem Axium profecto:de quibus libro quarto : Item Pausanias Trogus Strabo cæteri.At Solinus animal hoc circa Lydiam Phrygiamq; haberi tradit : quasi Mœoniam uideatur legisse non Pæoniam. Sunt & Piones in Asiæ Mysia quæ supra Caicum amnem sita est/ab urbe dicti quam Pionis conditor Pionias uocauit ut libro quinto exposui:quæ oĩa Solino erroris occasiones fuere.

Solini error

Ex capite.xvi.

INTER ACHELOVM TANTVM ET NESVM AMNES LEONES ESSE . Scribo Nestum:ut in Thracia docui. Aristoteles in animalium historiis octingentorum talentorum ut Athenæus ait opere ἀλλὰ τῆσ εὐρώπησ ἁπάσησ ἐν τῶ μεταξὺ τοῦ ἀχελώου καὶ μεζοῦ ποταμοῦ λέοντεσ.Est & quædã nisi fallor apud Strabonem huiusce rei mentio.

Ex eodem.xvi.

TVM POENA IN IPSIS EIVS TELIS SVSPECTANTEM.Legendum arbitror non Pœna/sed Pene . Item: ID EST SALVATORIS.Adulterinũ hoc & subditiciũ existimo:quoniã Soter in latino ut in actione cõtra Verrem quarta Cicero ait : uno uerbo exprimi non potest:cũ eũ inqt significet qui salutem dedit. Dicat aliqs : nõne Seruatorẽ Iouem libro quarto & trigesimo Plinius appellat qui fuerit in Athenienſium portu? sed Pausanias eũ Iouem quem alii Sotera dicunt/Eleutheriũ nominatũ tradit hoc est seruatorem liberatoremq;:Nam dii salutigeri quo uerbo.L.Appuleius utitur/uidentur esse non qui dant salutem / sed qui nuntiant/tanq̃ interpretes & administri superiorum.

Soter

(by) salutiger

Ex capite.xvii.

THOANTEM IN ARCADIA . Aelianus in Achaia/id est ad Patras oppidum accidisse hoc testatur . Quod autem sequitur:

Universidad de Deusto
Biblioteca

ACCEPTA FERRI. Quidã legũt Accepta referri. Ceu uero nõ Acceptilatio dicat̃ potius q̃ accepti relatio: Alioquin Plinius præterq̃ rarissime aut demũ coactus/exametri fine abstinet.

Ex capite.xviii.

VTRVNq; RABIEM ET IPSI SENTIVNT. Legendum: Vtcunq;/non utrunq;. Item: NABVNA AETHIOPES VOCANT. Solinus & lectio antiqua Nabim.

Ex capite.xix.de Chao.

QVEM CALLIRHAPHIVM VOCABANT. Vetus lectio: Quem Galli Rhaphium uocabant. Plinius hoc libro: Sunt inqt in lupor̃ genere qui ceruarii uocantur: qualem e Gallia in Pompeii magni harena spectatũ diximus. quæ uerba cum iis quæ hoc capite dicuntur mire congruunt: ex hoc luporum genere cõceptas canes fortasse quis intelligat quæ Chaonides quasi a Chao nominantur: Etiam si Iulius pollux altiorẽ fabulam recensuit: ut miret qui Thoas in Aristotele ꝑ ceruariis lupis cepere. cum ceruarii lupi uideantur esse ii quos Chaos uocamus non Thoas. Sunt quidẽ & Thoes lupi ut Plinius testat̃ hoc libro capite.xxxiiii. sed quos Solinus in Aethiopia non Gallia nasci tradat. Errorem hunc/si error est/Oppianus poeta uidetur intulisse: qui Thoas διγενῆς hoc est bigenas panthera matre lupo patre gigni cecinerit/effigie capitis lupina Pardorum maculis: quod ipsum fere Plinius Chao suo id est Ceruario lupo tribuit hoc loco. Nominat & Theocritus & Quintus poeta & Iulius Pollux Thoa lupũ uulpi similem uoce. Homerus quoq; sed quale sit animal nõ exprimit: præterq̃ ꝙ magnopere generosum facit: propterea q; ceruario lupo maxime dissimilem. Arrianus qui res gestas Alexandri magni cõdidit/Tigrim feram Indicam non eam esse uoluit quam uulgus Tigrim nominet: sed hanc esse Thoa: Tigrim uero equi magnitudine. Ita fit ut Arrianus idem fere cum Oppiano sentiat/in Thoe macularũ uarietatẽ spectari. Est & qui lupus Canarius a Theodoro dicit̃: Panther ab Aristotele uocatus: nã ꝙ Panther a Panthera id est Pardali differat/Galenus auctor. Quidam inquit adeo beluini sunt ut Leonum & Pantherarum/item Canum & Pantherum & Vulpiũ carnibus uescãtur. De Thoe Plinius li.x.cæcos eũ parere: ité dissidere cũ Leone. tradit.

Ex eodem.xix.

QVARVM PEDES POSTERIORIBVS PEDIBVS HVMANIS. Scribendum Posteriores/nõ Posterioribus: cum ex ipso met sensu/tum ex Iulio Solino.

Ex capite.xxi.

SACRORVM LIBERI PATRIS. Vetus lectio fere nõ Sacror̃ sed Sacrã: ut ad uerbũ Ferã/paulo ante positũ referat̃. Q d aũt sequitur Orseos Indor̃ gentem uenari simias candẽtes: Strabo Prasios non Orseos esse tradit: qui Cercopithecos albos capiant. Orseos tamen siue Orsios in India uidetur Plinius agnoscere: si modo recte castigatus est a nobis locus libro.vi.capite.xx. Orsii/Antixeni/Taxile. Item NIGRIS: Sunt qui Tigris ex Solino: sed probandum Nigris: Plinius libro quinto: Fonte inquit illo quem Nigrin uocauere Nilus ꝓfilit. Ita Solini castigãda lectio est/non Plinii.

Ex capite.xxii.

DEMENETHVM PARRHASIũ. Pausanias hunc qui Olympionica fuerit & í lupũ cõuersus decio post anno restitutus sit homini & cætera quæ hic dicunt̃/fecerit/nõ Demenetũ ſ3 Demarchũ Dinyttæ filiũ ait uocatum: de quo epigrãma quoq; hñ Olympiæ hoc affirmat υἱοσ̀ δι μύτα δι᾽ ἄρχοσ Τηλαύγεσ ἔικοσι πάρκαλί᾽ασ παρ᾽ ἑσιοσ γερεαί. Et infra: NVLLVM OMNIũ PRæSTãTIVS. Scribo non Omnium: sed Ominum.

Ex capite.xxiii.

NON EST FATERI RERVM NATVRA LARGIVS MALA AVt REMEDIA GENVERIt. scribẽdũ nõ Aut/ſ3 An remedia. Nõ ímoror ꝙ res & apta est & mille testibus fulta. sed signãdus tñ locus erat: neq; imperitiã suã quasi auctore Plinio defẽderet.

Ex capite.xxv.

TEMPORIS VTRVNq; RATIONE. Legendũ Teporis: hoc est ἀλέτορ ex Aristotele: a quo sumũt̃ hæc de Crocodilo & Trochilo/id est Regulo/siue ut Suetonius Regaliolo: q; ab eodẽ Aristotele πρέσβυσ quasi rex & præses auiũ dr̃. Negat uero Aelianus omnẽ Trochilũ id facere/sed ex multis unã tantũ eius speciẽ quæ Clada

Ex eodem.xxv.

Crorhynchos inqt appellet̃.

IN IPSO NILO & IN INTERIORE HABITANs NItria AB INSVLA IN QVA HABITAt APPELLATA. legendũ In ipso Nilo Tentyritæ ab insula ĩ qua habitat appellata/ex Strabone Ptolomæo cæteris. Plinius.xxviii.li. In insula inqt Nili Tentyri nascẽtes tãto sunt Crocodilis terrori ut uocẽ quoq; eor̃ fugiãt. De hac Tentyri & in situ orbis.v.libro dictũ est. nã Apollonopolitæ odio qdẽ habẽt eos: cõtra Ombitæ diligũt/ut Aelianus auctor est. soli tñ Tentyritæ dominant̃ eis ut Psylli serpẽtibus. Sũt & Nitriæ in ægypto gemiæ supra Méphin: ſ3 nihil ad rẽ: nec in uetustis codicibus habet̃ uerbũ illud. Indicauit hoc añ nos Merula.

Universidad de Deusto
Biblioteca

Ex eodem.xxv.

ROSTRO RESINO. Legendum Resimo non Resino:Herodotus/Aristoteles/Solinus de hoc ipso animali. Est autem Resimus idē qui & Simus: a græcisq; id sumptū est:qui σίμον & ἀμάσιμον pro eodem capiunt. Vtiť & Cornelius Celsus ea uoce. Nos in Themistio Desimum pro eo quod esset Simo contrarium/diximus:nō studio nouandi sed breuitatis: ut Theodorus Depes: quod græci ἄπουσ:ut Denares:ut Deplumes:ut Depiles:ut Delumbes:ut mille alia iam recepta.etiam si librariorum sciola inscitia Resimū scripsit pro Desimum in nostris cōmentariis.

Ex capite.xxvii.

PANTHERAS PER CARNES FRICATAS ACONITO VENANTVR IIDEM BARBARI. Vetus lectio Pantheras per carnes fricatas aconito(uenenum id est)Barbari uenantur. Cicero de natura deorum secūdo: Pantheras inquit quæ in Barbaria uenenata carne caperentur/remedium quodam habere/quo ut essent usæ/non morerenť. Et infra:AT VERA CONTRA Hæc INCREMENTIS HOMINIS SIBI MEDETVR. Lego: At fera contra hæc excrementis hominis sibi medetur. Et infra: DEFIGI ET POSTREMO EXPIRARE. Scribendum:Defatigata postremo expiret.omniaq; hæc ex Aristotele Nicādro cæteris. μὴ θυμαμένη φασὶν παρθαλίσι ἐφαλλομένη καὶ πηλῶσα λαβεῖν τοῦ ἀντιφαρμάκου, διὰ τὸ ὕψος, ἀτομεῖ καὶ ἀποθνήσκει. Potest & ita legi:Defigatur postremo expiret. Significat autem uerbum Defigi τὸ ἀτρεῖν.hoc est lassescere defatigariq; ac uirib⁹ attonitos;

Ex capite.xxviii. Ⅼmodo linquí.

VTPOTE q̄PLVRIMIS ANIMALIBVS. Legendum:Vtpote cum plurimis animalibus:alias sensus integritate sua laboraret.

Ex capite.xxix.

EX GYARO CYCLADVM INSVLA AMYCLIOs A MVRIBVS FVGATOS. Legi potest non Amyclios sed Incolas:cū alibi Plinius ita scribat: Theophrastus inquit auctor est mures ex Gyaro insula cum incolas fugassent/ferrum rosisse.

Ex eodem.xxix.

SOLIPYGIS. Quidam legunt Solifugis. Ego & Solpugis defendo aut Salpugis media producta:quæ & per.y.quandoq; scribiť. Lucanus:Quis calcare tuas timeat salpyga tenebras Et tibi dant stygiæ ius in sua fila sorores. Plinius.xxxix.libro:Est inquit & formicarum genus uenenatum non eas nouere Italia. Solifugas Cicero

appellat. Salfugas Bætica. Solinus frequentem in Sardinia Solfugam tradit aranei specie in metallis argētariis occultim reptat inquit & imprudentes opprimit:dicta q; solem fugiat ut Blattæ. huius diminutiuum Solopygion græce dici posse credūt:ut illud Catulli ad hunc modum legant:Dii boni solpugium disertum nata eodē uerbo & paruitate corporis & mordacitate calui Othonis. Sed & Solopachium quasi Holopachium defenditur a breuitate corporis cubitum totum non excedentis: Nam & Cupidines Nilotici ut est apud Philostratum Pachia uocantur. Et Lycophron Heptapachyin Achillem a septem cubitis appellat. Ego & Xylopachium uideo legi posse:quia Xylon & Pachys mēsuræ sunt nomina Horus testis. Huius autem uerbi quo Catullus utitur:solus meminit/quod usq; inuenerim/Seneca.

Catulus
Dij boni solpugium disertum

Ex capite.xxxi.

RVPETAE. Scribendū uidetur Rubetæ a rubis atq; uepribus ut ait alio loco Plinius. Græci Phrynos uocāt:de quo plura in corollario.

Ex capite.xxxii.

VLTRA CONFVGIVNT AD HOMINES. Scribendū Vltro. Et infra:ANTE PARTū SESELIS:A PARTV ARos ET SESELIS. Vetus lectio:Priorem Siser uocari tradit:duas sequētes Rhamnon & Seselin. Fortasse auctores ut inqt Plinius iter herbas:similitudo nominum græcorum Siseris & Seselis confuderat. Idem uigesimo uolumine: Seseli inquit herba pasci dicuntur ceruæ parituræ. Item quinto & uigesimo:Simplicius inquit ceruæ monstrauere Elaphoboscon:item Seli enixæ a partu. Ita enim legimalo ex uetustis codicibus q̄ Helxinem a partu. Cicero de natura deorum:Paulo inquit ante partum ceruæ perpurgant se quadam herbula quæ Seselis dicitur. Hoc & Aristoteles confirmat.

Ex eodem.xxxii.

CORNVA MARES HABENT. Cum Pindarus cornua tribuat & fœminis: χρυσόκερων ἔλαφον θήλειαν. Sunt qui locum hunc in Plinio suspectū habeant imerito:quādoquidem Aristoteles quoq; ceruas carere cornibus scribit:subiiciemus & interpretum eius poetæ uerba:Fœminis inquiunt ceruini generis assċribunť ab oibus poetis cornua.fieri enim pōt ut id quandoq; acciderit:nam & Elephantis indicis adsunt cornua dūtaxat maribus:Aethiopicis uero ac Libycis utroq; sexu. Hæc illi.

Fx capite.xxxvi.

DENTIVM PRAEDOMANTES ORA. Scribo ex Aristotele

Universidad de Deusto
Biblioteca

Cum dentiunt Prædomantes ora. Vel sic:Dentitioni prædomãtes ora.Quod autem in calce dicitur:Vrsos in Aphrica non ali:discrepant in hoc sentẽtiæ: Nam & Herodotus in Libya nasci eos meminit.Et Solinus:Numidici inquit ursi forma cæteris præstant.

Ex capite.xxxvii.

PONTICI MVRES DVNTAXAT ALIBI. Vetus lectio Albi/non Alibi.Et infra:COMPLEXO FASCE BARBAE. Scribendum Herbæ.Item MONOPOLIVM INVENIT. Melius ut Monopolio casu septimo legatur:id est ex Herinaceorum Monopolio magnum lucrum fraus hominum inuenit:de quo in Iustiniani codice ubi de Monopoliis Echinorum agitur: quem locum recẽtiores legulei ridicule sunt interpretati. De Monopolio autem cum Suetonius tum Aristoteles in politicis.Plautus:habes inquit Murrinam & calamum potes Monopolium instituere. Origo uerbi/q; penes unum aliquem uendendi potestas est.quod genus hodie in multis rebus seruatur: ut in corallis Aphricæ ad Hipponẽ: Alumine in Sicilia/& Etruria:uuis passis in Achaia:Bitumine in Iudæa:qđ quia græce Asphalton uocant/omne Monopoliũ uulgo

Ex eodem.xxxvii. ⁊Aspaltum dicitur.

VRINA Et DVOBVS ALIIS ANIMALIBVS RATIONe MIRA EST. Legendum cum sequentis capitis initio:Vrinæ & e duobus aliis animalibus ratio mira est.

Ex capite.xxxviii.

DECRETOS IPSIS. Legendũ Detectis ipsis:hoc sensu:Quoties sub dio sunt atq; non sub tecto/cauda ipsis ꝓ tecto est/atq; umbra unde nomen Sciuris ἀπὸ σκιᾶσ τῆσ οὐρᾶσ.

Ex capite.xlii.

HABENIS CVM PALMA ET CORONA EFFVSO RATVMENA.Legendum non Habenis/sed Ab Veiis:ita enim uocatur oppidum.Festus Pompeius: Ratumena inquit porta a nomine eius appellata est/qui Ludicro certamine quadrigis uictor Etrusci generis iuuenis a Veiis cõsternatis equis excussus Romæ periit:qui equi feruntur non ante constitisse q̃ peruenirent in Capitolium:conspectumq; fictilium quadrigarum/quæ erant in fastigio Iouis templi/quas faciendas locauerant Romani Veienti cuidam artis Figlinæ prudenti/quæ in bello sunt reciperatæ:quia in fornace adeo creuerant ut eximi nequirent:idq; prodigium portẽdere uidebatur/in qua ciuitate eæ fuissent:omnium eam futuram potentissimam.Hæc Pompeius.Meminit & Plutarchus. Item Solinus:Tarpeium inquit Iouem terna dextratiõe lustrauit.ut quod hic legit' SEDEMq; TER LVSTRASSE:scribi possit ædem. Notatu uero dignum/uulgare uerbum Dextratio/unde mõ equos maxie Bigarios Etruria Dextrarios appellat.Hoc ipsũ fere Olympiæ scribit accidisse Pausanias auriga homie Corinthio effuso cui nomẽ erat Phedola:ut equæ aura:cuius & imago ibi cõsecrata est.

Ex eodem.xlii.

IN EADEM HISPANIA GALLECA GENS Et ASTVRA EQVINI GENERIS HI SVNT & reliqua. Verbum Est/& uerbum Hi sunt/uidentur superfluere.Sensus autem est:in Hispania Galleciam & Asturiam gignere Tieldones uocatos equini generis:qui quotiens minori forma sunt Asturcones dicantur.L.Appuleius equos Thessalicos cõmendauit & iumenta Gallicana:quibus inquit generosa soboles perhibet generosam dignitatem.

Ex eodem.xlii.

COLLVTIM CARPERE INCVRSVS TRADITVr ARTE.Scribo Tollutim carpere in cursu traditum arte.Vetus id lectio item Festus & Nonius confirmant. Plautus:Demam inquit Hercule iã de ordeo Tollutim ni Badizas. Varro:Vt equus inqt qui ad uehendum est natus tamẽ traditur magistro ut equiso doceat Tollutim. Adequitatio hæc ut arbitror ἐυαρμοστα Iulio Polluce dicitur:quia carpat in cursu terrã/& tollat uolubiliter ac modice uestigia.Etenim tollutim quasi uolutim interpretantur. Hos & Gradarios uocamus qui molli gradu & sine succusatura gestãt. Varro: Qui Tegradu inquit Tollutim melius q̃ tute molliter uectus cito relinquat: unde Tollutares equi Seneca in epistolis: Asturconibus inquit & Tollutaribus Mannis. Silius de Asturia: His paruus sonipes neq; Marti notus/at idem Aut inconcusso glomerat uestigia dorso / Aut molli pacata celer trahit Essęda collo. Martialis: Hic breuis ad numerum rapidos qui colligit ungues: Venit ab armiferis gentibus Astur equus.

Ex capite.xliii.

PER RARITATEM PLANTARVm.Romana impressio nõ Plantarum/sed Plancarum.Quidam Placarum falso quasi tabularum:propterea ꝓ tabulæ a græcis πλάκεσ dicuntur non πλέκαι Igitur Phalangarum ut Vitruuius scribendum erit: aut Palcarum ut Pompeius.Sunt autem Phalangæ quibus baiuli ferendis oneribus utũtur:quas σκευοφόρια Plato nominat. hinc Phalãgarii quoq; appellantur/modo Hexaphori/modo Tetraphori. His &

phalanges

Universidad de Deusto
Biblioteca

pontes quoq; ſternebantur. Plinius:Phalangæ inquit ſuſtes ſunt nodis carentes. Iulius Pollux:Phalanges inquit & Phalangia dicuntur ligna/quibus ſubiectis naues trahi ſolent. Hinc & Aranei genus Phalangium/q̃ oibus iis internodia terna ſiut in cruribus.

Ex capite.xliiii.

NISI INFANTIA.Legendum Niſi in infantia. Item:ECVLEos ADMOVENT.Scribendum Equuleos ex Varrone item Cicerone in Hortenſio ſiue ut in libro de natura deorum Equulos:Nam & Equa ipſa per diminutionem a Varrone dicitur Equila. Equuleos autem de quibus agit hoc loco/Ariſtoteles Hippothelas quaſi Equimulgos uocat: Arcebit inquit ab initu & aſinum equa & equum aſina/niſi contigerit ut aſinus equæ lac hauſerit: ob id de induſtria pullos aſinorum ſupponunt/ qui uocantur inquit Hippothelæ.

Ex eodem.xliiii.

IVMENTA COMITATV VISVq̃ EXHORTARETVR Scribendũ Niſu non Viſu. Ariſtoteles συμπαμπρεύων παραπορευόμενος παρώξυνε τὰ ζεύγη πρὸς τὸ ἔργον id eſt connitendo comitãdoq; accendebat iumenta ad opus. Eſt autem ἄμπρον unde uerbũ συμπαμπρεύειν:funiculus is qui per iuga ipſa tenditur/aut quo trahi ferri ue ſolent a iumentis onera. Verbum ἀμπρεύειν ut gloſſematorum ſcriptores aiunt: proprie ſignificat iter curru facere.per abuſionem uero tranſlatum eſt ad ueterina iumentaq;:ſed & onuſta inquiunt iumenta ſi quis iuuerit ἀμπρένειν dicetur iis uerbis. καὶ ἀμπρεύειν δὲ τὸ τῶ ἕλκοντι ζεύγει βοηθεῖν. Hæc uis elegantius exprimi non poterat q̃ dicendo Niſu. Theodorus hoc aſſequi non potuit homo in Græcia natus & latine peritiſſimus: Commeans inquit & obiens iumenta exhortabatur. De hoc mulo.Plutarchus quoq; ἐν τῶ περὶ ἀλόγων ζώων.Quod autem hic dicitur: Ne ab incerniculis eum arcerent/ab eodem Ariſtotele ſumptum eſt ἀπὸ τῶν θηλαίων hoc eſt a frumento/quod in cribris aceruiſq; uendendi gratia proponitur:Nam cernere & incernere idẽ eſt quod cribrare.ob id incernicula cribros uocamus.

Incernicula

Ex capite.xlv.

VIDIMVS EX IMPERIO DIMICANTES.ET IDEO SE DEMONSTRATOS.Scribendum Vidimus de imperio dimicantes & ideo demonſtratos.De imperio dimicare tauros cum alium Virgilius teſtis eſt. Verbum autem Se/adiectitiũ erat & obſcurabat intellectum:Niſi quis non Se/ſed aut Scenæ demonſtratos lectitet/aut Senatui.

Ex capite.xlvi.

CAETERO SECRETIVS.Niſi legas Secretus:turbabis ſenſum.

Ex capite.xlvii.

VTRANq; AD NOVENOS ANNOS.Scribendum Vtrinq; id eſt utroq; ſexu:ex Ariſtotele. Item:PRIMI PARES MINORES FOETVS. Legendum Primiparæ ſingulari numero caſu patrio:aut Primiparis plurali datiuo:id eſt matribus πρωτοτόκοις quanq̃ apud græcos eodem uerbo accentu ſolum tranſeunte parẽtes & partus intelliguntur.In latino Primiparæ ſues ut libro undecimo leguntur:Primipares fœtus/nondũ qui dixerit inueni.

Ex capite.xlviii.

INDVMENTIS VSVM VENIVNt.Scribe uſu nõ uſum.Aut ſic:Indumentis uſum inueniunt. aut ſic:In indumenti uſum ueniunt.Item:VNGVLATA VESTIS.Quidam Virgulata:Intexebantur inquit Pollux in tunica uirgæ purpureæ / quas græci Parhyphos appellabant.Virgatarum meminit & Virgilius:Sed purpureas interpretãtur eas grãmatici/q̃ uirgæ Gallorum lingua diceretur Purpura. Plures autem manu ſcripti codices habẽt & hic & clauſula ſuperiore non Vngulata ſed Vndulata/quaſi ab undis atq; fluctibus: Nam & Chimatile ueſtis genus Plauto & Ouidio a fluctu. Dicebantur uero & Vndones quidam Cilitii: forteq; ab undis: quales modo in iis textis uidemus quæ tanq̃ ἀπὸ τοῦ συμβάλλειν ſymballota.i.συμβαλλωτὰ omnes appellamus:ceu origine ab illo ueſtium genere accepta. de quibus paulo ante Plinius ita ſcribit:Lanæ inquit & per ſe coactæ ueſtem faciunt. Erit ergo Symballoton quaſi συμβλητὸν hoc eſt coacti p ſe uelleris impleXu potius q̃ textu conditum.De Vndone Hieronymus quoq; meminit. Item:SVRRICVLATA. Vetus lectio,Sororiculata:fortaſſe quoniam a ſuperiore quaſi Sororicula defluxerit.

Symbalon

Ex capite.xlix.

GENVS MVSIMONIVM.Scribo Muſimonũ ſiue Muſmonũ. Strabo γίνονται ἐν κορσικᾶ τρίχα φύοντες ἀιγείαν ἀντὶ ἐρέας κριοὶ μούσμωνες καλούμενοι ὧν τὰς δορὰς θωρακίζονται. Miror Nonium Marcellum quid eſſent Muſimones ignoraſſe.ait enim:Muſimones ſunt aſinimuli aut equi breues:quia Lucilius dixerit/Preciũ emit qui uendit equum Muſimonem:& Cato Aſinũ aut Muſimonem aut Arietẽ. Quod ſi & breues equi uel muli uel aſini Muſimones appellabantur: de arietibus certe quibus maxime id nomen conuenit/ſilere non debuit:quando græci quoq; ipſi ut Pau-

Muſimones

Universidad de Deusto
Biblioteca

ſanias/& cuius attuli uerba Strabo: id animal pro ariete non pro iumento reddiderunt.

Ex capite.L.

MVLTIS LACTIS MAIOR VBERTAS.Legendum Mutilis/non Multis:ut ſupra:Mutilum inquit in utroq; ſexu utilius.Et infra:IN CILICIA CIRCAq; SYRIAS. Scribo nō Syrias ſed Syrtes:ubi Cyniphium pecus cantatiſſimum Virgilio Silio Martiali Claudiano cæteris:ut quinto libro diximus. Quod autē hoc capite notatur Archelaū ſcribere Capras auribus ſpirare non naribus: Ariſtoteles Alcmæonē tradit opinionis eius auctorem fuiſſe.

Ex capite.li.

SVBACTIONE.Legendum Subatione a uerbo Subare. Et infra: VT IAM PVBLII MIMORVM POETAE. Vetus lectio: Vt tamen Publii Mimorum poetæ:magiſq; ita congruit ſane. De hoc Mimographo & Aulus Gellius. Sunt autem qui Poblilium fere ſcribi malint q̄ Publium:quia Publius nō ſit nomen ſed prænomen.qui error & in Liuiano codice perſpicitur initio libri ſepti mi aut ſexti fine.Id ex tabula marmorea in circo Flaminio inuenta/cuius & alibi mentionem fecimus/animaduerti poteſt:ubi legitur.Q.Poblilius.Q.F.Q.N.Philo.Quod autem ſubiungitur:nomen Suminis ab hoc poeta impoſitū fuiſſe:ſi uerum eſt/antiquiorem eum Plauto fateri oportet/qui dicat in Captiuis: Quanta inquit labes larido quanta ſumini abſumēdo. & in Gurculione:Obtundamus inquit pernam ſumen glandiū. Eſt & mulieris māma ſumen Lucilio ut Marcellus inquit a ſuggendo dictum.

Ex capite.liiii.de Simiis.

VISCO INVNGI OCVLOS CALCARIq; VENANTIVM IMITATIONE.Ita legunt aliquot etiam Romana exemplaria: Sed rectius Veneta: Viſco inungunt laqueos calcariq; uenantiū imitatione.Scio & intingere ſibi oculos ſolere ſimias/atq; inde capi facile ut inquit Strabo.ſed illud nō tam ſolertiæ q̄ ſtultitiæ tribuendum erat.Et infra CALITRICES. Scribendū Callitriches: quoniam a Barbitio dictæ ſunt:quod græci τρίχα uocant.

Ex capite.lv.

EST ET ALIQVOD ANIMAL INTOLERANDI RIGORIS ALVMNVM. Scribe Alioqui non Aliquod. Item: MAGNA PROPTER VENATVM EORVM IN TERRis GRATIA.Legendum non In terris/ſed Viuerris/hoc eſt muſtellis ruſticis ut ait Strabo importatis ex Aphrica. Sunt q eas græce Ictidas appellari putent/nunc Hiſpanū uulgus φολεντασ:quoniā

ut iniiciant eas in ſpecus qui ſunt multifores in terra:unde Cuniculis quoq; nomē eſt.Et infra:INCHOATA GERENS PARTE.Melius ſi legas Incohato gerens partu:qualem Græci uocant ἔμβρυον ἀτελές.

Ex capite.lvi.

QVAE IN GENERE MVLTI ET HOS INCOLAS DOMVS IMPOSVERE.Legendum cum ſequenti capite ad hunc modum: Quo in genere multi & hos incolas domus poſuere mures:hoc eſt τουσ κατοικιδιουσ μυασ. Nam & Aruraei hoc eſt cam peſtres quidam ſunt cognomento Sorices.Murem certe nec feram iure dixeris/nec placidū:quia nunq̄ māſueſcit ut inquit Plinius.

Ex capite.lviii.

CERVI ET CIRCA ARGMVSSAM ELAPHVM MONTEM NON EXCEDVNT AVRIBVS ETIā IN MONTE FISSIS.Legendum eſt Arginnuſſam ſiue Argennuſam/Ariſtoteles Strabo cæteri.Eſt autem Arginuſſa inſula ad Continētem Troadis prope Argenicum promontorium locata:iuxta quem Alcibiades extinctus eſt locum.Item Elatum montem/nō Elaphum. & ita codices manu ſcripti habēt. Ariſtoteles Elatoenta uocari tradit ex abietum ut arbitror frequentia. Et infra:IN BOEOTIAE LEVCADIA ILLATAE SOLVM FVGIVNT. Legendum non Leucadia ſed Lebadia ex Ariſtotele:ſic & uetuſta legunt exēplaria.De Lebadia Plinius Ptolomæus & Strabo & nos aliq̄ multa libro quarto.

Ex eodem.lviii.

IN EBVSO IN LITTORIBVS CVNICVLI SCATENT IVXTA HISPANIAM BALEARESq;. Legendum:In Ebuſo cuniculi non ſunt: ſcatent in Hiſpania Balearibuſq;. nec aliter uetus habet lectio. de hoc & tertio uolumine diſſerui:q; ibi quoq; uerba Plinii fœdiſſime inuerſa ex ſpectatæ fidei codicibus & Pōponii Melæ teſtimonio reſtitui: Nec cuniculos inquit Ebuſus gignit populantes Balearium meſſes.

Ex eodem.lviii.

MVTAE SVNT ETIAMNVM CICADAE IN SERIPHo Verbum Cicadæ/imprudēter eſt adiectum: quoniam de ranis hic non de cicadis agitur:nec antiqua lectio id habet.Stephanus prouerbium quoq; tradit fuiſſe βάτραχοσ σεριφιοσ hoc eſt rana Seriphia in eos qui plus nimio taciturni ſunt.Item:ARTAGENAS. Scribe Attagenas:notior eſt auis q̄ ut probatione opus ſit.

Rana ſeriphia

Finis Octaui Libri.

Universidad de Deusto
Biblioteca

CASTIGATIONES PLINIANAE EIVSDEM HERMOLAI BARBARI EX LIBRO NONO

Ex Capite Tertio.

c. EDROSI QVI ARABIN. Scribe Gedrosi qui Arbin: ut in situ mundi ostendimus.

Ex capite.iiii.

MVLTIS PERSVASISSE DOCTRINã INDAGINIBVS. Legendũ Doctrinæ indaginibus: hoc est ἐπιχειρήμασι καὶ ἀποδείξεσι.

Ex capite.viii.

NEC STATIM TELLVRE TACTA MORIVNTVR. Legendũ Et statim tellure tacta moriunt. Ouidius: Quẽ postq̃ bibulis iniecit fluctus harenis Vnda simul miserũ uitaq; deseruit. Papinius: Iubet hos subsistere pleno Littore ne nudæ noceant contagia terræ. Item paulo supra: Vt PLErũq; VELA NAVIũ TRANS VOLẽt VENto. Forte nõ Vento sed Euntiũ. Plinius hoc capite: Sæpe inqt nauigia uelis eũtia comitãtes. Aut certe ut Romani codices nõ Vẽto sed Iũcti: ut uerbũ id ad sequẽtia ptineat: Iũcti inqt Lagũt uere cõiugia.

Ex eodem.viii.

HIPPONIS DIARITIS. Legendũ Hipponis Diarrhyti. Sũt.n. Hippones duo/Regius & Diarrhytus: ut in circuitu mundi ostendimus. De hoc aũt Delphino Hipponẽsi nõ Solinus mõ sed Cæcilius quoq; Plinius ad Canniũ Ruffũ: ubi unguentũ id nõ a Flauiano Proconsule/sed ab Octauio Auito ꝓconsulis legato superfusũ tradit. Et infra: FLVCTVATVSq; SIMILIs EXANIMI. Qui dã legũt Fluitãs: oẽs.n. pisces cũ sunt extincti fluitãt/exceptis anguillis. Sed põt & Fluctuatus ferri/hoc est iactitatus: ut loquit̃ de hoc ipso miraculo Solinus. Ne qs aũt uerbũ insolens existimet qd̃ fere obiiciũt q pauca lectitarũt: Plinius aliubi: Delos inqt diu fluctuata ut ꝓdit̃ sola motũ terræ nõ sensit.

Ex eodem.viii.

SIMILIA DE PVERO IN IALYSO VRBE. Legendũ Iasso nõ Ialyso/cũ ex uetustis codicibus/cũ ex Oppiano Aelianoq; hoc ipsũ de Iassio Delphine paucis imutatis tradẽtibus: ſ & Solino q tñ Babyloniæ putauit urbem Iasum falso. Ipse Pliniũ & Strabonẽ secutus in Caria eã statuo/cuius municeps Chœrillus fuerit. Athenæus δελφῖνα δι' ἐπῶν ἐμ Ἰασσῷ παιδὸς ἐρασθῆναι λόγος. ὥστ' ἰόρει δοῦρις. hũc aũt puerũ ab Alexandro accersitum scribit iis uerbis μετεπέμψατο δὲ ἀλέξανδρος τὸν ἐμ Ἰασσῷ παῖδα.

Ex eodem.viii.

NEMVSIENSI AGRO. Scribendum Nemausiensi ab urbe Nemauso: ex Strabone Plinio Ptolomæo cæteris. Et infra: ANTE MALVM PRAELIANTVR. Vetus lectio: Ante uallũ præliantur. quod græci dicunt πρὸ τοῦ χάρακος. Et infra: IN LATIO SINV CONSVL MVTIANVS. Scribendum Iassio non Latio/cum ꝓ sinus Latius non dicitur. Iassius sinus dicitur in Caria Pomponio Plinio Straboni Ptolomæo reliquis ab urbe Iasso: de qua paulo ante retuli: tum ꝓ si ea res mari Latio contingeret/Mutianum citare quasi testem incredibilis historiæ non oporteret.

Ex capite.ix.

TORSIONES. Theodorus legebat Tyrsiones siue Tursiones: arbitrabaturq; ab Aristotele Phocænas appellari: de quo non multo post dicetur. Athenæus & Thuriones quosdam nominat frequentes in Sicilia commendatissimos salsamentis: ut in Corollario latissime disserui. Verbum autem MAXIME quod paulo post habetur/ita capiendum est: Distare Tursiones à Delphinis tristitia quidem omnino: sed maxime tamen rostris: quibus mores & malificentiã canicularum/quæ item rostratæ sunt ut liquebit/imitant.

Ex capite.x.

CELTINVM GENVS ID VOCANT. Plinius libro sexto: Celtium testudinum. Fuit quando Chelytium genus putauerim scribendum ἀπὸ τῆς χέλυος: quæ uox & testudinem significat & pectora: quasi magnas & pectorosas intelligi uoluissent: unde uerbum χελύσσεσθαι. Nicander ξηρὰ δι' ἐπὶ λιζῳ ὁλοὴ χελύσσεται ἄτη. Idem auctor operimentum ipsum testudinis χέλυος uocauit in Alexipharmaco ἔρμεῖνσ σαρκοσ γὰρ ἀπὸ ὑμόσφισε χέλυος ἄιολον ἀγκῶνα σὸν δ' ἀνῶ παρετείκατο πέτραισ. Hippocrates ἁμαχέλύσσεται καὶ ἡρυγγάμει θαμιὰ πνεύματα. Vtcunq; Celetas credo testudines dicendas: hoc est κέλητας: Nã & Cancros est genus quoddã ἵππειον Aristoteli: Itẽq; formicas; alterũ quas Plinius Pẽnatas uocat/a uelocitate oĩa: quoniã remigio inquit cornuum adiuuãt se natando: ceu equites uideri possint non pedestres/ut Chersinæ a terra nominatæ. Sunt autem Celetes ut Pindarus & Pausanias & alii docent singulis equis currentes in certaminibus.

Ex capite.xiii. de Vitulis marinis.

IPSIS IN SONO MVGITVS. Scribendum non in Sono/sed in Somno. edunt enim mugitum cum dormiunt/Aristoteles libro sexto.

Universidad de Deusto
Biblioteca

Ex capite.xv.

IN MENO GERMANIAE AMNE PROPTER LISBOVM. Menũ flumen Germaniæ præterq̃ in Tacito Cornelio haud legi: apud quem per.œ. Mœnis ſcribitur iis uerbis: Igitur inter Hercyniam ſyluam & Rhenum & Mœnim amnes Heluetii ſunt Pomponius Mœuim. De Liſboo nõ cõperi. Vſbium uero & propinquũ ei flumẽ Aenũ Ptolomæus noiat: Et ipſi Aenũ traiecimus: q delatus in Danubiũ Vindelicos a Norico diſcriminat. Vt ſi cui nec Mœnis nec Liſboũ placet: ita poſſit uerba concipere: In Aeno amne Germaniæ ꝓpe Viſbiũ. Si qs aptius inuenerit: cõtinuo gſas teſtabor/& leuabo digitũ. Nec Vſbiũ tñ oppidũ putet illud: unde Martialis ſexto libro Vſipios appellat: Sic leue flauoꝝ ualeat genus Vſipioꝝ/Quiſqs & auſoniũ nõ amat imperiũ. Sed Vſipii ſunt q ab eodẽ Ptolomæo Viſpii dicũt Heluetiis uicini. Cur aũt leues eos Poeta dixerit: expoſitores nõ docent. Docet Cornelius Tacitus in Agricola ſuo: Deſerẽt inqt Romanos cæteri Germani tanq̃ nup Vſipii reliquerũt. Idẽ auctor in ſitu Germaniæ: Chattis inqt ꝓximi certũ iã alueo Rhenũ qq; terminus eſſe ſufficiat/Vſipii ac Teucteri colũt. Diuertimus in hæc nõ quidẽ neceſſario/ſꝫ ex abundãti: ut ꝓdeſſet labor nr etiã nolẽtibus: Alioqn ſi pictoribus: cur non & rem latinam iuuantibus in parerga licet excurrere?

Ex eodem.xv. de Thynnis.

ABDOMINE COMMENDANTVR ATq; EDVLIO RECENTI. uetus lectio nõ Edulio ſed Clidio. Id ipſum & Athenæus confirmat. Sunt aũt Clides in Thunno: ſiue Clidia id eſt κλειδία Iuguli eius nec aliter uocantur.

Ex eodem.xv.

PELAMIDES IN ALICA COCtæ PARTICVLATImq; CõSECTæ IN GENERa CIBOꝝ. uetus lectio Pelamides in apolectos & reliq̃. Itẽq; nõ Ciboꝝ ſꝫ Cybioꝝ. Plinius li.xxxii. Pelamidũ inquit generis maxima Apolectos uocatur. Cybium autem ut idem auctor eſt eodem libro/eſt conciſa Pelamis. In Varrone Ciſibium pro Cybio corrupte legitur: Cybiũ inquit & Thunnus item partes græcis uocabulis omnes ut Melandrya atq; Vræum. Martialis: Diuiſis Cybium latebit ouis.

Ex eodem.xv.

IN PONTVM NVLLA INTRAT BESTIA PISCIBVS MALEFICA PRAETEr VITVLOS ET PARVOS DELPHINOS. Ariſtoteles de hiſtoriis animaliũ octauo οὐ θελὺ ἐστὶ ἐν τῷ πόντῳ θηρίον ἔξω δελφῖνος καὶ φωκαίνης: hoc eſt/In Ponto fera nulla eſt præter Delphinos & Phocænas. Theodorus Phocænas ut dixi Turſiones interpretatur: quaſi neceſſe ſit aut Plinium aut Theodorum perpetam uertiſſe: Phocas quidem uitulos marinos eſſe ambo nouerant: Sed Theodorus aliud genus Phocænas: aliud Phocas accipit: quoniã Ariſtoteles li.vi. ita dicat ὁμοίως δελφῖνι τίκτει καὶ ἡ φώκαινα καὶ γὰρ ἔστιν ὅμοιον δελφῖνι μικρῷ. γίνεται δὲ ἐν τῷ πόντῳ, διαφέρει δὲ φώκαινα δελφῖνος, ἔστι γὰρ τὸ μέγεθος ἔλαττον, εὐρύτερον δὲ τὸ μῶτυ, τὸ χρῶμα ἔχει κυανοῦν, δελφῖνα δὲ φασὶ τὴν φώκαιναν εἶναι: hoc eſt ut Theodori uerbis utar: Idem inquit & Phocænæ id eſt Turſioni partus/qui Delphino. ſimilis hic paruo Delphino eſt naſcens in Ponto: Sed intereſt q; minor eſt Turſio/ampliore dorſo/colore ceruleo. Complures id genus eſſe Delphini opinantur. Theodorũ mouere potuit q; Plinius hoc libro dixerat capite nono Delphinorum ſimilitudinẽ habere/qui uocantur Turſiones. Diſtant & triſtitia aſpectus: abeſt enim illa laſciuia: maxime tamen roſtris inquit canicularum aſſimilati. Fortaſſe uero dicat aliquis paruos Delphinos a Plinio hic relatos pro Phocænis capi: atq; ita cum Ariſtotele Theodoroq; conſentiat: niſi quatenus Vitulos adiungit & maiores Delphinos præterit. Ammianus quoq; tradit nullam beluam immeare Ponto inimicam piſcibus/extraq̃ paucos inquit Delphinos. quem locum ut pleraq; omnia in eo auctore deprauatum cenſeo: nec Paucos/ſed aut Paruos/aut Phocas & Delphinos ſcribendum.

Ex eodem.xv.

ADVERSVS BIZANTII PROMONTORIVM. Lege Aduerſum/nõ Aduerſus: id eſt ipſum Chryſoceras ſiue auri cornu qđ ad Byzantium Europæ latere obiectum eſt Chalcedoni/Strabo auctor & cæteri. Item. M.P. MEDII INTERFLVENTIS EVRIPI. Scribendum aut. d.p. ex libri quinti fine: aut. dc. fere/q; Aſiam ab Europa dirimi ea parte ſtadiis quinq; inter Strabonem & Pomponium Melam conuenit. Item: EOS QVI HOC ET THYNNIS FACIANT POMPHILOS VOCANT. Legendum Eos qui hoc e Thynnis faciant Pompilos uocant ex Oppiano ac Plinio: Pompilus inquit ſecundo & trigeſimo uolumine qui ſemper comitetnr nauigiorum curſus: Etiam ſi Pompios in quibuſdam exemplaribus. Cæterum Aelianus eſt ubi Pomphilon quoq; appellet hunc.

Universidad de Deusto
Biblioteca

Ex eodem.xv.

INTRANTIVM PORTVM SOLI NON REMEANT TRICHIAE. Lego non Portum sed Pontum ex Aristotele. Sunt autem Trichiæ quos Sardas uocamus. Et infra: TEMPORE ALIQVO EVOCATI. scribendum Tepore aliquo euocati: hoc est ut inquit Aristoteles ὑπὸ τῆσ ἁλέασ qua maxime delectantur. Idem & Athenæus confirmat. Et infra: VT NAVES SAEPE NVMERO EXILIANT. Scribendum Vt in naues & reliqua iisdem auctoribus καὶ τοῖσ πλοίοισ πολλάκισ ἐμπίπτουσιν.

Ex capite.xvi.

NISI AFFLVAT EXANIMANTVR. Legi quidem potest: Ni si affluat hoc est imber. sed si scribas Nisi appluat: elegantius id & breuius & Plinio suum reddideris. Et infra: TORPEDINEM PISTAM SOLEAM. Scribo Psittam non Pistam. Est autem Psitta id est ψῆττα: quem nos Passerē uocamus. Aristoteles: Torpedo inquit occulit se & Pastinaca & Asellus & Rana & Psitta & Squatina: μάρκη κατακρύπτεται καὶ τρυγών καὶ ὄμοσ καὶ βάτραχοσ καὶ ψῆττα καὶ ῥίνα. Est ergo Psitta Soleis aspectu proxima. Soleas græci quantum capere coniectura possum / Buglosson hoc est bouis linguam uocant: Nam quem Plautus atq; Varro Lingulacam nominant: aut Solea est/aut ei non absimilis. Moueor q; græci fere semper Psittam cum mentione Buglossi iungunt: ut & hac parte Plinius Psittam inquit & Soleam. Pseusippus: Germana inquit genera sunt Psitta Buglossus Tænia. Dorion: E planis inquit Buglossus Psitta Escharus qui & Coris appellatur. Aristoteles: Cartilaginea sunt inquit Bos Pastinaca Torpedo Squatina Rana Buglossa Psitta. Archestratus poeta εἶτα λαβεῖν ψῆτταν μεγάλην καὶ τὴν ὑποτρηχὺν βούγλωσσον ταύτην δὲ θερεῦ περὶ χαλκίδα κεδρήν. Accedit q; ad Oceanum Germanicum & Belgicum non aliter uocari Soleam piscem animaduerti/q̄ significante linguam uocabulo: id est Tongen. Addo q; Plinius nec Buglossum nec Lingulacā ulla parte nominat extraq̄ pro herbis: nempe quia Soleam appellare maluit trita etiamnum Romanæ plæbi uoce. Illud mirum q; eosdem pisces modo latine Plinius/modo græce nuncupat: quod ipsum & in herbis & rebus aliis plerunq; facit: nec testatur/eadem sint an diuersa: ut in Siluro & Glani/Psitta & Passere: Plani sunt inquit Rumbi Soleæ Passeres: a quibus Rumbi situ tantum corporum differunt. dexter iis resupinus est situs: leuus illis.

Proinde Athenæus: Rumbum inquit Romani dicūt quem græci Psittam siue Psettam. Fieri tamen potest: ut Psetta quasi genus sit Rumbo & Passeri apud Aristotelem/qui Rumbū nusq̄ nominat: unde uisum forte Plinio Psettam græco nomine reddendam esse: ne si Passerem dixisset Rumbum excluderet.

Ex eodem.xvi.de Siluro.

CANICVLAE EXORTV SYDERATVr & ALIAS FVLGORE SOPITVR. Scribendum Fulgure/non Fulgore. Aristoteles ὑπὸ βροντῆσ καροῦται. Item: HOC ET IN MARI ACCIDERE CYPRIO. Legendum Cyprino: ut non de mari Cyprio sed de Cyprino pisce intelligas: ceu dicat in fluminibus Siluros: in mari Cyprinos id pati. De Cyprino pisce Aristoteles Athenæus Oppianus Plinius.

Ex capite.xvii.

ASELLORVM DVO GENERA COLLYRI MINORES ET BRACHI. Athenæus: Asellorum duo genera Callariæ minores & Banchi siue Bacchi. nam utroq; modo scriptum inuenitur. & infra de Mullo pisce: HIS NOMEN A COLORE MOLLIORVM CALCIAMENTORVM. Festus Pompeius Muleos Calceos appellat. ita non Molliorum sed Muleorum scribere hic oportet. Vopiscus in uita Cæsarum: Calceos inquit Muleos & Cereos & Albos & Hederaceos uiris omnibus sustulit/mulieribus reliquit. Sed & Luteos Calceos celebrari ueteribus inuenio. Appuleius: Graphice inquit prodeunt mitellis & crocotis & carbasinis & bombicinis iniectis. quidam albas tunicas in modum lanciolarū quoquo uersum fluente purpura depictas cingulo subligati pedes calceis induti luteis. Restituisse locum hūc fertur Domitius. Verbum autem LVTARVM paulo supra collocatum quidā legendum putant Alutarium/quasi ab Aluta: quoniam paulo post de colore calciamentorum uocatos Mulos dicat. Sed cū uilissimi sit generis Lutarius/& qui cœno uictitet: fortasse non ad hunc / sed ad ipsum Muli nomen interpretatio fenestellæ retrahenda est.

Ex eodem.xvii.

APICIVS AD OMNEM LVXVM INGENIVM MAIVS. Antiqua lectio: Apicius ad omnem luxum ingenio mirus. Vel sic: Apicius ad omne luxus ingeniū mirus. Item: INSECTORVM GARO. Scribendum in sociorum Garo: partim ex uetustis codicibus: partim ex Plinio uolumine trigesimoprimo: ubi Garum laudatissimum in cetariis sociorum appellari tradit: Item Martiali &

Universidad de Deusto
Biblioteca

Auſonio ſed & Seneca. Fiebat hoc e ſcombris in Hiſpania: quod & Strabo affirmat: Herculis inquit inſula obiacet Cartagini Scombraria uocata/q; ibi capiãtur Scombri: ex quibus optimum Garũ conficitur. Caſtigauerit locum hũc Merula prior an Domitius ambigitur. Iam & aliquot exemplaria Romæ impreſſa non inſectorũ garo/ſed ſociorum habent.

Ex capite.xviii.

QVANTA MERCATVRA CVM LVXVRIA SVBVRBANIS LITTORIBVS INVENTVM. Lego Quanti mercatura eum luxuria ſuburbanis littoribus inuentum? ut ſit ſenſus per interrogationem: quanti obſecro empturis eum nepotibus & guloſis ſi littoribus ſuburbanis inuentus fuiſſet?

Ex capite.xix.de Oexoceto.

ANDONIS VOCATVR. Vetus lectio Adonis itemq; Athenæus: id eſt ἄδωνις. Ex capite.xxiii.

VERBERARI SOLITOS TRADIT VERRIVS PRAETEXATOS. Scribendum Prætextatos: non ut quidam arbitrantur Prætextatus: nã Verrius hic iuris põtificii peritiſſimus cognomine Flacci non prætextati fuit: de quo Sextus Pompeius & Macrobius & Diomedes grãmaticus. Fuit & Vettius Prætextatus/ut idem auctor eſt Macrobius: qui ſiue alius hoc nomine ut Boetius Seuerinus retulit/Paraphraſin Themiſtii conuerterat in latinum. qui labor cum periſſet/ſuſceptus & abſolutus eſt a nobis.

Ex capite.xxiiii.

CARTILAGINEM HABENT VT RAPAE PASTINACAE. Scribendum non Rapæ ſed Raiæ: quas græci Batos uocant a Rubi nomine propter aculeos inter Cartilaginea ut ait Ariſtoteles. Paſtinacæ uero ſunt quas græci appellãt Trygonas. Ea uox turturem ſignificat: propterea q; Ambroſius in Hexamero piſcem eum e Baſilio Turturem conuertit: melius utiq; facturus ſi Paſtinacam dixiſſet: ſicut & Raiam q̃ Rubum. Et infra: HOC NOMEN. Legendum Hoc nomine.

Ex capite.xxv.

ECHINVS APPELLATVS. Scribendum Echeneis: qui latine Remora remilligoq; : auctores Plinius Lucanus Oppianus Feſtus Plautus. Nam Echinus piſcis alius eſt Erinaceus latine dictus: pudẽdo philoſophi cuiuſdam noui errore: qui piſcium duorum quaſi unius figuram proprietateſq; deſcribit/in unum ceu monſtrum diuerſiſſimas naturas cõfundens: utinamq; ſolum hoc in hiſtoriam

naturalem peccaſſet ne de nihilo cognomentum magni meruiſſet. Et infra: CONCHASQVE ID PRAESTITERVNT. Scribendum Conchaſq; quæ id præſtiterunt. Et infra: TREBIVS NIGER PEDALEM. Plinius trigeſimoprimo libro Sexquipedalem: Itemq; Oppianus ἰσόπηχυν hoc eſt cubitalem.

Ex inſcriptione capitis.xxix.

NAVPLIIs. Plinius hoc capite item Ariſtoteles & Athenæus Nautilis/non Naupliis: Nam de Nauplio ſequenti capite diſſeritur: nunc de Nautilo/quem non Polypum ſed Polypo ſimilem græci faciunt. Hoc ipſum ſecũdo libro qui eſt index opis/caſtigandũ eſt.

Ex eodem.xxix.

BRANCHIIS VT PEDIBVS AC MANIBVS VTVNTVR. Legendum non Branchiis ſed Brachiis: quæ modo Cirros modo accetabula uocamus: græci πλεκτάνας. πλοκάμους. κοτυλη δόνας. τρίχας. Et infra: COLCHOTIS ET LACERTIS. Scribo Colotis. Ariſtoteles genus lacertulæ uocari eo modo tradit: id eſt κωλωτήν. alioquin quæ nos crura & lacertos dicimus: græci eodem uerbo κῶλα nuncupant. Id & Ariſtoteles & Galenus multis locis/præcipue in libello ad Glauconem demonſtrat: quod recentiores medici cum neſciant/auctoris eius uerba perperam accipiunt in curatione ulcerum & abſceſſuum. Item: MEDIA CAVDA VT GVBERNACVLO DIRIGIT. Vetus lectio: Media cauda ut gubernaculo ſe regit. Quod autem Plinius hoc loco ſcribit Pompilum eundem eſſe cum Nautilo: Ariſtoteles contra ſentit quarto libro animalium hiſtoriæ: Duo inquit genera in mari uiſitantur conchis indita Nautilos & Pompilos: qui & ouum Polypi a quibuſdam uocetur.

Ex capite.xxx.

POLYPORVM GENERIS ONOGENA DICTa A GRAVI CAPITIS ODORE. Scribendum Ozena/q; ea uox odorem illum & uirus graue ſignificat: iam ut Polypus ſic & Ozena uitia ſunt narium: Ozena inquit Celſus odore fœdo eſt ulcus circa nares pluresue cruſtæ. Idem: Fœtor inquit oris quem græci Ozen uocant. Ariſtoteles: Polyporum inquit genus eſt quod aliqui Bolitænã/aliq Ozolin uocant. etiã ſi Theodorus Oſſolem conuertit.

Ex eodem.xxx.

CONCHAM ACHATI MODO CARINATAM. Legendum eſt Acatii. Eſt enim Acatium nauigii genus actuarii: auctores Plutarchus & omnes fere hiſtorici. Pollux quidem ue-

Universidad de Deusto
Biblioteca

lum in naui maximum Acation uocari tradit:sicut minimum Do lonem:tertium uero quod retrorsum panditur Epidromon.Ex Oppiano quoq; ut Acatii legamus apertissime demonstratur: qui de Nautilo simili pisciculo sic ait ἄιψα μεταστρεφεὶς μαυτίλλεται ὥσ ἀκάτοιο ἰδρύσ αμήρ.δοιοὺσ μεὴ ἄνω πόδασ ὥστε κάλωασ ἀρταμύει μέσσομδὲ διαρρέει ἤυτε λᾶιφοσ λεπτοσ ὕμήν.

Ex eodem.xxx.

TERRITAM VISV ID ENIM VT CONSTAt RVMORE NAVIGANTIVM HVMANA CALAMITAS IN CAVSA EST. Vetus lectio:Territam uisu forte tristi: id enim constat rumore nauigantium:humana calamitas in causa est.Quidam sic:Territam uisu:id enim ut constet & reliqua:hoc sensu:id circo nauigantes credere uisu aliquo tristi & quodam quasi laruæ occursaculo perterritam mergi Nauplium:quia hoc ipsum homini quoq; uideatur accidere/quem sine ulla sæpe causa nec alio fortasse q̄ opinamenti alicuius præsumpti metu pauitat:terriculamētis etiam & faunis & quæ sunt iis similia/aut uexantibus aut uexare creditis. Quid si dirum id Nauticis ostentum Plinii uerba significēt:quasi quoties cōtingit/calamitatē & naufragiū hoi prænuntiet.

Ex capite.xxxi.

CARABI ASTACI TACINEAE PAGVRI. Vetus lectio non Tacineæ sed Neæ.neutrum placet.Proinde scribo Mææ. Aristoteles quarto de partibus animalium:Ex Cancris inquit Pelagii sunt qui cum minus & tardius ambulēt/celerius nant:ut Mææ & Heracleotici.Idem quarto de animaliū historiis: Cancrorum inquit genus maximū uocantur Mææ.Theodorus Maias conuertit.Item CIRCA TVRONEM. Scribendum Toronem ex Aristotele & infra Plinio:Est autem in Macedonia hoc nomine:a qua Toronaicus sinus:Itemq; in Troade/media semper producta/id est Τορώνη Est & in Sicilia/sed scribit̄ Toronne/hoc est Τορόννη Stephano.

Ex capite.xxxiii.

MVTRICATIM.Forte Muricatim/hoc est muricis modo. Plinius de Carduo:Muricatis inquit cacuminibus. Columella de eodē frutice Murciolo modo crine uiret.Idem auctor Murciolum semē lentisci ceu ab hac figura nominat: quia Buccini specie uisatur is folliculus:nisi quis pro languido accipiat quādo & numen Socordiæ Murceā deam uocabant. Verba porro illa superius posita Lunatis: in orbem circumactis dimidio orbe cæsis / tres figuras crescentis lunæ indicant. Lunata sunt quæ μηνοειδῆ uocantur:hoc

Murced

est speciem habentia qualem cum luna curuatur in cornua in orbem circumacta:qualem πανσέληνοσ hoc est plena & soli aduersa Dimidio autem orbe cæsa/qualem διχότομοσ hoc est cum æqua proportione diuiditur: & ob id a nostris quoq; Diuidua uocatur: quæ discrimina cum alii tū præclare Marcellinus Ammianus cōplectitur. Ad plausum uero aperta hæc accipio:quæ illisa inter se aut in palmam collata blandum quendam sonum ciere apta sunt: quasi quod græce dicas προσ ποππυσμοὺ πεφυκότα.

Ex capite.xxxv.

NON RECTE RECIPIt HAEC NOS RERVM NATVRA NISI NVDOS.Scribo nō Hæc sed Hic:ut sit Antipophora.Dicat inquit aliquis:haud clementer naturam facere/quæ nos hic protinus ex utero nudos & inopes excipiat:tunc adhibetur solutio:Fateamur inquit ita esse/caret uita cibis/petantur e mari: at uestes inde tingi:& se nō redimendæ nuditatis gratia sed luxuriæ/periculis obiicere:quis recte factum tueri possit? Proinde quod sequitur:PARVM SIT NISI QVI VESTIMVr PERICVLIS ETIAM VESTIAMVR. Legendum erit: Parum sit nisi qui uescimur periculis etiam uestiamur. Item: ANIMAE HOMINIS QVAESITA MAXIME PLACENT. Legendum: Anima hoc est uitæ salutisq; discrimine: ita enim & græci ab Homero ipso capiētes loquūt̄ ἀρμυμένοσ ἥμῖν τε ψυχῆμ καὶ μόγοῦ ἔταίρωμ

Ex eodem.xxxv.

FERTILISSIMA EST TAPROBANE ET TOROIS.Vetus lectio habet Toidis nō Torois.Plinius libro sexto:Stoidis intuit insula post sinum Persicum quæstuosa margaritis. Et infra: ELEVCHOS APPELLANT.Scribendum Elenchos.notus est Iuuenalis uersus.Quod autem paulo ante dicitur:nec apud Græcos nec apud Barbaros aliud uocabulum esse q̄ margaritæ. Sciendum est Androsthenem in Paraplo Indiæ ut Athenæus auctor est scripsisse:Ostrei genus illud margaritiferum in India uocari Berberin specie pectunculi.non tamen cælata sed leui testa hirsutaq;. nec auriculas habere tamen duas ut pectines/sed unam. Et infra: SVBEVNT LVXVRIAE EIVS NOMINA ET TEDIA EXQVISITA PERDITIONE POTATV.Sunt qui legant Perditiore portatu ex sequentibus.

Ex eodem.xxxv.

AFFECTANTq; IAM ET PAVPERES LICTOREM Fœminae IN PVBLICO VNIONEM ESSE DICTAN-

Universidad de Deusto
Biblioteca

TES. Legendum Merula putabat: Affectantq; iam & pauperes licitatorem fœminæ in publico unionem esse dictitantes. Et infra: COLLO MONILIBVS DIGITISq;. Legendum Collo manibus digitisq;. Item: QVADRINGESIES SESTERTIVM. Scribe Quadringenties sestertium. de hoc & Solinus: Lolliam inquit Paulinam Caii principis coniugem uulgatũ est habuisse tunicam ex margaritis sestertio tum quadringenties extimatam. Idẽ auctor Manlium non. M. Lollium: Item filiam eius non neptẽ fuisse Paulinam tradit: exemplaribus ut arbitror Ambustis. De hoc Dion itemq; Tacitus: Lollia inquit Paulina. M. Lollii Consularis filia. Suetonius: Loliã Paulinam Caii Mẽmii Consularis exercitũ regentis nuptam. Et infra: COMITETVR FAMA VNIONIS EIVS PAREM. FACTA ILLA TANTæ QVæSTIONIS VICTRICE REGINA DISSECTVM. Codices anti qui legunt Capta/non Facta.

Ex capite.xxxvi.

IN ENINGE AFRICæ. Legendum In Meninge. Est autem Meninx iuxta Syrtes insula cum nominis eiusdem oppido: Plinius Strabo Ptolomæus. Et infra: IN GETVLO LITTORe OCEANI IN LEONICA EVROPæ. Legendum est In Laconica Europæ/ex Plinio aliubi de Purpurisso loquens: Laconicum inqt unde precioſissimæ purpuræ. Item sequẽti capite: In Tenarii maris ora collectum ut dicemus: Nam de Purpura Getulica Plinius libro sexto: Insulas inquit ex aduerso Autolalum a Iuba reptas cõstat in quibus Getulicam purpuram tingere instituerat. Et infra: IDEMq; PRO MAIESTATE IN PVERITIA ESt. Quid si legas non in pueritia/sed Imperii? sequitur enim ratio: Distinguit ab equite curiam.

Ex eodem.xxxvi.

ALTERVM PVRPVRA VOCATVR CALICVLATIM PROCVRRENTE ROSTRO & CALICVLI LATERe INTRORSVS TABVLATO. Legendum uidetur Cuniculatim: aut Clauiculatim/ex Aristotele qui scribit κοκλιοειδῶς. supra quoq; Plinius uerbo Cuniculatim utitur capite.xxxiii. Habẽt hic & uetusta exemplaria Canaliculatim & Canaliculi. Et infra. PRæTEREA CLAVATVM ESt AD TVRBINEM VSq;. Sũt qui legant Clauiculatum: hoc est ἑλικοειδές ex Aristotele. Quod enim græci uocant Helicen/nos Clauiculam & Pampinum & Capreolum ut in uite dicimus. Cæterum sequentia: Aculeis inquit in orbem septenis: demonstrant Clauatum legi oportere: hoc est aculeis clauorum modo prominentibus circundatum. Nã & Clauatæ uestes hinc uocantur: quas nostrum uulgus a uerrucis clauo similibus uerucatas ut aliubi quoq; monui appellat.

Ex capite.xxxviii.

TENIENSE IN TINEI MARIS ORA COLLECTVM. Sunt codices uetusti in quibus Teniẽse in Tenarii maris ora collectum scribatur: hoc est Laconici. De Purpura autẽ Laconica dictum superiore statim capite. Illud tamen scire oportet in Laconica urbem quoq; Tenon fuisse: id est Τῆνος: unde mulier Poetria nomine Herina: cuius mentionem facit hoc opere Plinius. Fuit in Achaia & urbs Τήνειον id est Teneũ: itemq; uicus Τένεα inter Mycenas Corinthumq; Stephano. Nam de Teneo siue Tena cũ Pomponius tum Cicero ad Atticum: Tene inquit & Aliphira & Tritia. Est & illa coniecturæ nõ historiæ alicuius expositio Tæniense a Tæniis fortasse dictũ fuisse: hoc est diadematis atq; uittis quasi purpura e Laconico mari lecta coronati maxime Lemniscatiq; id est uictores & sacerdotes uterentur.

Ex eodem.xxxviii.

VELLVS ELITRIATVM. Plinius alibi hoc opere scribit uinũ Elutriatum a Lutra uase quod græci μεταγγίζειν uocant. Et infra: RVBEVS COLOR. Legendum Rubens. Præteriissem hoc ut leue nisi omnibus codicibus inoleuisset: uulgoq; imperiti barbariem suam in eo uerbo tueri laborarent. Item: SVPPECTV. Legendũ Suspectu.

Ex capite.xli.

RVBENS GRAMEN. Quidam rentur Granum legi melius q̃ Gramen: cum ex Plinii.xxii.tum q; græci Coccum uocant Granũ. Hoc emerita Lusitaniæ ac Bætica fere tota copiosum: unde puto consecutum ut regio ea modo Granata nominetur pro Bætica. Et infra: SIMILI LVXVRIA DVPLEX. Legendum est Simulq; luxuria duplex. Item EQVARI: Quidam legunt Aquari. Et infra: COCCO QVAE TINCTVM TYRIO TINGERE VT FIERET HIS BYSSINVM. Legendum Bis Byssinum. Et infra: VIRORVM LVXA FOEMINARVMq; FORMA. Vetus lectio Virorum iuxta fœminarũq; forma: qui modus loquendi Plinio & Tacito Cornelio perq̃familiaris est sane.

Ex capite.xlii.

SVILLA PARVA. Legendum Squilla parua: hoc est Cancellus quem græci uocant Caridion. subditur enim: Aliubi inqt Cancer

Universidad de Deusto
Biblioteca

dapis assectator. Item: RANA QVAE IN MARI PISCATRIX. Theodorus in Aristotele Raia piscatrix. Sed codex librarioꝝ incuria mendosus est: nã & Aristoteles li. ix. Βάτραχον ἁλιέαν id est Ranam piscatricem uocauit & Cicero de natura deorum secundo. Raia uero ut dixi Batos & Batis appellatur/non Batrachos In quo uerbo sæpicule inuenias erratum fuisse impressoꝝ culpa.

Ex capite. xliii.

GLAVCIVS QVI ET GLANIS VOCATVR AVERSVS MORDET HAMũ NEC DEVORAT. Aristoteles de Glani quidem hoc ipsum tradit libro nono: Silurumq; Theodorus interpretatur. Sed Glaucus tamen apud ipsum libro secundo & octauo alius piscis est. Propterea fit ut legi possit/Glanius qui & Glanis uocatur & reliqua. utroq; enim modo nominatur Plinio Athenæo Stephano. Vel sic: Glaucus & qui Glanis uocatur: uti pisces duo non unus intelligantur id facere. Silurum autem Plinio eundẽ uideri qui sit & Glanis probamus ad hũc modum: Aristoteles libro sexto: Glanis inquit tardissimum habet incrementum ex ouo: quã ob rem mas sæpe uel quadraginta & quinquaginta diebus assidet ouorum custos/ne abiumantur a piscibus. Plinius hoc libro: Silurus inquit solus omnium ædita custodit oua/sæpe & quinquagenis diebus ne abiumantur ab aliis. Sed cum hoc ipsum ut ait Aristoteles Cyprinus faciat: mirum unde Plinius Siluro tantum tribuerit? An solus ideo non q; solus oua custodiat/sed q; solus quinquagenis diebus.

Ex capite. xlv.

CONTRACTOS PISCES. Legendum Contactos hoc est ab urtica ipsa pisciculos. Fit enim protinus ut pruritũ contacti sentiant quem scalpere ad petram aliquam conantes apprimit urtica. Et infra: SPISSVM ET MOLLIVS MAGIS. Vetus lectio & Aristoteles Minus spissum & mollius Manos. hoc est uocatur. ea uox rarum significat hoc est minus densum spissumue. Item: MAXIME FIVNt MANCæ. Scribendũ eodẽ auctore ut dixi nõ Mancæ/sed Manæ: hoc est secundum genus spongiarum quod Manon appellatur. Et infra: OPTIME IN GVRGITIBVS VIVENTIBVS IDEMq; MADENTIBVS NIGRICANS COLOr Distinguendum est Optimæ in gurgitibus id est habẽtur: deinde initium est sequentis clausulæ hoc modo: Viuentibus itemq; madentibus nigricans color: id est spongiis color niger est dum uiuæ atq; illotæ adhuc sunt: auctor Aristoteles. Item: APLYSIAE VOCANTVR QVIA ERVI NON POSSVNT. Legendum non Erui/sed Elui: eodem teste. nã & uerbũ Aplysiæ id significat.

Ex capite. xlvii.

OLOTHYRIs. Aristoteles Holothuria. Theodorus Tubera Vertibula Callos. Nam Holophuria græcis sunt iumenta.

Ex capite. li.

MVLITER VT CHALCIS CYPRINVS EXIEN. Legendum Mulli ter ut Chalcis/Cyprinus sexies: Nam & quinquies eos parere Oppianus dixit. Aristoteles libro sexto & qnquies & sexies. Chalcis uero piscis est quem Theodorus Aericam uocauit. Et infra: EX PLANIS SQVATINA SOLA AVTVMNO VIrGILIARVM OCCASV. Vetus lectio Ex planis Squatina sola bis autumno & uirgiliaꝝ occasu. Aristoteles libro quinto: Ex Cartilagineis inquit Rhina id est Squatina sola bis parit incipiẽte autumno & circa uirgiliarum occasum.

Ex eodem. li.

SCORPIONES BIS AC SARGI VERE Et AVTVMNO Antiqua lectio non Scorpiones sed Scorpænæ. De Scorpæna etiã libro trigesimosecundo Plinius. Alioqui Scorpiones quater nõ bis pariũt Oppiano σκόρπιος ἅν τετράεσσι γέμος φέρει ὠδινήσι. nec ignoro tamen apud Aristotelem scriptum esse libro quinto Scorpionem bis & Sargum uere & autumno parere. Inter ambigua & hoc relinquimus.

Ex eodem. li.

SQVATINAM ET RANAM EX QVIBVS NASCITVr RANAE PRIORI PARTE SIMILIS. Scribendum Squatinam & Raiam ex quibus nascitur Raiæ priori parte similis: ex Aristotele libro sexto qui compositũ ex utroq; nomen reddit Rhinobatos: ad cuius æmulationem Theodorus uertit Squatraiam. Et infra: CRANOS CAPITIS. Legendum uidetur aut Cauo capitis/ut manu scripti codices: aut Crano/ut Aristoteles hoc loco. nam Cranos siue Cranium apud græcos capitis est caluaria: quod quidem & Caper grammaticus testatur. Item: EA QVAE INTRA SE PARIT OVA. Scribendum Eaq; intra se parit oua: Aristoteles.

Ex capite. lii.

QVI TROCHVS APPELLATVR A GRAECIs IPSE SE INIRE. Falsum & ridiculum id Aristoteles existimat Herodoto Heracleota/duo eum genitalia maris & fœminæ sortitũ credente.

Ex capite. liii.

PAVLISIPVM. Scribo Pausilypum: hoc est παυσίλυπος ab am-

Universidad de Deusto Biblioteca

nitate dictum : atq; ita & uetusti habent codices/& in hodiernum quoq; seruatur appellatio. Plinius libro tertio: Inter Pausilypũ inquit & Neapolin Megaris. Porro Megaris ea putatur insula/quæ nunc ab oui specie dictam arcem continet.

Ex capite. liiii.

BALINEAS. scribitur quidem modo Balneas: sed antiqui Balineas Et in lapidibus ueterum monumentorum fere non aliter: Nam & græci βαλαμεῖον uocant. Item: POSTEA VISVM TANTI EST PETERE BRVNDVSIVM OSTREAS AC VELITIS SED INTER DVOS SAPORES & reliqua. Verbum AC VELITIS obscuritatem affert sensui. uereor ne principiũ id sit sequentis clausulæ/atq; ita legere oporteat: Ac ne lis esset inter duos sapores & cætera: hoc intellectu: Ne controuersia inquit oriretur inter Ostreas Brundusio aduectas & Lucrinas atq; ita sapores duo litigarẽt de primis partibus. Excogitata ratio est ut in Lucrino ante satiarentur. Martialis de hoc & alii. Plinius libro trigesimosecundo: Gaudent inquit peregrinatione transferriq; in ignotas aquas Ostrea. Sic Brundusina in Auerno compasta & suũ retinere succum & a Lucrino adoptare creduntur. Item supra hoc capite: Orata inquit primus optimum saporem Lucrinis Ostreis adiudicauit: ut litem uidelicet inter sapores fuisse constet: quando iudice opus fuit.

Ex eodem. liiii.

QVADRAGINTA IPSIVS PISCINAE A DEFVNCTO ILLO VENIRE PISCES. Lego Quadraginta milibus ipsius piscinæ a defuncto illo ueniere pisces. Macrobius Marcum ait Catonem qui post Vticæ periit/cum hæres testamento Luculli esset relictus pisces de piscina ipsius quadraginta milibus uendidisse.

Ex capite. lvi.

FVLVIVS LVPINVS. Hunc uolumine octauo Plinius Fuluiũ Hirpinum uocauit/non Lupinũ: ut in alterutro sit erratum.

Ex capite. lvii.

QVICQVID EST HOC CERTE MINVS ADMIRABILEM FACIT TALPARVM VITAM. Elegantior sensus est in quibusdam codicibus hoc modo: Quicquid est hoc certe minus admirabile facit Talparum uita.

Ex capite. lix.

AB VMBRA NAVIS BREVI CONATV ABSENS. Lego Abscedens. Et supra de Chelidoniis QVAS ASIAE SCOPVLOS DIXIMVS ANTE PROMONTORIVM SITAS.

Scribendum puto Ante Tauri promontorium sitas: ex libro quinto/item Strabone Ptolomæo cæteris. Et infra: MALEFICIA VOLVNTATE. Scribo Malefica uoluntate.

CASTIGATIONES PLINIANAE EIVSDEM HERMOLAI BARBARI EX LIBRO. X.

Ex Capite Tertio.

e ADEMQVE IN VALERIA. Legendum puto aut Valeria: quoniã uiribus præcipua sit hæc aquila. Aut Inularia: hoc est μεβροφόμοσ ab Aristotele uocata: q̄q̄ proprietatem hanc secundo Aquilarum generi/hoc est Pygargo tribuit: priorem uero id est Pullam siue Melænaeton/Leporariam appellat: hoc est λαγωφόμομ. Item: TERTII MORPHOS. Legendum Morphnos: quam Theodorus Gaza Neuiam interpretatur/a pennæ macula cognomento Nettophonon hoc est anatariam. Nam & Parcnon siue Percnon colorem eum significat Item PLANCVM. Quidam Placunta legũt quasi errantem: ipsi errantes: cum q, sine auctore pronuntiant: tum q, Aristoteles in historia sua Plancon uocauit/hoc est πλᾶγγομ. Theodorus a clãgore Clangam interpretatur. Sed & uetusti codices Clangũ nõ Plangũ scribunt.

Ex eodem. iii.

QVARTI GENERIS EST PERCEPTERVS. Legendum Percopterus siue Percnopterus ex Aristotele. Item: CONSENSIT ET BOETIVS. Scribendum Boethus nõ Boetius/ex indice qui Ornithogonia id est de Auitii natura cõmentarios reliquit Item: AQVILA IN DEIECTV ABIGENTE ALIA. Legendum Ala/ex Aristotele ἀπερύκουσαι ταῖσ πτέρυξιμ. Et infra: MEDIFICATVR NIDO LAPIS AETITES. Scribendum Inædificatur nido lapis Aetites.

Ex capite. vi.

VVLTVREM VMBRITIVS IN NOSTRO AEVO PERITISSIMVS PARERE AIT OVA TREDECIM. Sunt qui non Tredecim/sed Tria legant: quoniam Aristoteles bina dicat & binos excludi pullos: uolare autem semper binos fere cõstet: ceu tertium quo lustrantur alia & abiicitur a parentibus: in computationem iure non uenerit.

Universidad de Deusto
Biblioteca

Ex capite.viii.

ESALOA GRAECI VOCANT. Scribendū Aeſalona:ut ſit genus accipitris aliud q̄ Buteo/ex Ariſtotele libro nono.De hoc & infra Plinius:Aeſalon inquit parua auis oua Corui frangens.Ouidius nō Aeſalona ſed Aeſalon uocauit:Neſcius abſumptis Priamus pater æſalon alis.Et infra:IN INSVLA AFRICAE CERNO IN OCEANO ACCIPITRES TOTIVS MASILIæ HVMI FOETIFICANT.Legendum quidam putat In inſula Africæ Cercinna accipitres totius Maſſiliæ humi fœtificant.Eſt quidē inter inſulas Africæ Cercinna / ſed in noſtro mari . Proinde aliter & cum auctore legimus hoc modo:In inſula Africæ Cerne in Oceano accipitres totius Maſſyliæ humi fœtificāt. De hac inſula Oceani / quam Cernen Barbari uocant/Plinius libri ſexti fine multa. Ptolomæus quoq; in Atlantico eam mari ſtatuens:Lycophron in Oriente : Dionyſius in Auſtrina plaga ἀντῶ ἐπώκεαμῶ πυματῆσ παρά Τεμπέα κέρμησ. De Maſſylis autē ſiue Maſſeſylis plena ſunt omnia. Habent & uetuſti codices nō Cerno ſed Cernen hac parte. Strabo κέρμην ἑρατοσθένησ ὁμολάζει καὶ ἄλλουσ τόπουσ τουσ μικρὰ γιγνωσκομένουσ.

Ex eodem.viii.

SVPER AMPHIPOLIN.Ariſtoteles Cedropolin.Fuit tamen & Amphipolis qua Thraciam Macedonia contingit/multis nominibus : nam & Crademna & Anadremos & Eionia & Myrice uocabatur:ut ait Stephanus. Thucydides Amphipolin ab Eione dirimit/appellatam ita/q̄ eam Strymo amnis circumfluat.De Cedropoli Theophraſtus quoq; meminit in libello περὶ ὁσμῶν : Cuius inquit ordeum iumenta non attingunt . Hecatæus in Caria tradit oppidum Cedreas / aliud uidelicet q̄ Cedropolis . A Cedreis Cedreatæ Cedræiq;:a Cedropoli Cedropolitæ nominantur.Cæterꝙ Amphipolin inuenias & ὁδόνην dici Stephano ac Thucydidi . qđ quidam parum uidentes uertunt Thodoen : cum nouem uias interpretari neceſſe ſit.littera enim.ε.nouem ſignificat. Thucydides libro quarto : Edonorum inquit oppidum Amphipolis nouē uiæ nuncupabantur:etiam ſi quandoq; ſcriptum eſt : Decemuiæ.urbs hæc cum ab Athenienſibus defeciſſet/cauſa Thucydidis exilii fuiſſe traditur a Marcellino auctore græco . Et infra:CYMINDIS. Ariſtoteles Cybindis. Nō muto:qñquidē græcū.ß.in.m.apud nos qñq; trāſit:ut Proboſcis in Promuſcidē.

Ex capite.xii.

MEDIAE HOSPITES . Fallūtur qui Mediam hoc loco accipiūt pro terra media:cum id ſit nomen uiri proprium qui Medias appellabatur : ex Ariſtotele libro nono qui ait μικρεῖον ξέμοι : quos prope Pharſala periſſe tradit.

Ex capite.xvi.

DE AVGVRIIS ILLAPSAS NOMINE.Sunt codices in quibus Hylas non Illapſas:de quo & in Indice.

Ex capite.xvii.

COLLECTAEQVE IN ARCVM . Vetus lectio / Collectæq; in arctum.

Ex capite.xviii.de Pico Martio.

FELLIVM MODO . Ariſtoteles libro nono : Stellionum modo: πορεύεται δὲ ἐπὶ τοῖσ δένδρεσι ταχέωσ πάντα τρόπον καὶ ὑπτίωσ καθάπερ οἱ ἀσκαλαβῶται.hoc eſt:incedit Picus Martius per arbores uelociter omni quidē modo/ſed & ſupinus quoq; ſtellionū more.

Ex capite.xx.

ADIALITII COENA SACERDOTII . Adiiciales cœnas Adipaleſq; ſacerdotum uocatas nouimus / ex Feſto Seneca Plinio. hic uiceſimonono libro Catulinas inquit adiicialibus epulis celebres fuiſſe Plauti fabulæ teſtantur.Sunt qui nomen Adipalis cœnæ rideant:cum tamen & Seneca mentionē faciat in epiſtolis/& alii.p/inde ipſi Dapalem ſcribendum putant ex Varrone qui hoc non dicit in Agricultura : cuius uerba ut Macrobius legebat non multo poſt ſubiiciam.Sed & Homerus & Dionyſius & poetæ cæteri pingues & adipoſos / id eſt λιπαροὺσ καὶ πίονασ pro locupletibus & opulentis accipiunt.nōne & uulgus ipſum eos ita nominat? nōne in ſacris quoq; litteris Adipum uocabulo diuitiæ continentur? Adialitias autem cœnas legi nuſq̄ : niſi quis Dialicias a flamine Diali cognominandas putet: Nam & Macrobius quo die Lentulus flamen Martialis inauguratus eſt/cœnam paratam fuiſſe miro luxu & impendio commemorat. Varro de agricultura libro tertio : Primus inquit.Q .Hortenſius Pauones augurali cœna poſuiſſe dicitur . Suetonius in Auguſto ex antiquis cerimoniis paulatim abolita reſtituit ut ſalutis Augurium / Diale flaminium / ſacrum imperiale . De huius autem dignatione ſacerdotii Liuius in Numa Pompilio Plutarchus & Halicarnaſſæus Dionyſius.

Ex capite.xxi.

VT PLANE DIGNI ALITI.Scribendum Dignæ.Quæ autem hoc capite de Tripudio Soliſtimo dicuntur / ex Cicerone in diui-

Universidad de Deusto
Biblioteca

nationum libris & de natura deorum ſecundo/itemq; Feſto ac Liuii decimo percipies. Et infra: OPTIME VICTIMAE. Legendum Opimæ. De hac uictoria Bœotiorum & quare gallinacei matutinis canant: idem Cicero in diuinationibus. Quod autem Pergami ſpectaculum quotānis edi Plinius hoc loco tradit: Aelianus & Athenis quāobrē inſtitutū ſit/docet: a Themiſtocle ſupatis Per

Ex capite.xxii.

ſis.

MIRVM IN HAC ALITE EX THVRINIS ROMAM PEDIBVS VENIRE. antiqua lectio gemina eſt. alia talis: Mirū in hac alite amor niſuſq; Romā pedibus uenere. Alia fidelior: Mirum in hac alite a Morinis uſq; Romam pedibus uenere. Thurini quidem Italiæ populi ſunt: ſed Morini Belgicæ: de quibus multis locis hoc opere Plinius/ultimos hominum dicendo eos. Meminit & Ptolomæus & Strabo & Pomponius: & ita uocantur hodie. Adiuimus & nos eorum terras. Quod autem paulo poſt Ganzas tradit appellari quoſdam anſeres. & hoc nobis compertum in Morinis eſt: ita tamen ut omne genus anſerum Ganzas fere nominent.

Ex eodem.xxii.

PENOLOPES. Scribendum Penelopes: cuius uerbi numero ſingulari nominatiuus Penelops/hoc eſt πήνελοψ ex Ariſtotele octauo libro. Ab iis auibus dictam Vlyxis coniugem græci cōminiſcunt: cum prius Arnæa uocaretur/quaſi abiecta repudiataq;. etenim in mare proiectam ab Icaro Peribœaq; parentibus fabulantur educauiſſe Penelopes.

Arnæa Vlyxis Coniux

Ex eodem.xxii.

LAVTIORES EPVLAS NON NOVIT BRITANNIA CHENALOPECES. Vetus lectio lōge diuerſa eſt. ubi enim modo Penelopes/ipſa Chenalopeces habuit. ubi autem Chenalopeces modo ſcriptum eſt/ipſa Ceramides præfert ad hunc modū: Et quibus lautiores epulas nō nouit Britannia Ceramides. Significat autem Ceramides colorem Figlini/qualē in plumis quorundā anſeres aſpicimus. unde nomen quoq; gēmaq; uni Ceramites poſtremo uo

Ex eodem.xxii.

lumine.

DECET ET ERYTHROTAONAs SVVS NITOr. Politianus Tetraonas/ex Suetonio in Caligula qui ait: Phœnicopteri Pauones; Tetraones Numidicæ Meleagrides Phaſianæ. Et hercule codices antiqui fere habēt Tetragonas: quod & fortaſſe rectius eſt q̄ Tetraonas: quoniam græci eas ut coniicio Tetracas appellant. Ariſtophanes in auibus ὄρνια πορφυρίωνι καὶ πελέκανι καὶ

πελεκίνῳ καὶ φλεξὶ καὶ τέτρακι καὶ τάωνι. Athenaeus in Mœſia & Pæonia inq̄t naſcuntur Tetraces Porphyrioni ſimiles maximis gallinaceis maiores/criſtis ex utraq; auricula pendētibus/uoce grauis/forma conſpicua/Strutionis ſapore. Eſt & auiculæ inquit puſillæ nomen Tetrax Alexandro Myndio Epicharmoq;. Ergo Tetraones ſiue Tetragones aut eædem ſunt quæ & Tetraces aut ualde ſimiles. Merula non diſſentit quidem penitus: ſed & Erythrotaonas quoq; dici eas poſſe credit / ſcripta ad nos epiſtola his uerbis: Peragraui inquit fines patrios ſecus Aemiliam uiam oblatæ mihi ſunt paſcentes aues haud ita multo Anſere maiores / quarum cervix quatenus alas contingit / rubro perfunditur: rubeſcunt item cilia. Rogati de nomine ruſtici: reſpōdere Stardas appellari/& nidificare inter matureſcentes ſegetes. Præterea caudam in modum pauonis ſubrigere: quarum carnes qui comedere non inſuaues aiunt eſſe. Eas cōtenderim Erythrotaonas Plinio uocari. tu quid ſentias quando ocium fuerit perſcribe. Reſpondi ad hunc modum. De Erythrotaone/ſi quæris de nomine/ſubdubito. cum ꝓpter illa Suetonii uerba/qui Tetraonas aues in Gallicula appellat: tum ꝙ omnes Pliniani codices manu ſcripti Retragonas ſiue Tetragonas habent. nullus Erythrotaonas. Sin de re: tecum ſum. ut genus hoc intelligam quod ut ſcripſiſti Ligures Stardas uocant. nam & Veronæ Aquileiæq; modo Sterdas/modo Trapos eas nominant. Hiſpani Tardas a tarditate dictas ut arbitror: quoniam ut inquit eodem loco Plinius/alterum earum diſcrimen Vulturum magnitudine coloreq; conſpicitur. Nec ulla inquit auis excepta Strutio camelo/maius corpore implet pondus: in tantum aucta ut in terra quoq; imobilis prehendatur. deinde ſequitur: Proximæ inquit eis ſunt quas Hiſpania aues Tardas appellat/græci Otidas: ut tria uideantur eius alitis faſtigia. Sed uulgus differentias & interſtitia tueri diu neſcit. proindeq; tria earum genera tanq̄ unum eodē uocabulo ſignificat/Tardas appellādo. Vale. Cōfer & Athenæi uerba cum illis Plinii hoc loco: Gignunt eos inquit Alpes & ſeptentrionalis regio. Nam Mœſia & Pæonia/ut cōſtat/ad eam cœli partem ſpectat. Recentiores in Germania genus Anſeris haberi ſcribunt/capite Pauonis præter criſtam/colore dorſi aluiq; ſubcinereo ad gibbum nigrante: ex huius & domeſtici concubitu natam quādoq; ſobolem/ſed patris effigie/maiorem duntaxat.

Ex capite.xxiii.

CONSENTIVNT VOLANT. Vetus lectio Conſertim uolāt.

Universidad de Deusto
Biblioteca

nihil muto. Et infra: PITHONIs COMEN. Sũt qui puerſiſſime Phritionis cumen ſcribant ex Strabone in terra Aeolia non longe a Cryſtro amne. Primum in eo præcipites labuntur/ꝙ Cumã eam non Phritionis/ſed Phriconidem appellare oportet. Strabo ἀπὸ τοῦ λεκρικοῦ ὄρους τὴν κώμην φρικωνίδα καλοῦσιν. Deinde ꝙ Iulii Solini uerba non uiderunt: Python inquit eſt in Aſia locus in cã pis patentibus ubi primo aduentus ſui tempore aduolãt Ciconiæ. Porro in Aſia Pythopolis eſt parte eius quæ Myſia uocatur/& altera Cariæ. In Bithynnia quoq; Pythiõ locus eſt Aſtaceno ſinu: ut ſi temere quicq̃ in buccam uenit/effutiendum eſt. ad unum aliquẽ ex tribus quæ dixi locis referre ſit melius/q̃ Soloeciſmũ Plinio intendere diuinandi libidine.

Ex eodem. xxiii.

CENCHRAMVS. Ariſtoteles octauo hiſtoriæ ſuæ libro hæc ipſa tradit/ſed Cichramum appellat: Theodorus Cinchramum.

Ex eodem. xxiii.

COTVRNICIBVS VENENI SEMEN GRATISSIMVS CIBVS. Legi poteſt Veratri ſemen/hoc eſt Ellebori. Galenus in libro περὶ κράσεως Cicuta inquit Sturno & conturnicibus Elleborum cibus eſt. homini autem uenena. Quem locum recenti ores aliqui negligenter interpretati/& Hyoſcyamum pro Cicuta: & Turdum pro Sturno acceperunt. Solinus tamen Coturnices inquit cibos habent gratiſſimos ſemina uenenorum. Plinius decimo libro: Venenis inquit Capreæ & Coturnices ut diximus pinguescunt. Lucretius Veratro ait eas ali.

Ex capite. xxiiii.

NEC BIZECIS IN THRACIA PROPTER SCELERA TEREI. Stephanus non Bizecis / ſed Bizenis: Βίζηνη πόλις ὀράκης τοῦ τῶν ἀζῶν βασιλείου. Plinius libro quarto Biziam uocauit. Bizia inquit arx Regum Thraciæ a Terei nephaſto crimine inuiſa hirundinibus. De hoc plura eodem uolumine in uerbo Daulide: ubi & Plinium a calumnia quorundam / & Thucydidem a Strabonis allucinatione tutati ſumus: falſo inſimulantis auctorem grauiſſimum ſcripſiſſe Megaris non Daulide Phocenſium regnaſſe Tereum. Nunc illud addendum eſt Domitium Straboni patrocinantem putare deprauatam eſſe lectionem quæ dicat Thucydides uero Megaris geſtam rem ſcribit: atq; ita reſtituendam: ut uerbum Thucydides ad ſuperiorem clauſulam pertineat / in hunc modum: Quæ de Philomena Progneq; dicuntur a Poetis

in Daulide Patrata fabulantur/ut ait Thucydides: alii Megaris id actum ſcribũt. Sed cum uerba Strabonis græca hæc ſint καὶ τὰ περὶ Φιλομήλαν καὶ πρόκνην. ἐρδλαυλίδι μυθένουσι. θουκυδίδης δὲ μεγάροισ φησί. nõ uideo qui ad eum ſenſum extorqueri poſſit oõo.

Ex capite. xxvi.

MELEAGRIDEs IN BOEOTIA AFRIcæ HOc ESt GALLINARVM GENVS GIBBERVM. Varro Gilberium: Gallinæ inquit Africanæ ſunt grandes uariæ gilberiæ meleagrides appellatæ: ut uel hic Gilberium a colore/uel apud Varronem Gibberæ ſcribendum ſit. Verbum autem Africæ/iungendum ſequentibus hoc modo: Africæ datiuo caſu id eſt in Africa/hoc gallinarum genus eſt & reliqua. De iis auibus non idem omnes dixere: ut in Corollario monſtrabimus.

Ex capite. xxvii.

CASINI MONTIS INCOLAE. Scribo Caſii nõ Caſini. Eſt autem is mons & in Aegypto ubi magni Pompeii tumulus: & in Syria Antiochene ubi Seleucia cognomento Pieria / quæ uocabulum dedit auibus: Super Seleuciam inquit libro quarto Plinius mons eſt eodem quo alius nomine Caſius.

Ex capite. xxxii.

COLLO GRACILI AC PROCERO. Ariſtoteles unde omnia de Halcyone ſumuntur/non Collo/ſed roſtro: ῥύγχος ὑπόχλωρος μὲν μακρὸς δὲ καὶ λεπτός.

Ex capite. xxxiii.

STADII VERE VNIVS SPATIO. Legendum eſt Stadii fere unius ſpatio. Et infra: IN GENERE VITERIPARVM ESt. Legendum: In genere item Ripariarũ eſt/ex Ariſtotele ad uerbũ. Item ARGATHYLIS. Vetus lectio Agatillis. Ariſtoteles Acanthylin uocat hanc quæ lino intexit nidũ. Sed in græco eius codice uitiũ eſſe Theodorus exiſtimauit: qñquidem ipſe Argathylin conuertit octauo libro. Acanthylis uero ea eſt quæ & Acanthis dicit. Spinus & Ligurinus a Theodoro: alia oĩno ab Argatyli. Spinus quoq; diſtat a Carduele qui ὀραυπίσ uocat Ariſtoteli eodẽ libro. Et infra: CYNNAMVLGVS AVIS. Ab Ariſtotele Cynnamomus uocat: niſi qs κυμμαμολγοὺ non κυμμαμῶμον in eo quoq; ſcribẽdũ Ⅎcenſeat.

Ex eodem. xxxiii.

PLVMBATIS IGITVR EOS ET SAGITTIS DECVTIVNT. Legendũ Plũbatis igit eos ſagittis decutiũt/ex Ariſtotele. Et infra: A DOMITIs FEROS & NOVOS HAVD VIctos.

Universidad de Deusto
Biblioteca

Scribendū nō Haud/sed Aut: ut paulo infra: Victū inquit aiunt uenere.. pati. Similis fere gallinaceorum natura est: Victus inqt Plinius occultaē silens & ægre seruitiū patiē. Itē: CVM SIt FEMINA AVCVPE ACCEDENTE. legendū: Cū sensit: ut fœmina casus ablatiui sit: hoc est accedēte fœia uenatrice/ auctor Aristoteles.

Ex capite.xxxv.

RELIQVOS AD QVADRAGINTA. legēdū Aliquos ex Aristotele.

Ex capite.xxxvi.

VT VICTAE PRAEBENē ACCIPITRI. Legi pōt Vt uinctæ. nam sequiē Implicatis pennis. Item: ALIOQVIN SOLITO VOLATV MVLTū VELOCIORē. legendū uideē: Alioquin soluto uolatu in multū uelociorē. nā supra uinctas quēadmodū raperēt accipitres edocuit. nunc quēadmodū solutas & libero uolatu intercipiant.

Ex capite.xxxvii.

TINNVNGVLVS. Antiq̄ fere lectio Tristūculus: quod & Theodorus q̄q; sequiē. ex maiori uero pte Tinnūculus. græce Cenchrā Lmus uocaē Aristoteli q̄si miliaria.

Ex capite.xl.

PLATAEA NOMINATVR. Cicero de natura deor̄ secūdo nō Platæā sed Plataleā tradit hāc uocari: ut in ipso forte Ciceronis codice sit error. Aristoteles Pelecanē appellauit octauo de animaliū historia uolumine.

Ex capite.xlii.

SITACEM VOCAT INDIA. Legendū uideē Psitacen ex Aristotele: qui item non masculino sed fœminino genere pronuntiat hanc alitem. Cæterum in Indica historia/quam Arriano sunt qui tribuant/Sittacen per. σ. non p. ψ. legimus initio uocatam. Est Aristoteli & auis Sitta nomine/sed omnino alia.

Ex capite.xliii.

TROECENA ASIAE REGIONE. Vetus lectio nunc Cizycena nunc Troezena nunc Erizaca nunc Cazaca. Cæterum tam Cizycus in Asia est minore q̄ Troezena regio ut in Caria mōstrauimus. Sunt & in Peloponneso Trœzenii. Cazaca uero siue Gazaca unde Gazaceni Cappadociæ pars est.

Ex capite.xlvii.

HEMATOPODI. Scio Hæmatopodas uideri nominatas aues has a colore pedum sanguineo: quos rubere tradit ipsis Plinius. Cæterum multi codices tam in indice q̄ hoc loco Imantopodas habent: non Hæmatopodas ex argumento pedum/quasi Loripedes. Ait. n. crura iis præalta & ternis eas digitis insistere. Nā & populi Aethiopiæ qui serpendo/id est ut Solinus interpretatur flexis crurū nisibus ingrediuntur / Imantopodes Pomponio Plinioq; uocantur. In disputationem reuoco: non decido rem. Accedit q; in peruetusto græco codice qui & herbas & aues pictas continet / Imantopodes unum genus uolucrum describitur. Item: INFERAM IN ALVVM RVMINANTIS MODO DEFERT. Vetusti codices: In ueram aluum ruminantis more defert.

Ex capite.xlviii.

MEGNATIVS CALVINVS. Scribo Egnatius Caluinus: Aut M. Egnatius Caluinus.

Ex capite.xlix.

VENERE IN ITALIAM BODRIACENSES BELLIS CIVILIBVS TRANS PADVM. Bebriacenses emendauit Merula rectissime. Cornelius Tacitus: Eo inquit die quo Bebriaci certabatur auem inusitata facie apud Regium Lepidi celebri luco consediſſe in colle ut memorant: nec deinde cœtu hominum aut uolūtium alitum territam pulsamue: donec Oto se ipse interficeret. De Bebriaco inter Cremonam & Veronam oppido ubi Vitellius cum Otone conflixit/& Suetonius & Plutarchus.

Ex capite.lii.

GENERI NVLLA EX HIS SVPRA QVATERNA EDit OVA. Codices manu scripti habent Generis. Ego Aristotelem secutus ita lego: Cenchris sola ex his supra quaterna edit oua. Est autem Cenchris idem quod Tinnūculus: quem Aristoteles affirmat initio libri sexti: solum ex adunco genere quaterna & eo quoq; plura oua parere.

Ex eodem.lii.

PERDICES SALI. Quidam legunt Perdices soli/falso. Sūt enim Sali auiculæ/quas Aristoteles Aegithos appellat: fœcunditatis magnæ/ut Perdices Gallinæq;. Item. FEMINAM EDVNT QVæ ROTVNDIORA GIGNVNTVR: RELIQVA MARē. Aristoteles libro sexto contrarium sentit: Fœminā edi ex ouis quæ oblonga sunt/marem e rotundis. ut fere scribi possit hoc loco sic: Fœminam edunt quæ oblongiora gignuntur: reliqua marem. Aut fatendum ab Aristotele hoc est a ueritate dissentire Plinium. Et infra: ALIA RVBRI COLORIS VT PHASIANIS CENCRIDIS. Legendum est Cenchridi/hoc est Tinnunculo.

Ex capite.lv.

OVVM IN SINV FOVENDū. Legitur Fouendo. Item: MOX INCERTOS CONCVBITVS SOLLICITE CONVOCANTIS. uetus lectio: Mox incerti incubitus sollicite cōuocātis.

Universidad de Deusto
Biblioteca

De hoc & Cicero de natura deorum secundo: Anatum inquit oua gallinis sæpe supponimus/e quibus pulli orti primum aluntur ab iis ut a matribus a quibus excluſi fotiq; sunt deinde eas relinquũt & effugiunt/sequentes cum primum aquam quasi naturalem domum uidere potuerunt.

Ex capite.lx.

MELANCORYPHVS SVPRA VIGINTI PARIT SEMPER NVMERO IMPARI INAEQVALIA. Verbum Inæqualia/superuacaneum est: nec Aristoteles unde hoc sumptum est addit inæqualia. Est autem Melancoryphus/quæ Atricapilla dicitur a Theodoro eadem cum Ficedula.

Ex capite.lxiii.

COITVS AVERSVS ELEPHANTIS: CAMELIS. Aristoteles libro quinto Camelos negat auersos/id est πυγιαοῖς coire: Cameli inquit sedente fœmina coeunt: nec auersi/sed complectente mare ut cæteræ quadrupedes. Et infra: SVPRADICTORVM PLERVNQVE FEMINAE PRIORES SVPERVENIVNT. Vetus lectio Pleriſq;/non Plerunq;: nam & sequentia id demonstrant: Reliquis inquit mares. Et infra de Taurorum coitu: INGREDIVNTVR IN CONCEPTV. Theodorus ex Aristotele/Clunibus subsidere fœminam in conceptu scribit: Ipse Aristoteles uerbo utitur ὑπάγουσι hoc est incedunt gradiũturq;/ut ait Plini⁹/in coitu. meliusq; hoc sine dubio/q̃ illud. Et infra: ACHANTIS AVIS MINIMA. Scribendum Acanthis. Et infra: IN VRINA ATTOLLERE CRVS FERAE SEMESTRES Scribendum Fere/non Feræ: omnia ex Aristotele.

Ex. lxiiii. capitis inscriptione.

DE VARIA GENERATIONE AVIVM. Scribo Animalium non Auium. Et infra: EX OMNIBVS QVAE PERFECTOS VEL TANTOS VEL INNVMEROSOS EDVNT. ITé PLVRES CONTRa NATVRã SOLIDIPEDVM AVT BISVLCORVM. Locus est omnino deprauatus. ut de Suibus tamen intelligi posse uideatur: quippe quas uicenos partus edere: itẽ Solidipedes & Bisulcos esse constet. Aut certe coniungendus est cum sequenti capite de Muribus hoc modo: Ex omnibus quæ perfectos fœtus tantum & ~~uniuersos~~ edunt item plures contra naturã Solidipedũ aut Bisulcoꝝ: supra cũcta est Muriũ fœtus & reliq̃. Non q⁹ Mures Solidipedes aut Bisulcos dicat: sed q⁹ numerosi fœtus/Solidipedum aut Bisulcoꝝ generi non conueniant.

Ex capite.lxv.

APVD PERSAS VERO PRæGNANTEs VENERIS PATIENTIS ET VTERO PARIENTIS REPERTAS. Scribo: Apud Persas uero prægnantes in utero parentis repertas. Idq; uetusti fere affirmant codices. Quid q⁹ Aristoteles libro sexto Terræ inquit Persicæ parte quadam Mure fœmina rescissa fœtus fœminini prægnantes comperiuntur.

Ex capite.lxx.

POLYPVS CVNICVLA ADMOTA AB ODORE PROTINVS RESILIT. Legendũ: Cunila admota/hoc est Conyza ut inquit libro quarto Aristoteles. Hanc herbam Theodorus Pulicarem conuertit: quia pulices necat. Dicitur & Cunilago interdum Plinio: idq; nomen frequentius est.

Ex capite.lxxii.

AVIBVS DEVORATIS SOLIDIs CONTENTIOne PLVRIMA ET CAETERA OSSA REVOMVNT. Vetus lectio non Contentione: sed Contritione. Item non Plurima: sed Pluma: ut proinde scribendum putem: Auibus deuoratis solidis contritione plumas & cætera ossa reuomunt. Simile huic paulo supra hoc capite: Spectanda quidem inquit draconum arte: aut enim solida hauriunt si iam fauces capiunt quæ deinde in semet conuoluti frangunt intus atq; ita putamina excutiunt.

Ex eodem.lxxii.

SPONGIONVM ET SATYRORũ GENVS. Lego Sphingiorum & Satyrorum. Sunt autem Sphingia siue Sphinges atq; Satyri Simiarum generis. Inter Simias inquit Solinus habentur & Sphinges uillosæ comis/mammis prominentibus/dociles ad seritatis obliuionem. Sunt & quas uocant inquit Satyros facie admodum grata gesticulatis inquietæ motibus. Scio & Satyriũ animal esse quadrupes: Itemq; Satherona: sed utrunq; ambiguum: in humore pariter & in sicco uiuẽs: apud Aristotelem. De hac Sphinge Plinius quoq; meminit/fusco eas pilo & mammis in pectore geminis describens. De Sphingiis & libro sexto.

Ex capite.lxxiiii.

CORVVS ET CLOREVS. Aristoteles libro nono χλωριῶνι id est Chlorio: qui latine Vireo dicatur Plinio uolumine decimooctauo: Est & Chloris auicula: quã Theodorus Luteũ & Luteolã conuertit.

Ex eodem.lxxiiii.

ICHNEVMONES ET VESPAE PHALANGES Et ARA-

Universidad de Deusto
Biblioteca

NEI. Legendū eſt Ichneumones Veſpæ & Phalanges Aranei. cū dicat Ariſtoteles Ichneumonem diſſidere cum Phalange. Plinius quoq; libro undecimo: Veſpæ inquit quæ Ichneumones uocātur. Sunt autem minores q̄ aliæ.unū genus ex Araneis perimunt Phalangium appellatum.quæ uerba ex Ariſtotele item ſumunt. Phalangium quandoq; Phalanx ab Ariſtotele dicitur: cuius originem in corollario monſtrauimus: ut qui mutandam hac parte lectionem putarunt/errauerint: etiam ſi frequentius Phalangii q̄ Phalangis uocabulo ueteres utantur. Sunt autem & aſpidum & crocodilorum peſtis Ichneumones / ut inquit Plinius: quos etiam Ichneutas quādoq; uocat Nicander: Viuerræ paruæ ſimiles: ut mirari ſit enarratorem eius Poetæ genus Aquilæ ſacrum Herculi dixiſſe. Sunt qui Murem Indicum uocari modo ſentiant.

Ex eodem.lxxiiii.

AEGITHVM VERO IN TANTVM Vt SANGVINEM EORVM NON CREDANT COIRE. Scribi poteſt: Aegithum uero Anthus intantum ut ſanguinem eorum non credāt coire. Ariſtoteles libro nono: Aegithus id eſt Salus cum Antho id eſt floro diſſidet. Proinde ſanguinem Aegithi & Anthi negant inquit miſceri poſſe. De hoc Antho Plinius quoq; ſupra hoc libro imitari eum referens equorum hinnitus. quod & Ariſtoteles confirmat.

Ex capite.lxxv.

SOMNIAT STATIM INFANS. Negat hoc Ariſtoteles libro quarto de animalium hiſtoria: Nuper inquit in lucem editi & infantes ante quartum aut quintum ætatis annum fere non ſomniant. Sed cur pauore expergiſcūtur & ſuctum imitātur: Reſpōdet de animalium generatione quinto libro: Infantes inquit dum uigilant non rident: cum dormiunt & rident & flent quandoq;. Nūquid ergo ſomniare dici poſſunt: qui ea dormientes faciunt quæ nunq̄ fecere uigilantes? Igitur ſomnia inquit non ſunt quæcunq; dormiendo aguntur/ſed præter ſomnia: ut iis qui dormientes reſurgunt ambulant & loquuntur: uidētq; inquit eodem modo quo qui uigilant: accidūt hæc & obuerſantur quidem penitus: ſed nō ut ſomnia. Idem tamen auctor libro ſeptimo: Infantes inquit ſomniant: ſed ſero meminiſſe poſſunt imaginum. Quid igitur contradicit ipſe ſibi Ariſtoteles? Minime. ſed hoc ſentit: q; infantes ſi minus proprie loquendum ſit/ſomniant. ſi proprie/non ſomniant. Sed hæc aliubi fuſius ediſſerenda ſunt.

CASTIGATIONES PLINIANAE EIVSDEM HERMOLAI BARBARI EX LIBRO.XI.

Ex Capite Secundo.

d ISPOSVIT IEIVNAM CAVAM. Vetus lectio Caueam non Cauam. Proinde ſequitur: Vti aluū: hoc eſt Caueam in iis dicendam eſſe non aluum: ſed quaſi aluum & quadam ſimilitudine proportioneq; reſpondentem aluo.

Ex capite.iii.

INTER SE SIMILEM QVIDEM. Legendum eſt Verum ſimile quiddam: ex Ariſtotele: qui hoc quod ſanguinis loco atq; inſtar eſt Analogon ſanguinis appellat: quaſi proportionale. Item: VT SEPIAE IN MARI SANGVINIS VIRES ATRAMENTVM. Scribo Vices/non Vires: hoc eſt illud analogon/de quo dixi.

Ex capite.vii.

METYN. Omnia exemplaria manu ſcripta & impreſſa quoq; aliqua/non Metyn: ſed Comoſin: ceu a Gūmi dictā: quod græce Cōmi appellatur. Qua uoce utitur & Ariſtoteles in apibus. Idem auctor pro eadem re non Metyn ſed Mityn dixit: quod uerbum modo Comoſis/modo excrementum ceræ uertitur a Theodoro. Habetur & Mytis per.y.in prima ἀπὸ τοῦ μύζειμ. quod ille interpretatę mutire pro eo quod eſt mutin facere. Id in ſepiis & omnino mollibus aſpicitur alio nomine Papauer appellatum: per quod ipſa gula tendit. In teſtaceis quoq; materia quædam uacans & retrimentitia Mutis & Papauer dicitur. Quid ſi non Comoſin ſed Coniſin quod tectorium ſignificat/legatur? Prior lectio magis proba. Item MITYS CRVSTA EST PRIMA. Dixit mox: primū id eſſe fundamentum/ut repeti non debeat. Proinde hoc loco forte melius eſt ut legamus Nigra/q̄ Prima: ex Ariſtotele.

Ex eodem.vii.

CERAE INITIVM POPVLORVMQVE MITIORE GVMI PROPOLIS. Legendum Ceræ initium populorumq; e mitiore Gumi Propolis. Plinius libro uigeſimoquarto: Populi inquit ferunt in foliis guttam ex qua apes Propolin faciunt.

Ex eodem.vii.

CONVEHETVR RHITHACE. Ariſtoteles Erithace: quanq̄ & Rhithacen quādoq; habent codices. Alioquin uere naſcitur quod ἔαρ dicitur. Theodorus Ceraginem conuertit hanc: quoniam & Ce

Universidad de Deusto
Biblioteca

rinthus quoq; dicitur:& a Dioſcoride Ceranthemis:uulgo eam uocare ſolent Carbinam in Etruria & Liguria.credo quia flatu Africi naſcatur:quem ut inquit Vitruuius Carbam:noſtri nautæ Carbinum cognominant.fit quidem & nigrior ab uentis:Sed agri eorũ obnoxii ſunt Africo:quẽ Libycũ hodieq; uel rura uocant.

Ex capite.ix.

HYLISCVM VERO THASIVM.Index Philiſtum Thaſium non Hyliſcum habet.Exiſtimatio ſua cuiq; ſit.

Ex capite.x.

QVAE FLORES COMPORTANT PRIORIBVS PEDIBVS FOEMINA ONERANT.Legendum eſt ſine diphthongo Femina: hoc eſt blæſa poſteriorum pedum/ut inquit Ariſtoteles.Item: CONCAMERATIONE ALVI. Legendum Aluei. Item CIRCA SINGVLOS ACTVS. ſcribendum Arcus/hoc eſt fornices

Ex capite.xi.

FVCVS ADEMPTIS ALIS IN ALVEVM TRAIECTus IPSE CAETERIS ADIMIT. Theodorus in Ariſtotelis libro quinto: Si fucum inquit ademptis pennis in alueum traiicias ipſæ reliquorum pennas erodunt:quaſi non fucus is cui ademptæ ſint alæ/ſed apes ipſæ cæteris fucis alas uellant.Quod ſi uerũ eſt: in Plinio legẽdum eſſet:Fuco ademptis alis in alueũ traiecto ipſæ cæteris adimunt.Conſulendi ſunt græci codices in qbus æque ua-

Ex capite.xiiii. Crietas eſt parte plurima.

NON ALIA SVAVITATIS.Legendum Suauitas.ui arcus cæleſtis & ſideꝝ exortus in melle/qnto hiſtoriæ ſuæ libro Ariſtoteles.

Ex capite.xv.

APPELLATVRq; TACITVM.Omnes antiqui codices habent Acœton:hoc eſt ſine retrimento ſedimẽtoue:qđ hodie quoq; ruſtici lectum ſtratum ue ac cubile in uino appellant.

Ex capite.xvi.

PLVRIMI SIDERITEN. Lego Plurima ſit Erice:ut cum ſuperiore dicto iũgas hoc modo:Et quoniam inquit ab æquinoctio ad uergiliarum occaſum diebus.xlviii.plurima ſit Erice. atq; ita fere habet omnis antiqua lectio.Quod autem ſequitur: TETRADICEN ET SISARVM.Theophraſtus quendam fruticem appellat Tetralicen non Tetradicen æſtate germinantẽ.Floret enim bis anno Erice prima & ultima ſylueſtrium:ut in Dioſcoridis editione oſtẽdimus.Item Siſaram Varro non Siſarum. Porro Ericen apud noſtros Tamaricen ſiue Amaricen uocari nemo dubitat / ex

Columella Palladioq;.Ericæum mel celebratur & a Nicandro λάζεο λάθριμος ἐσσάμ ἀφαρ ταμύφυλλον ἐρείκην ἤμτε μελισσᾶιος περιβόσκεται ὀύλαμος ἔρπων.

Ex eodem.xvi.

ALBVM MEL NON FIT QVOD BITHYMVM EST. Ariſtoteles: Album mel non fit quod e mero Thymo eſt: Τὸ δὲ λευκὸν οὐκ ἐκ θύμου ἐιλικριοῦς. Item: PLVRES EXISTIMAVERE OPORTERE CONFICI ELORIBVS COMPOSITIS.Ariſtoteles duobus locis non Oportere/ſed Apportari.De ortu apum inquit libro.v.uaria ſententia eſt.alii eos parere & coire negant/ſed deportare fœturam exiſtimant. Hoc ipſum libro de animalium generatione tertio.Item:REGES PLVRES INCOANTVR NEC DESVNT.Scribo Ne deſint/ex eodem Ariſtotele quinto libro:Perit inquit ipſum examen niſi ducum ſatis habeatur/hoc eſt ſi defuerint: ideo inquit plures in eodem examine creantur duces.Item:TETERRIMOS NEGANT.Scribendũ puto Deterrimos necãt. Item:DVO AVTEM GENERA EORVM MELIOR NIGER VARIVSQVE.Ariſtoteles libro nono:Duo aũt genera ducũ ſũt:melior ruffus q̃ niger uariuſq;.

Ex capite.xvii.

SI QVA LASSATA DEFICIT AVT ABERRAVIt ODORE PROSEQVVNTVR.Scribendum Laſſatus/hoc eſt Rex ipſe: Ariſtoteles libro nono:Si rex inquit ipſe aberrarit omnes inquirere odoratuq; ſagaci donec inueniant eum proſequi.Item:POTIVSQVE NASCENTIVM DOMOS DIRIMVNT. Ariſtoteles Diruunt/non Dirimunt.

Ex capite.xviii.

ADREPENTESQVE FLORIBVS OPERTAS SVFFLãt. Ariſtoteles non Floribus ſed Foribus libro nono: Subiens inquit Rubeta aditus Aluei afflat & obſeruans rapit euolantes. Itẽ:REGE AC PESTE CONSVMPTO.Scribe nõ Ac/ſed Hac.

Ex capite.xx.

EXERCITATIONEM TAMEN SOLEMNEM HABEnt. Ariſtoteles libro nono:Exercitationem tum ſolennem habent. ſed hoc tamen non apibus ſed fucis ipſe tribuit.

Ex capite.xxi.

CAETERA AVTEM CORTICE ARANEIS FOETVS & IPSE INæQVALIS VT BARBARVS. ALIVS EVOLAt ALIVS IN INFANTIA EST.Legendum:Cætera aũt cortice

Universidad de Deusto
Biblioteca

& arena: fœtus & ipſe inæqualis & barbarus alius euolat & alius in nympha eſt:ex Ariſtotele quinto libro ad uerbum fere/ac Iulio Polluce. Habent & exemplaria manuſcripta non In infantia/ſed in nympha.nam & apes aliæ in uermiculo / aliæ in nympha eſſe perhibentur. In uermiculo ſunt cum primum ab incubatu excluduntur:excepto rege/qui non uermiculus ſed ſtatim penniger exiſtit.cætera turba cum formam capere cœpit/nymphæ nominãtur ait Plinius. In uerbo autem Barbarus/horridum ferumq; intuitu accipimus: ut de quodam myrrhæ genere Plinius: Troglodytica inquit myrrha aſpectu aridior eſt ſordidaq; ac barbara.

Ex capite.xxii.

NIDOS LVTO FINGVNT SALIS SPECIE. Theodorus in Ariſtotele non Salis ſed Vitri.legit enim ὕαλοσ non ὅι ἅλεσ. utra lectio ſincerior / non extimo nunc. Item: EA GRANDIORE VERMICVLO. Legendum E grandiore uermiculo. Item: IN CO MVLIER PAMPHILE. Scribendum/in Ceo. Plinius libro quarto:Ex Ceo inquit inſula profectam delectationi feminarũ ueſtem auctor eſt Varro. Item:PAMPHILA PLATIS FILIA. Ariſtoteles Paſaphile Latoi filia:id eſt πασαφίλη λατόου. Theodorus tñ Pliniani codicis fidem ſecutus eſt. Illud meminiſſe oportet in exemplaribus quoq; Ariſtotelicis non In Ceo/ſed in Co ſcriptũ uideri. Cæterum ut prædiximus Varronis auctoritas & Plinii facit ut dubitari non debeat. Alioquin facile fero ut qui contrarium ſcripſere confugium hoc habeant:quaſi & Ariſtoteles de Co inſula non de Ceo ſentiat.quaſi & Varro ab Ariſtotele diuerſa prodiderit:aut in utraq; inſula id genus ueſtis celebratum fuerit: ut ſequenti capite legatur non in Ceo ſed in Co inſula Cupreſſis Terebinthis Fraxinis Quercubus Depecti Bombicina. Verum ut ita ſe tueri poſſint/teſtari tamen debebant in Ceo non in Co ueſtis eius originem a pleriſq; tradi.

Ex capite.xxiii.

HVMORE LENTESCERE. Vetus lectio poſt uerba hæc habet & illa/More ceræ.

Ex capite.xxiiii.

AD SALTVM INGREDIENTIVM. Vetus lectio Aſſultim. Item:PRIORIBVS CRVRIBVS LONGISSIMIS. Theodorus in Ariſtotelis nono:Prioribus cruribus nigris: quaſi nõ μεγάλοισ ſed μέλασι legiſſet. Ipſe cum Plinio ſentiendum puto:quoniam de colore Aranei huius nigro iam dixerat & Ariſtoteles & Plinius.

Ex eodem.xxiiii.

LVPORVM MODO MINIMI NON TEXVNT. Scribo Luporum nomine minimi non texunt/ex Ariſtotele: ut aliud genus lupos:aliud Phalangia intelligas. Item: q̃ NON AD HOC VIDETVR PERTINEre CREBRA TAPEXITAS TELAE. Scribendum forte Cribrata pexitas telæ:aut Plexitas/ex Feſto:Plexa inquit colligata ſunt ex græco:cui nos etiam præpoſitionem adiicimus in uerbo Perplexa. Dicuntur autem Pexa & quæ concinna ſunt:ut depexa quæ lacera. Terentius:Depexum dabo. Sed & Pexæ ueſtes a Plinio referuntur octauo libro. Et martialis: Pexatum pulchre qui pexis ueſtibus utaẽ. Nam ubi Perſius dixit Pexumq; togaq; recenti. Probus: Barba inquit tonſuræ genus eſt quo iuuenes ſic tonſi Pexibarbi appellantur.

Ex eodem.xxiiii.

PARIVNT AVTEM OMNIA IN TELAS EXPANSA. Legendum Pariunt autem oua ea in telas expanſa. Item:ADIVVAT ENIM INCVBARE. Ariſtoteles:Adiuuat enī incubatu. hoc eſt fœminam mas Araneus. Item:PARIVNT AVTEM & TRICENOS. Legendum Trecentos/ex eodem. Item:CONSVMVNTVR ARANEI QVATER SEPTENIS DIEBVS Scribo Conſumantur/hoc eſt incrementa iuſta capiunt/ex eodem.

Ex capite.xxvi.

CICADARVM DVO GENERA: MINORES QVæ PRIMæ PROVENIVNT: QVAEq; SVNT MVTAE & NOVISSIMæ PEREVNT. SVNT AVTEM MVLTæ SEQVENS VOLATVRA QVAE VOCANt ACHETAE. Romani codices lõge aliter hoc modo:Cicadarum duo genera minores quæ primæ & nouiſſimæ pereunt. ſunt autem multæ. Item maiores/quæ canunt/uocantur Achetæ. Vetuſta exemplaria uerbum illud Volatura/ſcribũt Volatu rara. ut ſit ſenſus:e cicadis alias minores eſſe atq; mutas & multas quæ primæ ueniant & nouiſſimæ pereant:Alias quæ poſt has ſequantur maiores & raras eſſe. Diuiditur & hoc ſecundum genus: quandoquidem aliæ maiores ſunt/aliæ minores. quæ ſunt maiores/canere atq; Achetas uocari utiq; ſi ſint mares. quæ autem ſint minores/Tettigonias:& canere item ſed minus modo non ſit fœmina. ſilere enim in utroq; fœminas. Item:ET QVAE MINORES EX HIS SVNT TETTIGOMETRAE. Legendum Tettigoniæ ut dixi:auctor Ariſtoteles & uetus lectio. Etenim Tettigoniæ a Tettigometris differũt.

Universidad de Deusto
Biblioteca

Proinde Theodorus priores Cicadastras posteriores Cicadag; matrices interpretatur. Item:TRANSEANT VELVT FOLIA. Legendum in folia ex eodem Aristotele.

Ex capite.xxvii.

ICCIRCO NON SVNT CYRENIS CIRCA OPPIDVM NEC IN CAMPIS CICADAE.Legendum Iccirco sunt Cyrenis circa oppidum nec in campis:ex Aristotele quinto libro:Nasci non possunt inquit Cicadæ ubi desunt arbores:iccirco Cyrenis in campo nullæ habentur:cum circa ipsum oppidum multæ prouenant.Item:IN REGIO AGRO SILENt OMNES:VLTra FLVMEN IN LOCRIS CANVNT.Legendum est:In Rhegino agro. Diuidit autem Rheginos a Locris fluuius Cæcinus ut inquit Pausanias.cis eum amnem Cicadæ non strepunt.Hos autẽ Locros qui in Italia sunt Græci Hespios appellant:& Epizephyrios quoq; : propterea q; promontorio appositi sunt cui nomen est

Ex capite.xxviii. ℒZephyrium.

LAMPYRIDES:Et hic &.xviii.libro.sed Aristoteles Pyrolãpides: Cicidelæ ait Plinius a nostris dictæ . Itẽ:IN THRACIæ PARTIBVS IVXTA OLYMPVM.Vetus lectio:iuxta Olinthum Est quidez & Olympus in ea terra. sed cum & Olinthus sit a qua Demosthenis Olinthiacæ orationes uocatæ sunt:fidem antiquoz exemplarium quamobrem non sequar haud scio.

Ex capite.xxix.

PARIVNT IN TERRA DIMISSO SPINAE CAVLE. Scribe Demisso. Aristoteles quinto libro:Pariunt inquit Locustæ in terra defixo cauliculo.Item:QVOD MIREMVr: FAMEM QVOQVE:QVAM PROPTEr EXTERNA PABVLA PRAETERq̃ SCIVNT IMMINERE.Legendum est:Quod miremur:famem quoq;:quam propter/externa pabula petiere;sciunt iminere:ex uetustis codicibus.

Ex capite.xxx.

VERE ET HAE VT APES COMMVNICANTES. Verbũ illud Vere/hoc est Verno/ad præcedentem refertur clausulam:ex Aristotele quinto libro:Coeunt inquit & formicæ ac uermiculum pariunt:ortusq; uerno tempore agitur.

Ex capite.xxxii.

ATq; ASILVS IMPRIMIS INSIDET EX RORE HIC RHAPHANI FOLIO.Scribẽdum Atq; imprimis ex rore.insidet hic Rhaphani folio.Aristoteles libro quinto:Alia inqt ex rore

fiunt qui frondibus insideat.Itẽ:Et TRIDVA ERVCA.MOX VRICA:QVæ ADIECTIS DIEBVS CRESCIT IMMOBILIS.Legendum Et triduo mox Eruca/quæ adiectis diebus crescit imobilis:ex Aristotele/item uetustis exemplaribus . Item:AD TACTũ MOVEt ARANEi. Legẽdũ arbitror Araneæ:hoc est paniculi araneosi/quo tecta chrysalis obducit:ex eodẽ.v.Aristotelis:quẽ locũ Theodorus ita uertit:ad tactũ mobiles meatibus aranei obductæ.

Ex capite.xxxiii.

ASINVM TANTũ Et OVES. Aristoteles libro quinto:Asinum & capram & oues:ex iis quæ pilos habent sola pediculis immunia esse tradit.Item:ALIA RVRSVS GENERANTVR SORDIBVS ARIDI SOLI POSTERIORVM CRVRũ LASCIVIA PETAVRi ET AVRIS.Legi potest Posteriorũ crurum lasciuia Petauristaz:hoc est qualis Petauro ludentiũ aspicit ut hæc de pulice uel simili aliquo ut opinor itelligant.Petauristæ sunt inqt marcellus qcunq; saltibus uel scenis leuioribus mouent. Petauron tũ Iulius Pollux dici caueã existimat in quã se cortis alites cubitũ ituræ cõferũt. Varro:Galli & Germani petauristæ.Claudianus:Vel q more auiũ sese iaculant in auras. Meminit & Martialis & Iuuenalis.

Ex capite.xxxiiii. ℒturpitudinis.

EST ANIMAL EIVSDẽ TEMPORis.Legendũ puto eiusdem

Ex capite.xxxvi.

PYRALIS A QVIBVSDã PYRAVSTA. Vetus lectio & hic & in indice nõ Pyrausta sed Pyrotus habet.Alioq Pyrausta uermiculus is est Aristoteli/quẽ & Cleron uocat Aranei specie nocentẽ fauis:q̃q̃ & Pyrautis legit nõ Pyrausta in ipso:etiã si Theodorus cõuertit Pyraustã.De Clero memit & Plinius hoc libro cap.xvi.Similis inuersio est & in lapide Carbunculo quẽ Plinius Apyrustã scribit uocari ultio uolumie.Theophrastus & uetusti codices Apyrotõ hoc est ἀπυρωτον ut docebimus.

Ex capite.xxxvii.

PICO MARTIO & GRVIBVs ARIEæ.Fuit q̃ scribi posse cre derẽ:Pico Martio & Gruibus areæ.sed qa id paz constabat/uetere lectionẽ malim seq/sic hũtem:Pico quoq; martio & grui balearicæ. Plinius li.ix. In balearibus ait insulis in honore mẽsaz esse uipiones.Sic.n.inqt uocãt minorẽ gruẽ.Nã Pipiones apud Aeliũ Lampridiũ in Alexãdri uita ,p colũboz pullis capimus.

Ex eodem.xxxvii.

VT LYRAS DECERENT. Vetus lectio:Vt lyras diceres:unde nomen quasi Terpsicerotes/ut quibusdã placet/uelut a modulatis

Universidad de Deusto
Biblioteca

& quasi ad lyram cõpositis cornibus. Item:ALiiS AD ICTVM PLVRIBVS MODIS. Codices antiqui habent Aliis ad ictum. Aliis aduncа:aliis reduncа:aliis ad iactum pluribus modis. Item: NVNC QVæ CEROSTRATA PICTVRAE GENERE. Legendum arbitror Ceroſtrota ut Lithoſtrota:hoc est cornibus lapidibusq; strata. Item:BOVM ATTRITIS VNGVLIS COr NVA VNGVENDO A RVINA MEDENé AGRICOLæ Scribendũ non a ruina/sed aruina. Item: MICONii CARENTES PILO GIGNVNé SICVt IN CAVNO LIENTOSi Scribendũ Lienosi:hoc est Lienе laborantes. Quidam Lienterosi: hoc est Lienteria quam nostri læuitatẽ intestinoꝝ uocant/cũ cibus nõ perficiẽt sed incoctus egeriẽt. Alii quoniã de Capillo agaẽ legendũ arbitranẽ Lendiosi:hoc est lendibus & capitis animalibus sufferti. Vtcunq; in terra Caria prope Rhodum Caunii pestilẽte cœlo sunt:uulgato apud Strabonẽ alioſq; Stratonici Cytharœdi sale. Athenæus & in Pelæos eum dicacem fuisse tradit quos uirides lienosoſq; id est χλωρουσ καὶ σπληνιῶντασ fere nasci cõtingebat. Lienosi autem fiunt ait Aristoteles de partibus animaliũ ¡libro tertio quoties excrementi plus in lienẽ diuertit q̃ calor eius uisceris possit conficere. Hippocrates & Celsus qui diu inquiunt habent faciẽ pallidam & tumidam/aut capite aut uisceribus aut alio laborant. Pomponius:Caunos inquit oppidũ ualitudine habitantium infame. De Myconiis autem qui capillo careant meminit & Strabo iis uerbis:Caluos inquit ipsos moris est dicere Myconios:q; in ea insula quasi gentile id uitium est. Hæc mentio Caluicii admonet me ne locũ Suetonii in Caligula prætream/ubi dicitur: Nullius inspecto ellogio a caluo ad caluũ duci imperauisse. Audio.n.grãmaticos ignorare se fateri qd hæc uerba significẽt:alios nomẽ loci caluũ credere:alios præfecti custodiaꝝ:uanissimo utrũq; cõmẽto. Docet id luculẽtus auctor Dion ἀπὸ φαλακροῦ προσ φαλακρὸν. id est a caluo ad caluũ iussisse noxios interfici:hoc est qcũq; inter duos forte caluos ex sontibus ante se cõstitutis/aderãt:laniãdos bestiis rapiuice pecudum mandasse quæ carius uendebanẽ. Plura dicerem:ſ

Ex eodẽ.xxxvii. Æhæc alieno loco satis multa.

Et OLENTes FVGIũt ADMOta FERRAMẽta. Legẽdũ arbitror:Et Solenes fugiũt &c. Cõchaꝝ id genus est:qđ & Onychas & Dactylos hoc est ungues & digitos uocamus/itẽq; Donacas & Aulos:ut post liquebit ex Aristotele Athenæo Plinio: q tñ inter ea discrimẽ aliqđ fecere. Apud. M. Varronẽ quoq; ubi legiẽ Sirene pectũculi ungues. forte Solenes scribendum fuit.

Ex eodem.xxxvii.

PLERISq; VERO NATVRALE Vt NVTARE Nõ CESSENT. Legendũ est Nictaretqđ græci σκαρδαμύττειν dicũt. Itẽ: TIBERIO CæSARI IN TENEBRIS CLARIORes IPSI ALIã QVã GENITOꝝ MORTALIũ FVISSE NATVrã ORCIS IN TENEBRIS CLARIORES FErũt. Legẽdũ est ut uerba illa/Orcis in tenebris clariores ferunt/demanẽ. tũ sequiẽ Vt expergefactis nocte & reliq̃. ex uetustis & Romanis exẽplaribꝰ quæ nec Genitoꝝ mortaliũ/sed Cæteroꝝ hñt. Itẽ:DIVO AVGVSTO EQVOꝝ MODO GLAVCI FVERE. SVPRAq; HOMINẽ ALBICANTIS MAGNITVDINIs:QVã OB CAVSAM DILIGENTIVS SPECTARI EOS IRACVNDE FEREBAt. Trãquillus:Oculos inqt Augustus habuit claros ac nitidos:q̃bus existimari uolebat inesse quiddã diuini uigoris:gaudebatq; si qs sibi acrius cõtuenti quasi ad fulgorẽ solis uultũ sũmitteret. Sũt q hæc duoꝝ auctoꝝ uerba dissentire cõtendãt:mihi maxiÆme consentiunt.

Ex eodem.xxxvii.

LABRA QVIBVS BROCHI LABEONES DICTI. Lego/A quibus/nõ quibus. itẽq; Brunci fortasse melius q̃ Brochi. Nonius Brunci sũt inqt ꝓducto ore dẽtibus ꝓminẽtibus. Ex Lucilii satyra Brũcus nouit lanius dente eminulo:hic est rhinoceros. In quo sciẽdũ:in oĩbus Nonii codicibus nõ Eminulo/sed Emulo corrupte legi. Pauloq; infra:Brochitate inqt dentiũ senectus in eqs & cæteris ueterinis intelligiẽ. hoc est ꝓminẽtia & magnitudine/Bruncitate scribendũ. Et infra:NOVISSIMI QVI GEMINI VOCAnẽ. Legẽdũ Genuini:quos Cleanthes appellabat Sophronisteras:alii Cranteras. Sumptũ hoc ab Aristotele. Meminit & Aelianus. Item: FRATEr EIVS Nõ MVTAVIt PRIMOres. IDEOq; PRæTERIVIT. Legendum arbitror Pertriuit.

Ex eodem.xxxvii.de Voce & Lingua.

MARES TVM VOCANẽ OLOLYGONES. Scribi põt Ololyzontes. qñquidẽ uoces & ululatus ipsi dicunẽ Ololygones. Aristoteles libro.iiii. Genꝰ inqt illud ululatus/quẽ Ololygonẽ noĩant mares intra aquã reddũt. Itẽ:PALPITANTE SIBI LINGVa. Legẽdũ Ibi/nõ Sibi. alioqn Solœcismus esset. Aristoteles ποιεῖ δὲ τοῦ ὀλολυγῶμα ὅταν ἐισωχεῖλῃ τὴν κάτω σιαγόμα ποιῆσασ ἐπὶ τῶ ὕδατι περιτείνει τὴν ἄρω. Ex eodem.xxxvii.

SVB EA MINOR LINGVA NVLLI OVA GENERANTIVM. OPERA EIVS GEMINA DVABVS INTERPOSITA FISTVLIS. INTERIOR EAꝝ EPIGLOSSIS AP-

Universidad de Deusto
Biblioteca

PELLAE ARTERIA. Legendū arbitror: Sub ea minor lingua epiglossis nulli oua generantiū: opera eius gemina duabus interpositæ fistulis, interior eaꝝ appellatᵉ Arteria: ex Aristotele ad uerbum fere.
Ex eodem. xxxvii. de Corde.

PALPITAt CERTE COR: Et QVASI ALTERū MOVEt INTRA ANIMALia. Legendū est Animal/non Animalia: ut sit casu recto. Itē: SPARSASq; RAMOꝝ SERIE. scribendū Sparsæ. sequit. n. Per alias minores oibus mēbris uitalem sanguinem rigāt. Id ipsum Aristoteles Galenus cæteri.
Ex eodem. xxxvii.

AVGVRIA ID PEr SINGVLOS ANNOS. Legendū est Augeri id p singulos annos. Solinus quoq; corda in qntū & sexagesimū a cōceptu diē crescere cōmemorat. Itē. L. POSTHVMIO. L. ALBINO REGE SACROꝝ. Sūt codices in qbus. L. tantū Albino scribit. Quid si ad hūc modū? L. Posthumio Albino rege sacroꝝ. De. M. Posthumio Albino Liuius li. v. iter. viii. Tribunos militares Consulari ptāte. Fuit & Albius Posthumius inter eos. nā & alter Posthumius Caluinus in eodē auctore noiat. Sūt & codices hac pte in qbus nō. L. sed Marcus Posthumius legit. De Illyricis triumphasse. L. Posthumium Albinum/legimus. Plutarchus Albinum contra regē Pyrrhū Consulem fuisse tradit. Item: CERTE EXEAT ORATIO VITELLii. Scribēdū Extat/nō Exeat. De hoc. P. Vitellio Suetonius.
Ex eodem. xxxvii.

THARNEN ET IN CHERRONNESO AD PROPONTIDEM. In Thracia Thernē/nō Tharnē Stephanus. Est ibi & Therme ciuitas: unde Thermaicus sinus. Vtcūq; id qđ additur: in Cherrōneso ad Propontidē: uidet id esse qđ Aristoteles secūdo libro de historiis aialiū: Lepoꝝ inquit genus tum alibi tum in Sycino agro circa Bolbā lacū bina uidet hīe iocinora. Et. n. Syce ut libro q̄rto diximus uidet in Cherrōneso Thraciæ oppidū fuisse. De lacu aūt Bolba Stephanus qdē memit iis uerbis: Bolba inqt & urbis & stagni nomē est. sed qua in terra sit nō explicat. Itē: IN PECTORE FEL Est Et CæTERIS AVIBVS. Lego Et cætis oibus. cū q; statim sequit: Vitulis qdē marinis ad multa quoq; inqt nobile. tū uero maxīe q; paulo mox ante/paucis auiū in pectore fel hīi dixit. Videor & Aristotelē sup hoc legisse.
Ex eodē. xxxvii.

IN CAETERIS Eæ ILIA QVIBVS CAPACIORA INTESTINA. legēdū: In cæteris ilæ a qbus &c. Est aūt Ila siue a græco dicta unde gracilioris intestini morbus appellatur Ileos. i. ἰλεός siue ab Ina: quo uerbo ut est apud Festum/tenuissima pars rei siue pellicula significatur. Varro farcimis ait genus Hila ab hilo dicta

id est minimo. De Lactibus miror unde Theodorus Gaza p Mesenterio acceperit. Plautus certe in aliis quoq; animalibus q̄ in homine atq; oue intestina exiliora Lactes uocauit. Illud nimis licenter ut alia Spartianus ait Murenarum lactibus & luporum in meditterraneis oris Heliogaballum pauisse rusticos suos. Nam Ile qđ infima pte collocatū est in hoīe Colum græce dicit: unde Colici dolores in crassioribus intestinis. Habent & ilia plurali numero: non tamen pro intestino/sed pro ea parte quam græci ab inanitate Ceneona & q; flaccida sit etiam Lagona uocant. Ipsa inquit Celsus ilia inter coxas & pubem imo uentre posita sunt. Ex Lactibus autem hoc est gracilioribus intestinis: quæ tria sunt: Tenue: Ieiunum: Piluros. Id quod Ieiunum dicit Varro Ilam siue Hiram uocauit. At si quis Theodorum tueri uelit pro Mesenterio Lactes interpretantem: sciat partem & id quod continetur pro eo quod continet acceptā. Etenim Mesenterio lactes inuoluunt: ut a spinæ cōtactu duro munitiores magisq; septos reddat. Probus: Lactes alii dicūt loca sub umbilico in lateribus pubetenus delicata adeo ut plagam ferre non possint. quidam p intestinis pinguibus ut Persius lactes unctos dixerit hinc: Quidā inqt p mēbranis qbus cohærent intestina inter se.
Ex eodem. xxxvii.

QVIBVS NEq; DENTES VTRINq; NEC RVMINAtio. Vetus lectio: Quibus dentes utrinq; nec ruminatio. Id ipsum & Aristoteles cum alibi/tum libro nono. Item: CYNOCEPHALO AVI NON ESSE CONSTAT LIENEM. Scribendū Aegocephalo: quæ Theodoro Capriceps uocat. Aristoteles secūdo libro Aegocephalos inquit auis liene oīo caret. Nā Cynocephalus quadrupes est iisdē auctoribus.
Ex eodem. xxxvii.

VVLVA ENECTO PARTV MELIOr q̄ EDITO. EIECTITIA VOCATVR ILLA. HAEC PORCARIA. Sane uerba hæc sequētibus collata multū obscuritatis habēt. Illud meminero Pliniū priore loco de Eiectitia loqui usq; ad eā finē: quo eiecerint die: ut Eiectitiā intelligat partu eiecto seu enecto. Porcariā edito: qeqd līatores hac pte sentiāt. Proinde ubi scriptū est: PROXIMa EIECTItia ESt/OCCISo VNo DIE POst PArtū. legeri libētius Eiectitiæ q̄ eiectitia. itē occisæ q̄ occiso: ut hic de Porcaria sermo sit cuius sumē optimū. sequit. n. Eiectitiæ deterrimū. Q đ aūt subdit: ANTIQVI ABDOMEN INQVIT VOCABāt PRIVSq; CALLERET ID SCIENTES OCCIDERE Nō ASSVEti. Scribēdū arbitror: Antiq abdomē uocabāt: prius callere id sinētes:

Universidad de Deusto
Biblioteca

occidere nō assueti. Plautus in Penulo ad hāc cōsuetudinē fere allu
dēs: Vide sis inqt Calleas, cui respondēs cōseruus: Quid opus inqt
est uerbis? Callū aprugnū callere æque non sinā. Est aūt sensus: Id
qđ mō Sumē inqt dī/hoc est suillas cū lacte suo māmas: ueteres Ab
domen uocabāt: ab lacte opinor iā abdito & sugato: utpote q anteq̄
ubera callescerēt/hoc est siccato lacte durescerēt Suem occidere nō
solerēt. De Sumine Martialis: Esse putes nundū sumē sic ubere lar
go Effluit & uiuo lacte papilla tumet. De Vulua quoq; idē poeta:
Te fortasse magis capiet de uirgie porca: Me materna graui de sue
uulua capit. Apitius uuluā sterilē cōmēdat: Plinius primiparæ. Di
cunt aūt parētes Primiparæ: fœtus uero Primigeni. unde Lucretio
Coortus & dies mūdi primigenus. Vtcūq; si locū salebrosū restitui
desideras: cōsulendi sunt huius ganeæ periti. Cōmonefaciēdi uero
sumus Eiectitiā a græcis ἐκβολέδα et ἐκτομίδα nominari. Porcariā
uero ὕειαν auctor Athenæus. Differt eiectio abortu/q; illa grandi
oris fœtus est. abortus/qué græci ἐκτρωσμοὺς appellant/intra qua
dragesimū diem cōtingit. Abdomē in hoie ut ait Celsus ab iliis ac
pube sursum uersus ad præcordia pertinet.

Ex eodem. xxxvii.

NERVI ORSO A CORDE BVBVLOq; ETIAM CIRCū
VOLVTI. Legēdū ex Aristotele: Nerui orsi a corde: bibuloq; etiā
circūuoluti: hoc est humore albido glutinosoq; quo ipsos neruos &
nasci & ali perhibent. Item: NODISq; CORPORVM. Legen
dū est Nodos/ex eodē: Neruis inqt nodi ligant' ossiū. Itē: INTEr
OS LATēt ARTERIæ. Legendū/Inter hos: ut sit ꝓnomen: ex

Ex capite. xxxviii. Leodem.

EMISSVS SPIRITVS TRAHIt SECū. lego Spiritū. Itē: MA
CRIo VIRO PRæTORio. uetus lectio diuersa: Macrino iusto

Ex capite. xxxix. de Hippopotamo. Luiro prætorio.

VT INDE TORREANt' ESCæ. Vetus lectio: Vt inde tornent'
hastæ. Arist. scdo historiaꝝ suaꝝ libro: Tergoris in equo fluuiatili
crassitudo tāta ut ex eo inqt fiāt uenabula. Herodotus quoq; scdo
libro: Hippopotam⁹ inqt tā crasso corio est ut ex eo faciant ἀκόντια
ξυστά. Itē: ELEPHANTOꝝ QVOq; TERGA IMPENETRA
BILES SETAS HABēt. Vetus lectio nō Setas/ſ; Scasetias. quæ
uox cū sit deprauata: & Plinius. viii. li. neget Setas Elephātis ullas
esse: fieri pōt ut ad hūc modū scribaſ: Impenetrabiles quasi setas
hāt. Nō. n. setæ ibi sunt sed q̄si setæ/hoc est minuti pili. Aristoteles
de aialiū gnatōe li. v. Elephāti atq; boues tenuiore pilo q̄ sues tegūt'

Ex capite. xxxix.

INVENTAE TAMEN QVAEDAM DEFLVVIO CAPI
TIS INVALIDAE VELVT LANGVIDIORES CVM
MENSTRVI CVRSVS STETERE. Vetusta exemplaria
non Languidiores sed Lanugines. Aristoteles quoq; In mento in
quit mulieribus pili non prodeunt nisi interdum pauci cum men
strua substitere. Ambustus est locus: sed stat sensus/in fœminis
& defluuium capitis & quandam in mento uelut lanuginem spe
ctari aliqn̄. Itē: QVIBVSDā POSt GENItæ VIRIS SPON
TE NON NASCVNTVR. Legendum Post geniti/ex Aristo
tele: q̄ ait fieri posse ut pilis post genitis cuiusmodi sunt pubes ala
rum atq; menti: uitio aliquo naturæ homo careat. Nam congeniti
sunt qui supercilliis capiti palpebrisq; dicantur.

Ex capite. xl.

SVES INQVIT GENEROSAE DVODENAS VVLGA
RES BINIS MINVS. Lege Binas minus.

Ex capite. xli.

CAMELI LAC MVLGETVR NE ITERVM GRAVE
SCAT. Legendum quidam putant Cameli lac mulgetur ne in iti
nere graueſcat. Ego exemplaria secutus uetera sic lego: Cameli lac
habent donec iterum graueſcant. Aristoteles: Pariūt inquit Came
li uere/atq; lac tam diu seruant q̄ denuo conceperint.

Ex eodem. xli.

OMNE AVTEM LAC IGNE SPISSATVM HVMORE
FERVESCIT. Legendum omne autem lac igne spissatur: frigo
re sereſcit: hoc est in serum abit: ex Aristotele qui ait διοροῦται.
Alioquin uerbum Sereſcere/Poetis quoq; pro serenum fieri ficca
riq; accipitur/Lucretio Virgilio cæteris.

Ex eodem. xli.

COAGVLVM INVTILE LEPORIs AEDI LAVDATVm
PRAECIPVE TAMEN DASYPODIS. lego Coagulū Inuli:
Leporis: Aedi laudatum & cætera: ex Aristotele: qui ex Inulo ma
xime commendat. Plinius octauo libro: Contra morsus inquit præ
cipuum remedium ex coagulo Inuli in utero occisi. Alioquin lepo
ris coagulum nemo damnat. Plinius quoq; octauo & uigesimo uo
lumine: Summis inquit remediis præfertur Inuli coagulum in
matris utero execti/ut indicauimus. Item non multo post: Leporis
inquit coagulū & cōtra uenena addit' antidotis. Nicoon quoq; in
libro de facultatibus ἀρίστην τὴν πιτύαν φησὶ τοῦ μεβρου δευτέραν

Universidad de Deusto
Biblioteca

δὲ τοῦ λαγωοῦ τρίτην δὲ τοῦ ἐρίφου,

Ex capite.xlii.

CEVTRIONICAE VATVSICVM. Vetus lectio Ceutronum terræ Natusicum. De Ceutronibus libro tertio Strabonis testimonium adhibui. Et infra: AVXIMATEM EX VMBRIA. Vetusti codices Aesinatem. Plinius libro tertio Aesinates populos Vmbriæ cõmemorat: ut diximus. Aesin quoq; amnis & urbis nomen in ea regione scimus auctore Ptolomæo & cæteris: hodieq; ita uulgo dicit. Auximates in Piceno sunt/non in Vmbria.

Ex eodem.xlii.

ET CAPRARVM GREGIBVS SVA LAVS ESt IN RECENTI MAXIME: EAM AVGENTE GRATIAM FVMO: QVALIS IN IPSA VRBE CONFICIt CVNCTIS PRAEFERENDVS. Magnæ contentionis causam hic locus dedit quibusdam legentibus non Caprarum sed Epityrum. nec in recenti/sed Agringenti: atq; ita sane omnes manu scripti codices legunt: tantum non Epityrum sed Capityrum: Nos de hoc in Corollario nostro abunde multa diximus. De Epityro Plautus in milite Si unum Epityrum edam. De Caseo Siculo Iulius Pollux & Athenæus & alii pleriq;. Nec hoc dico quia probem hoc loco Epityrũ & Agrigenti: sed ut cõmonefaciam legentes. Alioqui non casei sed cibi genus esse Varro tradit Epityrum: quo frequentius Sicilia q̃

Ex capite.xliii.

Italia inquit usa.

THRACIO ENIM STVDIOSO IN CAII CæSARIS LVDO NOTũ EST DEXTrã FVISSE PROCERIOrẽ. Legẽdũ Thraci nõ Thracio. Gladiatores quosdã ita noïatos scimus oẽs Ausonius: Quis mirmilloni contenditur: æquimanus Threx. Nã de Volcatio sedigito/cuius meminit hoc capite/& q de poetis scripsit mentionem habet Gelius sexto libro. De Caio autem Oratio: cuius sedigitæ filiæ fuerunt: nondum legi. Cæterum uetusti codices habent Curiatii: ~~porro antiqui illius Curiatii q, secus q̃ mulieres aliæ parerent filiæ duæ: ut ait Columella, Sequitiæ cognomen habuerunt.~~ Nihil muto.

Ex capite.xlv.

CAETERA ANIMALIA IN DIVERSVM POSTERIORIBVS ARTICVLI PEDIBVS q̃ PRIORIBVS. Legendũ Articulos/subaudi Flectunt. Item de Lacertis: HVMANI POLLICIS MODO. Vetus lectio non Pollicis/sed Poplitis. quod & uerius. Item: AVES Et QVADRVPEDES ALAS IN PRI-

ORA CVRVANT. Siquis ita legat: Habebunt alas quadrupedes. proinde scribendum erat: Aues/ut quadrupedes & cætera.

Ex eodem.xlv.

VARI.VATIAE.VATINIIq; VITIA. Legendum: Vari Vatiæ Vatinii quæ uitia & in quadrupedibus hoc est habentur/Aristoteles auctor & uetusti codices. De Seruilii Vatii uilla/in epistolis Seneca: Videntur autem ii esse qui pedes extrorsum tortos habent. Varro de canis forma: Pedibus inquit potius uaris q̃ uatiis. Sunt autem codices in quibus non Vatinii sed Vatieni legitur. quo nomine Narbonensis orator nobilis fuit. de quo & Hieronymus in chronicis Eusebii. & Martialis: Docti patria Narbo Vatieni. Item EST ENIM BISVLCVM DISCRIMINe EXIGVO: PES SIMVS VESTIGIO CARNOSO. Quidam locum hunc ita uel non intelligunt/uel quod intelligunt explicare nescIunt/ut cõfundant omnia. Lego/Pes non Simus sed Imus. sequitur enim Vestigio carnoso. Aristoteles: In uestigio inquit carnosi pedes. Sũt & codices in quibus ita plane legitur.

Ex capite.xlvi.

NAM SVES EX VTROq; GENERE EXISTIMANTVr. IDEO FOETVS EARVM. Legendum uidetur: Ideo fœdi earum: hoc est deformes Suilli Tali sunt: & ita codices uetusti habẽt & Aristoteles διὸ φησὶν ὃν καλαστράγαλον ἔχειν. Fœdum inquit Nonius consuetudine est deforme. Ridenda uero imperitia quorundam: qui uerba quæ sequuntur iungunt iis. Hominem qui existimarunt habere facile cõuicti. Legunt enim Omen non Hominẽ. ut sit sensus Suillos fœtus habere omen/existimasse quosdã. Pertedet meras ac pudendas nugas refellere. sed consulendũ fuit in cõmune. Intellectus ergo uerborum est: Facile conuictos esse qui Talos habere hominem existimauerunt. Negat enim Aristoteles in humano pede Talos esse.

Ex eodem.xlvi.

TALVS AVTEM RECTVS EST IN ARTICVLO PEDIS VENTRE EMINENS CONCAVA IN VERTEBra LIGATVS. Legendum Concauo/id est parte eius supina & caua Nam id quod intus est græci Cola uocant: hoc est Venerem. id autem quod foras spectat Ischia: hoc est Canem. capita uero eius Cæsas: hoc est Antemnas/ut Theodoro placuit. de quo quid sentiã: alio dicturus loco sum. Non differendo statim quod apud Iulium Pollucem legitur: qui non Colon nec Ischion in Talo/sed Coon &

Universidad de Deusto
Biblioteca

Chion uocari tradit: ut Cous iactus idem sit qui Senio: & Chius idem qui & canis. Alii tamen pauci ut idem auctor est/canem pro monade accipiunt: Chium uero pro Chiliade: q numerus Cani sit

Ex capite.xlvii. Laduersus.

LINX SOLA VTRINQVE BINOS HABET DIGITOS. Legendum: iynx/ex Aristotele de partibus libro quarto: In Iynce inquit una/utrinq; bini: causa ea q; corpus habet minus q̃ cæteræ aues propensum in aduersum. Hanc nostri Turbinem uocãt/insamem ueneficiis ad amorem. De qua Pindarus & Theocritus. Apd nos quoq; sunt autem qui & Torquillam nominent.

Ex eodem.xlvii.

OCEN ET DREPANIN. Lego Nycterin & Drepanin: ex Aristotele primo de animalibus. Nam & codices antiqui non Ocen: sed Nectorem habent pro Nycterin. Est autem Nycteris uespertilio tam minutis pedibus ut carere uideatur.

Ex capite.L.de Caudis.

NVDAE HIRCIS ET APRIS SETOSAE VT EQVIS. Vetus lectio Nudæ Hirtis ut Apris: paruæ uillosis ut ursis: prælõgis Setosæ ut equis.

Ex capite.li.de Cicada.

DVABVS SVB PECTORE CAVIS. Scribendũ puto: aut duabus caueis: aut duobus cauis. etiam si uetus lectio habet Cannis: hoc est quasi fistulis. Item: ET IS QVI CAPER VOCATVr. Codices antiq Aper/non Caper. item Aristoteles κάπροσ. quæ uox non Caprum sed Aprum nobis significat. sequitur enim Grunnitum habet: quæ uox Aprorum Suumq; propria est. Accedit q; in Eurota quoq; fluuio Laconicæ piscis Orthragoriscus uocalis est: ut trigesimosecundo libro dicitur. Est autem Orthragoriscus idem qui & Porcus/Athenæo teste. Itẽ: MIRA PRæTEREA SVNt DE VOCE MAGNA DIGNA DICTV. Verbum Magna superfluit in uetustis exemplaribus.

Ex capite.lii.

VESPAE SERPENTES AVIDE VESCVNTVR. Codi-

Ex capite.liii. Ices antiq legũt Vespere.

QVIN ET SVIBVS SERPENTES IN PABVLO SVNT Quanq̃ non ignoro dissidere Serpentes & Sues auctore Plinio: tamen uetus lectio non habet Suibus/sed & his: ad hunc modum: Quin & his serpẽtes in pabulo sunt: quasi ad Psyllos referre oporteat. de quibus superiora statim uerba dixit: Hominũ inqt genera

qui uenena serpentium suctu e corporibus exigerent. Quid autem si non Suibus/sed quibus/legatur? ad hũc sensum: Quin diximus & quibus serpentes in pabulo sunt: ut de Ophiophagis intelligas: qui ut Pomponius & sexto libro Plinius affirmant/serpentibus uescuntur: unde nomen. Quia tamẽ pars hæc ex Theophrasto sumitur libro eius quinto de stirpium causis: fere adducor ut ita scribendum putem: Quin & ceruis serpẽtes in pabulo sunt: & aliis uenenũ est. Theophrastus ἔλαφοι τούσ ἔχεισ ἐσθιουσιμ ὑφ᾽ ὧμ τά ἄλλα ἀπόκτουσι. Ceruis inquit serpentes in pabulo sunt: a quibus interimuntur alia. Et paulo post de serpentibus scorpionum ictu pereũtibus. quod ipsum Plinius quoq; hoc loco exequitur. Item: ALIA ALIOS APPETVNT ODORES SCARABEI ROSAM. Codices antiqui non habent uerbum alia: sed iungunt uerba hæc cum superiore cæso ad hũc modum: Vultures unguento qui fugãtur: alios appetunt odores. Sed quod sequitur: Scarabei rosam: scribendum Rosa/hoc est fugant. Theophrastus libro sexto de causis οἱ γῦπεσ ἀπαιροῦνται ὑπὸ τῶν μύρων καὶ οἱ κάνθαροι ὑπὸ τῶν ῥόδων. hoc est Vultures unguento Scarabei rosa necãtur. Item: INIMICAE OCVLIS MAXIME AVT DENTIBVS. Antiqua lectio: Inimicæ oculis/maxime autem dentibus.

Ex capite.liiii.

VT BVTYRVM VT TITIPACE. Legendum non Titipace: sed uel Hippace uel Hippice. De Hippace Hippocrates inuentum scribit Scytharum Hippacẽ ex equino lacte: In ligna inquit caua infundunt id deinde obturbant: Innatantem spumam Butyrum uocant: id quod fidit Hippacen: id qd in medio subsistit Serum. De Hippice uero Plinius uigesimoquinto libro: Scythicam inquit herbam in ore habentes famem sitimq; non sentiunt. idem inquit præstat & Hippice dicta q; in equis quoq; eundem effectum habeat. Traduntq; iis duabus herbis Scythas etiam in duodenos dies durare/siti fameq;. Meminit huius & apud græcos Theophrastus: Equestris a Theodoro dicitur. Item: ARIDIS AC SITI. Vetus lectio Aridis frigidisq; ac siti. Item: MINVIq; QVOD GRAVE QVOD LIBET MODO VTILIVS. Legendum uidet Minuiq; quod grauat quolibet modo utilius.

¶Finis Vndecimi Libri.

Universidad de Deusto
Biblioteca

CASTIGATIONES PLINIANAE EIVSDEM HERMOLAI BARBARI EX LIBRO.XII.

Ex Prologo.

q VO MAGIS AC MAGIS ADMIRERIS. Vetus omnis lectio nō Admireris/sed Admirari subit.

Ex capite.i.

SIMPLICI RVRA. Scribendum Simplicia. Item: OLEIQVE AC VINI PRAEMISSA. Legendum Promissa. Item: DIONYSIVS PRIOR SICILIAE TYRANNVS REGIAM IN VRBEM TRANSTVLIt EAS. Dic Regiū urbem ut arbitror ex Theophrasto qui ait ἐμ τῶ ῥηγῶ: ut scribendum sit ῥηγί῾ῶ quæ ad Traiectum fere posita est in Italia. Item HAVD ALIAS FVISSE IN ITALIA AC NOMINATIM HISPANIA APVD AVCTORES INVENITVR. Codices nonnulli habēt: Et alias fuisse in Italia. quod & magis cū sensu congruit. Item: RAMORVM ARBORIBVS INSTAr Legendum Ramis arborum instar. Item: LAETIOREMQVE MARMORVM NITORE PICTVRAE VARIETATE LACVNARIVM AVRO CVBVISSE IN EADEM. legendum est Lætiorem q̄: ut sit & honestior oratio/& sensus illustrior. Item: LAXEq; RAMORVM TRABIBVS. Scribe Laxis/non Laxe. Item: EPVLANTI. & paulo post CAPACEM TRICLINIO. Legēdū est Epulāti & capace triclinio. alias sensus uitiabit᷑.

Ex capite.vi.

MAIOR ALIA POMO ET SVAVITATE EXCELLENTIOR QVO SAPIENTIORES INDORVM VIVVNt FOLIVM ALAS AVIVM IMITATVR LONGITVDINE TRIVM CVBITORVM LATITVDINE DVVM FRVCTVM E CORTICE MITTIT ADMIRABILEM. SVCCI DVLCEDINE VT VNO QVATERNOS SATIET. Theophrastus non unam sed duas facit arbores: quarum altera gymnosophistæ Indorum uescantur: altera pennas auium folio repræsentet iis uerbis ἔ ϛὶ δὲ καὶ ἕτερομ δέμδρομ καὶ τῶμ μεγέθει μέγα καὶ ἡδὺκαρπομ θαυμαϛόμ καὶ μεγαλόκαρπομ καὶ χρῶνται τροφῆ τῶμ ἰμδῶμ οἱ σοφοὶ καὶ μὴ ἀμπεχόμεμοι ἕτερομ δὲ οὗ τὸ φύλλομ τῆϛ μὲμ μορφὴμ πρόμηκεϛ τοῖϛ τῶμ ϛρουθῶμ πτεροῖϛ ὁμοίομ ἃ παραΐσεμ ται παρά τὰ κράμη, μῆκοϛ δὲ ὥϛ διπηχυαῖομ. Illud notauerim/quas

Theophrastus ϛρουθῶμ alas uocat/Plinium alas auium cōuertere. Verbum ϛρουθόϛ non modo Passerem aut Struthionem significat sed & aues alias. quod & nos quādoq; sequimur: ut Cicero cum dixit omnibus passeribus insitam a natura uoluptatē. hodieq; aues ipsas in cōmune Passeres uocant Hispaniarum uernaculi.

Ex eodem.vi.

ARBORi NOMEN PALæ. Legit᷑ apud græcos in historia quæ uocatur Indica/non Palam sed Talā appellari hanc: cuius fructu e cortice uescantur: & lanugine in summis iis nascente uestiantur Indi. Sed fieri potest castigatiorem esse lectionem latinam q̄ græcam. Item: DIXERAT ALEXANDER. Legendum Edixerat: hoc est ut Theophrastus inquit ἀπεκήρυξεμ.

Ex eodem.vi.

SIMILis CALICE BOMBICINO RHODO SERVNT Eā IN CAMPis. Legēdum est ex Theophrasto: Similis calice pomi Cynorhodo. serūt eam in campis. Tota inquit planta Cynorhodo similis. Sed & uetusti codices Cynorhodo habent/non Rhodo.

Ex capite.vii.

QVALES IN PASSIOLis. Legendum Quales in Phasiolis. Itē AMARITVDO GRANO EADEM QVAE PIPERi Myrteo. Exemplaria uetusta Musteo non Myrteo. Est autem Musteum idem quod & recens: quem sensum confirmant sequentia: Deest inqt tosta illa maturitas & reliqua. Item: MEDICAMENTVM FIT QVOD VOCATVR LYCIONE. Legendum Lycion: de quo multa Dioscorides. Item: ABSYNTHIVM APTISSIMVM MEDICINAE QVOD EST SPVMOSVm Legendum est Lycium/non Absynthium/ex eodem.

Ex capite.viii.

IBI FRVTEX PESTILENS RHAPHANi FOLIO LAVri ODORE: EQVOS INVITANTE. Legendum est ut alius sit sensus q̄ quem uerba præferunt. nō enim Rhaphani folio sed Laurino describit᷑ a Theophrasto: Rhaphani uero magnitudine. Interpungenda ergo uerba sunt hoc modo: Frutex pestilens Rhaphani: folio Lauri: odore equos inuitante.

Ex capite.ix.

ALii BROCHON APPELLANT. Dioscorides Blochon. Item: MALDACON. Dioscorides Madalcon. Item ADROBALVM Dioscorides Adrobolum.

Ex capite.xi.

ARBORES VOCANT GOSSAMPINOS FERTILIO-

Universidad de Deusto
Biblioteca

RES ETIAM TYLO VERO MINORES QVAE DI-
STANT.X.PASSIBVS. Vetusti codices omnino melius:Arbo
res uocant Gossampinos fertiliores etiam Tylo in minore quæ di
stat.x.passuum. Duas enim Tylos in eodē sinu Persico haberi te-
stis est Plinius hoc ipso capite ubi dicit:In Tylis autem & alia ar
bor floret Violæ albæ specie.Ac ne quis putet in uerbo Tylis erro
rem esse:Theophrastum adeat qui de hac ipsa Viola in Tylo in-
sula commemorat.Accedunt & uerba Plinii sexto libro duas Ty-
los innuentia : Ex aduerso inquit Tylos insula totidem milibus a
littore plurima margaritis & celeberrima cū oppido eiusdē nomi-
nis . iuxtaq; altera minor a promontorio eius.xxii.M.d.passibus.
Itaq; aut hic scribēdū erat:quæ distat.xxii.M.d.pass.Aut ibi.x.M.

Ex capite.xii.

ALii ALIPHVM.Lege:Alii Phu: ex Dioscoride Galeno Plinioq;
uigesimoprimo libro . Item:Q VāMAXIME ALTERATVR.
Legendum Qua maxime adulteratur : hoc est ut inquit Dioscori-
des διολίζεται.Nam uerbum Alterare/in Oratoꝝ usu non est:Phi
losophis ægre concedit̄: extraq̄ pro eo quod est alterno:ut in Me-
tamorphosi Ouidius:Alterat undas.

Ex capite.xiii.

SIMILE ACINOSVM.Legendum Semen acinosum:ex Dioſco-

Ex capite.xiiii. Lride.

ATTINGVNT ET MINIEI PAGVS ALIVS. Scribendū
est Minæi:Strabo Plinius & cæteri:ut in Myrrha paulo post do-

Ex capite.xv. Lcebimus.

GRAECI STRIGONIAM. Dioscorides Stagoniam/& antiqui
codices:a stillando dictum:hoc est ἀπὸ τοῦ στάζειν . Item:MINO-
REM AVTEM OROBIAM.Dioscorides Arabiam.idem anti
qui codices.Item:MICAS CONCVSSV ELISAS MAMMā
VOCAMVS.legēdū Māna:ex Dioscoride Galeno Paulo cæteris

Ex eodem.xv.

GEBANNITARVM CAPVT THOMA . Lege Tomna siue
Tamna.Plinius libro sexto : Gebannitæ inquit pluribus oppidis
sed maxime Nagia & Tomna. Strabo Catabanitas & Catabanes
eos uidet̄ appellasse. quod & Plinius aliubi secutus est libro quin
to:ut in circuitu Arabiæ disserui. Sed cum Strabo in Catabanitis
tus gigni ꝓdat:sterilem uero Plinius eam partem scribat Arabiæ
libro quinto:quid respondebimus:̄ Nempe fieri potest ut Strabo
in ea nasci dixerit:quoniā per eos transire oporteat/qui ad nostrū

littus afferunt tura.Quæ diuersitas auctorum multis locis accidit
Quod autem Catabanes siue Catabanitæ iidem sint qui & Gebā-
nitæ/collatio uerborum Strabonis cū iis quæ Plinius & hac par-
te scribit & libro sexto prodidit/euidēter indicauerit. Strabo κατα-
βαρεῖσ κατὰ τὰ ζεμὰ καὶ τὴν διὰβασιν τοῦ ἀραβίου κόλπου.ὧν τὸ βα-

Ex capite.xvi. Lσίλειον τάμνα καλεῖται.

CORTICEM LENEM.Legendū Læuem:hoc est λεῖον ex Theo
phrasto & uetustis exemplaribus.

Ex capite.xvii.

ERYTHRAEA SEQVENS Et IN AQVA STACTEA Et
ATRAMITICA. Legendum puto:Erythræa sequens & Minæa
in qua Stactea & Atramitica:Nam & Dioscorides & uetus lectio:
Minæam hoc loco nominat:Stacteam/Erythræamq; nō nominat.
Sunt autem Minæi Plinio fœlicis Arabiæ populi:Atramitis inqt
in mediterraneo iungunt̄ Minæi:mare accolūt.Strabo κατοικοῦσι
δὲ μεμιγμένοι ἐν τῶ προσ ἑρυθράν μέρει.Vnde potuit accidere ut Mi
næa myrrha eadem esset quæ & Erythræa . Idem Strabo Myrrhā
in Chatramotitis nascentem a mercatoribus in Minæos peti scri-
bit:unde nomē generi.Auseritis quoq; ab oppido eiusdem Arabiæ
uocatur auctore Ptolomæo ac Plinio.

Ex eodem.xvii.

STACTEAE VERO A.VI.AD.L. Lego Stactæ . Nam Stactea
syluestris est una e quatuor sub Erythræa positis . Plinius supra:
Stacten inquit cui nulla præfertur:post hanc Satiua.Item:STA-
TIVAE.Legendū est aut Satiuæ:aut æstiuæ.Plinius paulo ante:
post Stactē Satiua & in syluestri quoq; melior Aestiua.Item.SEæ
VERO QVAM ODORARIAM VOCANT . Quidam le-
gunt Sextæ:quam & Durisitin dici Plinius testatur . Romani co-
dices non Sextæ nec Seæ/sed Eius habent. Cæterum de Odoraria
non est prius facta mentio/sed de Sexta.

Ex capite.xviii.

CARDVVM SIMILEM ALO SEMINIS PLENVM : LA-
CRYMA QVAE ERVMPIT.Legendum non Alo/sed Malo.
nec Lacryma quæ/sed Lachrymaq;:ut sit cōiunctio. Hāc herbam
Plinius.xxi.libro Helxinem uocat : Ixinem potius ut arbitror di-
cendam : Helxinem inquit radice foliosa esse ex qua media ueluti
malū extuberet:cuius uertex sūmus lacrymā cōtineat iocūdi sapo
ris Acanticen Masticem appellatā. Ex eodē.xviii

ADVLTERATVR VT THVRA RESINA . Dioscorides

Adulteratur Thure & Reſina. Item de Ladano: HEDERæ FLORE DEROSO. Sunt qui Plinium accuſent q; Hederam uocet herbam unde fiat Ladanum/q; ea Dioſcoridi Galeno cæteris non Ciſſos quæ uox Hederam ſignificat/ſed Ciſthos dicatur. Sed cum Paulus Aeginita Ciſthon hanc etiam uocet Hederam quandoq; reprehendi Pliniũ temere uideo: Nam & Dioſcorides herbam hãc unde Ladanũ conficit Ciſſaron a qbuſdã uocari tradit: hoc eſt Hederulam.

Ex eodem.xviii.

ACCENSVM FVLGVRE. Legendum eſt Fulgere: ut ſit uerbũ. Item: MYRRATA DEPREHENDVNTVr. Legendũ Myrrata ex præcedentibus: Adulterat inquit Myrti baccis. Item: NASCITVR VLTRA PHASIM TIGRIMq; IN FINIBVS OPIMIS SCYTRAE. Vetuſti codices: Naſcitur ultra Paſitigri in finibus oppidi Sittacæ. Alioqn nihil eſt cõmune Phaſidi & Tigri. Paſitigris uero Tigris eſt non omni loco ita dictus / ſed ubi a ſeptẽtrione in quem ſe uexerat: reciprocare incipit: auctor Plinius & cæteri. haud procul oppidum eſt Sittace: a quo Sittacena regio iiſdem auctoribus & Hecatæo. Qualis autẽ ſit Santhrus ibi mons non comperi. Ptolomæus Strabo Plinius ex Armenia inter Adiabenos Medoſq; uenit Zagrus mons: Adiabenis uero Sittacena ſtatim iungitur. Strabo quoq; Sittacenen Zagro monti confinẽ ſignificat iis uerbis τῇ ἀπολλωνιάτιδι ἡμῖ σιττακηνῆ ἐκάλουν οἱ παλαιοὶ καὶ τῷ ζάγρῳ σαβατικὴ κεῖται.

Ex eodem.xviii.

HIS COMMERCIIS CHARRACEM OPPIDVM APERVERE. Codices antiqui habent Carra non Charracem. Sunt autem Carræ non ſolum in Meſopotamia Craſſi clade nobiles. Sed in ipſo quoq; Rubri maris littore auctor Stephan⁹ & Mela quoq; Pomponius. Scio & Characem uocari oppidum de quo paulo poſt Plinius hoc loco Characem inquit peti cæptum & regna Parthorum: unde Characeni populi: ut ſit ſenſus Arabes oppidum Carras ad Rubrum mare nundinarium feciſſe: unde commercia in Aegyptũ & Syriam/cuius oppidum eſt Gabba/conucherentur. Secutis uero temporibus non in Syriam ſed in Parthiam atq; Perſidem conferri cæpta nundinis ad oppidum Characem in ſinu Perſico ſitũ inter confluentes Tigrim & Eulæũ amnes auctore Plinio Ptolomæo cæteris: de quo & libro ſexto dixi. Aut certe ad alterum Characem in Parthia/cuius mentionem Ptolomæus facit. Confer huc quæ ſtatim ſequuntur: Mihi & ad Perſas inquit prius iſta portaſſe q̃ in Syriam & Aegyptum uidentur. Hæc tamen haud penitus affirmo: ſed anſam diligẽtioribus etiam ad taxandum præbeo.

Ex capite.xix.

BEATVM ILLA FECIT HOMINEM ETIAM IN MORTE LVXVRIA. Vetus lectio nõ Hominem/ſed Hominũ: unde coniecturam capio ſcribendum fuiſſe hoc modo: Beatam illam fecit hominum etiam in morte luxuria: quem ſenſum præcedentia & ſequentia confirmant.

Ex capite.xx.

CERTISSIMa TAMEN EXISTIMATIONE SI SIt SCABRVM. Dioſcorides: Certiſſima tamen æſtimatio ne ſit ſcabrum. Itẽ: GVSTV VE q̃MAXIME FERVENS POTIVs LENTO: LENITER MORDENS. Vetuſti codices nõ Potius lento/ſed potius q̃ lento.

Ex capite.xxi.

ISOCYNAMON COGNOMINATAM. uetus lectio Meſocynamon: quaſi cũ Cynamomo Caſiaq; naſcentẽ ac mediũ qd iter ea.

Ex capite.xxii.

ARBORI HELIOTROPIO. Legendum eſt Arboris.

Ex capite.xxiii.

IN QVA VINCIT OMNIS A NOSTRO MARI CENTVM STADIIS. Legendũ eſt Centũ. L. ſtadiis: ex antiqs exemplaribus & Theophraſto.

Ex eodem.xxiii.

ET QVI A SOLo SE POTIVS q̃ QVI RHAPHAni MODO FRANGITVR. legendũ: Et qui aſſuloſe potius q̃ qui Rhaphani modo frãgitur. Eſt enim Aſſula id quod græce σκιμπάλλιοσ uocatur a Dioſcoride in hac deſcriptione calami: unde Aſſulatim idem fere quod Minutatim Plautus in Captiuis & Menæchmis. Poteſt & Haſtuloſe legi ab Haſtula.

Ex capite.xxiiii.

RESINAE MODO VT GVMMI. Legendum Reſinæ modo aut Gummi. Item: GENERA EIVS DVO TRASTON. Legendum Thrauſton/a frangendo: nam & Dioſcorides Thrauſma. Item: PYRAMA APPELLANT. Legendum Phyrama/ex Dioſcoride: q̃q̃ genus hoc ipſe nõ Reſinoſum aut pingue/ſed terroſum lapidoſumq; deſcribit. Item: SPAGNOS. Dioſcorides Splagnon. Plinius quoq; li.xxiiii. Sphagnon uocat. ſ3 Sphagnos ꝓprie Aſplathum eſt.

Ex eodem.xxiiii.

ALII IBRION. lege Bryon/ex Dioſcoride/ac Plinio quoq; ipſo aliubi. Hoc noſtri Muſcũ uocant: ut in quadã epiſtola Hieronymus. Quod uerbum imperiti quidam ꝓ eo genere quod uulgo Muſcus

Universidad de Deusto
Biblioteca

dicitur accipiunt:cum illud nec ueteres nouissent/& Moschos nō Muscus dicatur:ut in Corollario monstrabimus.

Ex capite.xxv.

CIPERVS IN AEGYPTO.Legendum Cypros/id est ligustrum ex Dioscoride ac Plinio sæpissime. nam Cyperus aliud genus est. Item:SEMINE CORIANDRI CANDIDO. Legendum Semine Coriandri flore candido/ex Dioscoride: nam semen ei nigrū est.Itē:PREMITVRq; POSTEA QVOD CIPERVS VOCATVR.Legendum Cypros/ex antiquis codicibus. Etenim unguentum ipsum a Theophrasto quoq; Cypros dicitur in tractatu de odoribus.Item:ASPALATROS.Legendum Aspalathos.

Ex capite.xxvi.

FOLIVM PROXIMVM TVBERI.Dioscorides:Folium proximum Rutæ.Exemplaria quoq; antiqua nō Tuberi/sed Rubet/habent:ceu corrupta lectione pro eo quod est Rutæ. Item:QVOD VOCANT ANTHERICEVM.Dioscorides Therisťon:siue ut antiqui habent codices Eutheriston/a metēdi facilitate. Itē:HOC STRACVM APPELLANT. Dioscorides & uetus lectio Hoc Trachy appellant:hoc est scabrum asperūq;. Item:TERTIVM EVMETES.Legendū Eumeces:quia est inquit cæteris procerius Item:NOVISSIMA ANTHERICIO. Legendū ut supra Eu-

Ex eodem.xxvi. ∥theristo.

EX HOC BVXOSū Est OPTIMū Qđ Est ODORATISSIMū MORDENs. Adiiciendum ante uerbum Mordens/Ex semine autem maximū & ponderosissimum. atq; ita & codices antiqui & Dioscorides. Item:CANO SIT OBDVCTVS. Dioscorides:Cano situ obductus:hoc est ψαφαρόσ. Item:DAT ET GALBANVM SYRIA IN EODEM AMANO MONTE ET FERVLAM.Legendū est E ferula/Dioscorides.

Ex capite.xxvii.

NASCENtē Et IN IPSo FINE ARCHADIæ CIRCAq; ERIMANTHI FONTES. Quidā legunt:In ipso Phineo Arcadiæ circaq; Erimanthi fontes.Et.n.Pheneū in Arcadia est oppidum:& Pheneus & Erimāthus amnes in Alpheū defluūt.Sūt q nō in ipso fine arcadiæ/ sed in Psophide legāt:qūquidē auctores græci hōtur q hoc scribāt.Dioscorides nō in Psophide/sed in Phocide Arcadiæ corrupta lectione ut arbitror. Verbū aūt MVSCARIū paulo inferi⁹/umbellā comāq; ipsā uidet significare Plinio: quoniā Dioscorides quoq; appellet σκιάδιον. Martialis Flabrū ipsū quo uentus muscis abigēdis fit/Muscariū Pauoninū Bubulūq; nominat.

Ex eodem.xxvii.

FOLIIS QVATERNIS MOX SENIS.Scribendū Foliis primo quaternis mox senis. Item: FOLIVM AVTEM IPSVM IN LIBRAS SEXAGINTA. Legendū uidet Oleū/nō Foliū.

Ex capite.xxix.

EODEM ET IRION PERTINET.Legendum Bryon ex Dioscoride ut prædixi. Item: SECVNDA IN LYCIA CEDRO. Quidam legunt/in Lyciæ Cedro/quasi montis nomen aut loci sit Cedrus. Sed legendum:in Lycia Cedro. Est enim duplex Cedri genus Theophrasto & Plinio:Lycium & Phœnicium.Apud Strabonem quoq; de Cedro Lycia mentiōem inuenias. Item:QVOD NOS ALBIETEM ALii PALMAM. Legendum:Quod nos Abietem Palmam.Etenim græci Elaten Phœnica appellant hanc. Item:IN SYRIA GIGNITVR ET CINAMVM QVOD COMACVM APPELLANT. Vetus lectio non Comacon/sed Caryopon:quæ uox nucis succum significat.nam sequitur:Hic est inquit succus nuci expressus.

CASTIGATIONES PLINIANAE EIVSDEM HERMOLAI BARBARI EX LIBRO.XIII.

Ex Capite Primo.

h AEC STAGMATA VOCANT.Legendū Stymmata/non Stagmata. Est autem Stymma spissamentum & domitura unguēti ut inquit Dioscorides.Spissamentum & Columella nominat. Habent & codices antiqui Stymmata.Item:SAMIO. Legēdum Sesamino/ex sequētibus Theophrastoq;.Item:CALAMO MELLO CYNAMOMO. Legendū Melle/non Mello. Item:CROCO MYRRHA Vetus lectio post uerbum Myrrha/habet etiam Aspalatho. Item: SI NON ADDATVr SELLAMINVm OLEVM.Lego Sesaminū. de cuius uirtute in unguētis elegāter in libello suo Theo

Ex eodem.i. ∥phrastus.

TELINVM FIT EX OLEO RECENTI CYPRO CALAMO MELLILOTO.Legendum est Cypero/non Cypro/ex Dioscoride.Item:FAENOGRAECO:MELLE MELLO ORA-

Universidad de Deusto
Biblioteca

RO AMARACO. Legendum arbitror ex collatione ueterum librorum:Fenogræco Melle Maro Amaraco. Quid sit Marum Dioscorides & Plinius docebunt.Meminit in unguentis & Theophrastꝰ. Τὸ δὲ μάρον καὶ τὸ χρῶμα τὸ ἔσ τὸ ἀμαράκινον θερμαντικά.Quid autem sit & Chroma/diximus in Corollario. De Amaracino illud in transitu notauerim penultima breui esse. Lucretius:Sicut Amaracini blandum Stactæq; liquorem . Item : HERBARII IN VTRAQVE PAVCA IIS ET ALIA ALIIS MISCENT. Scribendum puto Herbarii in utraq; pauca.sed alia alii miscent. ut sit sensus : pauca omnino esse quæ misceantur illis : non tamen eadem / sed alia ab aliis.

Ex eodem.i.

ANGVIFOLIAM . Corruptum nomen est Anguifolia. Quidam Agrifolium.nonnulli Aquifoliam:utrunq; falso.Etenim Agrifoliũ uox est parum latina/nihil habens cum odoribus cõmune:quemadmodum nec Aquifolia . Non desunt qui legant Agni folia/hoc est Viticis:quia & odoratum esse Viticem constet & capitis dolores dissoluere.Vetusti codices ambusti sunt hac parte:non Agrifoliam/sed Ac in poliam panacen scribentes:ut forsitan legamus/Ac Peliam Panacẽ/hoc est Macedonicam . Dioscorides:Panax inquit Chironium Pelio monte laudatissimum.Quid si Acnon:Polium: Panacen;ut tria sint uerba?

Ex capite.iiii.

CHAMAEREPES . Theophrastus Chamæriphes . Item:OSSEVM LIMATVMQVE DENTE CONTRa FASCINANTES RELIGIONE POLITVM . Vetusti codices Lunatum non Limatum : ut sit sensus : Osseum quibusdam & lunari modo curuum esse nucleum/qui religione quadam politus dente contra fascinantes pollere credatur.Cur autem lunatum præcipue in hũc usum poliri dente placeat : superstitionis est/nõ eruditionis quærere:Alioquin amatoribus præesse lunam testis est Plutarchus.

Ex eodem.iiii.

BABYLONE NATAE VNO IN HORTO BAGOO . Legendum Bagoi: Theophrastus auctor: Βαγώου inquit τοῦ παλαιοῦ Apud Ouidium quoq; in Corynna Spadonis est nomen Bagous. In Aeliano Artaxerxen Ochum cognomine ab Eunucho Bagoo homine Aegyptio per insidias interfectum legimus.Item:SCANDALIDVM . Lege Sandalidum / a Sandalo : quod est indumentum pedis.

Ex eodem.iiii.

QVINq; EARVM : NEC PLVRIMAS. Scribendũ Nec plures.Item: TERTIVM EX IIS GENVS PATET.Scribendũ Pateton.ita enim græci uocant Calcatis similes palmulas ἀπὸ τοῦ πατεῖν.Item:CAECAS VOCANT.Legendum Cycas ex Theophrasto.

Ex capite.v.

DVO EIVS GENERA . LYRIA ET PHOENICIA. Legendum Lycia & Phœnicia:ex Theophrasto & Plinio aliubi.

Ex capite.vii.

CERTOQVE EAM FVGIT ALIENVS HVMOR QVI ALIVM OMNEM RIGAT.Legẽdum ex Theophrasto:Certoq; eam suggit alienus humor:qui aluum omnem rigat . quod & Solinus testatur . Item : MAGNITVDO SORBI SIMILIS. Verbũ Similis/cũ capite sequẽti iungit.ut legas:Similis his siliq̃.

Ex capite.ix.

ET QVAMVIS BLANDIATVR PRAEDVLCIS SVAVITAS NON INNOCVVM . Theophrastus legit Innocuum: δυθυεῖν inquit ἐροχλεῖ.Item:AT E DIVERSO CINVS.Legendum:At e diuerso cuci:ex Theophrasto & antiquis exemplaribus.

Ex eodem.ix.

EX QVO VELLARES DETORNANT ANVLOS. Quidã legunt non Vellares/sed Versicolores:ex Theophrasto κρίκους inquit τοὺς ϛρωματεῖς τοὺς διαποικίλους . Ipse stragula in eo uerbo uersicoloria non anulos intelligo . nam & stragula picta dicebant:ut est apud Tibullum:& Plumarium opus hinc ortum fortasse habuerit.quod Græci Polymytarium appellant:a Liciorum multiplici uarietate . quandoquidem Hieronymus Plumarios & Polymytarios artifices pro eodem fere posuit. Cato de liberis educandis : Etenim nulla inquit quæ non didicit pingere potest bene iudicare quid sit bene pictum Plumario aut Textore in puluinaribus plagis. Nonius plumariũ inquit a plumãdo flectit.In Plauto Plumatile . Marcellus aut Clauatum interpretatur:aut ex pluma factum.Plagæ uero grandia sunt lintea & lecticariæ modo uocatæ sindones.Varro de uita patrum:Clamydes plagæ uela . Hæc adscripsi ut tria hæc Velum & Plagas & Stragula/inter se germana esse notarentur.Ipsa quoq; Vela etiam Velaria uocari docet Papinius:Iam uelaria lintea pluebat. Flauius Vopiscus:Laneas inqt tunicas purpura micantes & plumandi difficultate pnobiles.Itaq; Velares a uelis Plagisq; dictos puto:quas idẽ Hieronymus & nr̃m

uulgus etiam Cortinas uocat. Porro Cortina ꝓpꝛie uas est in quo uellera tingi solent:auctor Plinius.Pollux quoq; ϛρωμάτειϲ ποικίλουϲ fieri solitos demonstrat pictos & beluatos : id est colorum & animaliū inscriptorum uarietate spectabiles.Homerus quoq; duo Stragulorum genera significat.Purum : hoc est cādidum atq; frugi:quo in parte lecti cōdita inferioreq; utebant.Pictum & preciosis coloribus tinctum quo in superficie per ambitum:ut illo uersu: ῥήγεα καλὰ πορφήρεα. Fuerunt & qui opera sua Stromnas ab hac uarietate inscripserint.

Ex eodem.ix.

NEC MINVS SYRIA SPINA CELEBRATVR IN EADEM GENTE. Codices uetusti non habent uerbum Syria:nec Theophrastus quippe quæ in Aegypto proueniat:& Aegyptia nō Syria spina ubiq; nominetur & hoc uolumine a Plinio & alibi. Item:ET QVERCVS ET PERSICA OLIVA. Legendum est Et Quercus & Persica & Oliua:ex Theophrasto.

Ex capite.xi.

MOX Et PRIVATA LINTEIS CONFICI CAEPTA AVt CERIS. Codices antiqui habent Schedis/nō Ceris.nec displicet ut Scheda sit tabella siue pagella Philyracea:hoc est Tiliacea:qua pro chartis priscos uti solitos Eustathius & eo prior Aelianus asserunt. ὅι μὲν ἀρχαῖοι φησὶ ξύλοισ καὶ φλοιοῖσ καὶ φιλλυρίμοισ πίμαξι πρόσγραφὴν ἐκέχρηντο. Meminit & Tertullianus & Vulpianus & Marcianus Capella.hodieq; Græcum uulgus Schedas uocat tabulas eas/quibus supputatores numeris scribendis utuntur: ut mox litu spōgiæ leuiter aboleri possint.Schedulas Quitilianus & cæteri perq̄plures pro libris monumentisq; litterarum capiunt. Scheda & i papyro intelligitur a Plinio. Schedia porro apud Græcos sunt:quæ nos Extemporalia uocamus. Vtiť eo uerbo & Lucilius.usurpat & Appuleius in deo Socratis:In isto ait schedico & incondito experimini an idem sim repentinus qui præparatus. Martialis : Nec summa potes in scheda teneri.Prætereundum non est quod apud eundem Aelianum legi:Pergamenas ab Attalo nō ab Eumene/ut Plinio uidetur/inuentas fuisse : æmulationemq; inter ipsum & Ptolomæum Aegypti Regem ortam a grammaticis duobus Aristarcho & Cratete.

Ex eodem.xi.

CVM IN SEBENNISTICO SALTEM EIVS NOMINIS CHARTA NASCATVR. Legendū est Sebennytico:ita enim

hostium Nili quoddam uocari constat : auctoribus Plinio Strabone cæteris:a Sebennyto urbe:ubi & palus & amnis sunt cognomines:unde præfectura quoq; Sebennytica. Item:Q VāLATISSIMAS FILVRAS.Legēdum aut Philyras:aut certe Philuras: ex latina loquendi consuetudine:hoc est Pagellas ad tiliæ similitudinem confectas:ut paulo ante docui.

Ex capite.xii.

TENEOTICA A VICINO LOCO.Scribendum quidam rentur Tanitica/q; Tanis in Aegypto sit urbs unde Tanitis nomos: Plinio Straboni cæteris.Ipse Tænioticā defendo per.æ.diphthongum:a loco qui propter angustam longitudinem Tænia uocatur: unde Tænioticum quoq; uinum celebrāt. Athenæus καλλίωϛ τοῦ παρεώτου οἴμου ὁ Ταινιωτικὸϛ Τάμιαδι ἔϕη ἐπιμηκηϛ περὶ τοὺϛ τόπουϛ. Item:AMPHORETICA.Legendum Emporetica quia sit inqt a mercatoribus cognominata:ex uetustis Romanisq; codicibus. Quid autem Segestria sint/de quibus statim:Varronē adi.Item:INTER SE PAGELLAE IVNGVNTVR. Quidam legūt Plagellæ.De Plagella Nonius & Liuius.Vetusti quoq; codices Plagulas non Plagellas habent. Item:IGITVR ET SECVNDO CORIO STAMINA FACTA SVNT E PRIMO SVBTEGMINE.Codices antiqui Statumina habent/non Stamina.Est autem Vitruuio Statumen quicquid pro strato adiicitur.Non tamen ut propterea Stratumen legi patiar:ut quibusdam ætate nostra placuit.Aqud Columellam Statumina sunt etiā pali & pedamenta uinearum.Omnino quicquid pro munimento accedit Statumen dici potest: quasi armamentū/quo res stare possit.Ipsa quoq; pedamenta uitium ob hoc armamenta quādoq; nominantur.Item:FVNGIO PAPYRI BVBVLO. Vetusta exēplaria habēt Iunco papyri bubulo.Itē:MOLLI PANIS FRVMENTACEI.Vetus lectio non Frumentacei/sed Fermentati.

Ex capite.xiii.

CIRCITER IN MEDIA ARCA VINCTVM CANDELIS. Quidam falso Catellis.Codices aliquot antiqui non in media arca uinctum / sed in medio arcte uinctum habent . Liuius in belli Macedonici decimo uolumine tradit nō Gn. Terentium/sed L.Pœtilium scribā eū uocatum:in cuius agro inuenti sint Numæ commentarii:Item in altera inqt arca duo fasces candelis inuoluti septenos habuere libros.Sed Lactātius quoq; tā Scribā in cuius agro inuētæ sunt arcæ/q̄ Prætorē urbanū Pœtilios uocatos refert.

Universidad de Deusto
Biblioteca

Illud quoq; monendi sumus Pœtelios nõ Petilios in ueteribus mo numentis scribi cõsueuisse:cuiusmodi hodie in circo Flaminio cõ spicitur/erosum æuo multis locis.in eo uerba hæc leguntur.L.Pœ telius.M.F.M.N.libo . Et paulo infra.C.Pœtelius.C.F.C.N.libo uisolus.In eadem tabella nominantur & alii pleriq; quoꝝ Liuius sine sexti ac septimi principio mentionem habet:ubi Publium pro Poblílio/& Politicũ pro Petico mendose scriptum primus animad uertit Pomponius Lætus.

Ex capite.xv.

QVIBVS PLVRIMA ARBOR CEDRI.Quidam legunt Ci tri.fereq; id omnes probamus. Et codices quoq; antiqui nõ Cedrũ sed Citrum habent/cum hic/tum in descriptione orbis libro quar to.Dion certe Cedrinas mẽsas in Neronis uita nominat:quas nos Citrinas . sed hoc in Corollario nostro latissime prosecuti sumus. Item:PRAECIPVA DOS IN VENA CRISPIS VEL IN VERTICE PARVIS. Legendum quídam putant Peruiis non Paruis:aut certe Variis:quoniam Pantherinæ inquit dicanť. Pan theras autem non modo uarias esse constat/sed & uocari quoq; no uimus:ut cũ centũ uarias populo in ludis quenq̃ dedisse legimus.

Ex eodem.xv.

HIC MAXIME MVLI PLACET . Codices antiq habẽt Mulsi non Muli. Et infra:EX QVIBVSDAM MAXIME OBNO XIAS FECERE AESTVS VENTIq; RIMAE. Legendum non Quibusdã/sed Quibus:hoc est rimis:ut sit sensus Rimas etiã placere:quibus uenti æstusq; obnoxias fecere mensas.

Ex capite.xvii.

BACCASq; CONTVSas.CVM SILIQVA AD CIBOS DO LIIS CONDI.Vetus lectio non cum Siliqua/sed cum aqua.Ipse cũ Alica:quoniã Polybius μετὰ χόμδρου dicat/ quæ uox Alicã si gnificat.Athenæus de hoc ipso disserẽs Chondrũ in Polybio nõ ꝓ Alica/sed pro ipsa Cartilagine baccarum siue nucleo accipiendum putauit.Hippocrates quoq; granum thuris quod græce Chondros dicitur/Pyrena hoc est nucleum quandoq; appellat.Errauerit hac parte Plinius an Athenæus/malo iudiciũ alienum sit q̃ meum.

Ex capite.xviii.

HOC AMPLIVS IN EA PARTE TRADVNT . Legendũ est Hoc amplius in Eufrate tradunt:ex Theophrasto ad uerbum. Itẽ:GRATũ CIBIS SED CRVDũ : GRATIVS DECOCtũ Legendũ eodẽ auctore:Gratũ cibis sed crudo gratius decoctum.

Ex capite.xix.

VT IN FAVIS COMMVNIS.Legendum ita ut uerbum Com munis/casus accusatiui sit/& initium sequentis clausulæ:Commu nis inquit nucleos habentium quinq; species.Item:LEVCOCO MIS.Theophrastus Glaucocomis.Item:BALVSTIVM. Græci Balaustium.i.βαλαύσιον. Ex capite.xx.

EPICACTIS.Legendum Epipactis ex Dioscoride . Item:EMBO LINEM.Scribendũ Eleborinem/ex eodem . Itẽ: ET IN QVO NASCIẽ GRANũ GNIDIũ.Lego hæc ut initium sint capitis proxime sequentis.

Ex capite.xxi.

PIROSACHEM . Legendum Pyrosachnem ex Dioscoride.Item: ALII NESTOREM.Scribendum Alii Cnestron:ex Hippocra te Galeno Dioscoride. Ex eodem.xxi.

ALII COENORON . Scribendum:Alii Cneoron:ex Dioscoride Theophrastoq;.Item:MYRTHI MAGNITVDINE SEMI NE COLORE ET SPECIE FARRIS . Legendum uidetur Foris non Farris : ex Dioscoride κατὰ τὸ περικάρπιον. ut sit sensus: Frutici magnitudinem esse Myrti:quod & Theophrastus prodit: quanq̃ Theodorus non Myrtum sed Myricem siue Tamaricẽ cõ uertit : Semini quoq; foris color & species baccarum Myrti/ut qđ durum nigrumq; sit : nam intus albet.Si ergo semen colore nigro cernitur:qui potest farris colore intelligi.

Ex eodem.xxi.

AVT IN CAVCASO NASCENTI . Vetus lectio Theophra stusq;:Aut in Achaia nascenti.Item:RAMIS RVBENTIBVS. Scribẽdũ nõ Ramis sed Racemis:ex Dioscoride ac Plinio aliubi.

Ex capite.xxii.

ENONYMOS. Legẽdum Anonymos ex Theophrasto:quasi sine nomine.Item:CONGRIGIA. Scribe Coggrygia:ex eodem The ophrasto & antiquis exemplaribus . Item:PROPRIETATEM HABET FRVCTVVM AMITTENDI LANVGINEM. Lego Proprietatem habet fructũ amittendi lanugine:Theophra stus . Item : SIMILIS ET APARACHE.Legendum Apharce Theophrastus. Item:PRIOREM FRVCTVM INCIPIEN TE PVBESCERE VNA PERAGIT.Legendũ Vua nõ Vna Theophrastus.Item:SICVT DISTINGVIMVS. Legendum Sicut distinguemus. Ex eodem.xxii.

INCISA LAC EMANAT ET CONTVSA SVCCO ABDI CAT OMNIa VENENAta.Antiqua lectio:Incisa lacte manat

Universidad de Deusto
Biblioteca

& contusa succo nec corticẽ abdicant:ossa ea uenenata. Hoc ipsum fere Dioscorides:ut sit sensus:Non abdicãt inquit corticem ab usu medicinæ:ossa tũ ea lac succus & cortices Thapsiæ uenenata sunt.

Ex capite.xxiii.

OPHEOSTAPHILE. Dioscorides Ophioscordon & Phylostaphilon. Atq; ita fere habent codices antiqui.

Ex capite.xxiiii.

PABVLO OMNIVM. Legendum putamus Ouium:quoniam sequatur:Aridus uero etiam suum. Item:ANTINOMACHO. In indice habetur Aristomacho. Ex eodem.xxiiii.

OBITERq; INTER ORDINES HOC ANIMALIũ CAPESTRIVM FERTILE EST. Legendum uidetur:Obiterq; inter ordines allium capescere fertile est.quod quidem in uiolariis atq; lilietis Plutarchus probat:qui & Cepas quoq; addi solere scribit:ut forte ita legas:Obiterq; inter ordines allium & cepas seri fertile est. Ex Dioscoride uero legas:Obiterq; inter ordines hoc aluearium capescere fertile est.allectari.n.apes hoc frutice putantur.

Ex capite.xxv.

QVOD QVIDAM GRASSON VOCANT. Legendũ Prason ex Theophrasto aliisq;.Item:LAVDATISSIMO A PARTE AQVILONIS AVT SPONGIIS. Legendum Laudatissimo a parte aquilonis aut cum spongiis / ex eodem. Item: IAM HOC NASCENS. Legendũ:Iam hoc in terra nascens:ex eodẽ: Nam & codices antiqui habent: Iam hoc interius nascens. Item: VILIS ENIM PASSIM NASCITVR. Legendum Vitis nõ Vilis:ex Theophrasto & uetustis exẽplaribus. Item:SED PHYCOS SINE FRONDE RVBRO CORTICE. Legendum Ficus non Phycos:ex Theophrasto & antiquis codicibus.

Ex eodem.xxv.

FIT ET PALMA FRVTICũ GENERIS EXTRA HERCVLIS COLVMNAS PORRI FRONDE NASCITVR FRVTEX ET ALIVS LAVRO Et THYMO SIMILIs. Legendum arbitror distincte/ut tria sint cola. Primum:Fit & palma fruticum generis.Secundum:Extra Herculis columnas porri fronde nascitur frutex. Tertium: Et alius lauro & thymo similis. Deinde sequitur: Qui ambo:id est Porraceus & Laurinus:electi Ex eodem.xxv. transfigurantur in Pumicem.

REMOS PLERVNq; IPSOS INVADENTIVM. Legendũ Inuadentibus/hoc est Caniculis. Sũt autem pisces Caniculæ quos

Theophrastus de hoc ipso agens Carcharias appellat. Item: ISIDOS PLOMACHAS. Legendum Isidos Plocamon.ea uox Isidis crines significat. Verbũ aũt SPATALIA:sunt qui mutandũ nescio quo pacto autument. Cæterum ex Claudiani epithalamio uerbum id tueri possumus qui ait:Et grauibus spathale baccis diadema ferebat Intextum rubro quas legerat ipsa profundo. Est qui dem id nymphæ nomẽ/sed ut inde dicta esse uideant Spathalia.

CASTIGATIONES PLINIANAE EIVSDEM HERMOLAI BARBARI EX LIBRO.XIIII.

Ex Prologo.

d ESIDIA RERVM INTERNITIOne MEMORIAE INDICTA. Scribendum Inducta:siue ut inductam memoriæ interuentionem/siue inducta p abolitis oblitteratisq; accipias:quæ inqt inuenerãt prisci. Suetonius:Multa inqt & deleta & inducta & supscripta inerãt. Et alibi:Inducto priore decreto.uerbũ id iuris est.origo ea/q; inducto chartis atramẽto uelut tectorio deleri quæ scripta prius erãt/cõtingit.Item:CVIVS VITII CAVSAS. Vetus lectio non Vitii/sed Somni:ut cũ desidia respõdeat.Item:BEATVM FOELICEMq; GRAECIAE. Vetusti codices non Græciæ/sed Gratiæ:hoc sensu: Fœlicem Virgilium fuisse cui paucis in hortorum cura nominatis gratia de cæteris quæ tam multa sunt & fere innumera sine fraude honoris & negligentiæ periculo facta fuerit.

Ex capite.i.

LEGATVM REGIS PYRRHI: QVIN EVM FACETE LVSISSE. Codices antiqui loco eius uerbi Quin eum/habẽt Cyneam.ita enim uocabatur legatus Pyrrhi:testis Plutarchus Aelianus cæteri.quanq; Aelianus Cyneam hunc & legatum Regis eius & medicum illum proditorem fuisse credidit falso. Item:RONTOTINVS VOCATVR ET ALIO NOMINE POPVLVS. Legendum Rumbotinus:ut uigesimoquarto libro Plinius: aut certe ibi Rontotinus.Item:PAGVM TRANSGRESSIS. Lectio antiqua Padum/non Pagum. Item: OLLIS FICTILIBVS ET INSVPER DOLIIS INCLVSAE STIPATAE VINACEIS. Codices uetusti Foliis/non Doliis.Plinius libro.xvi. Græci inquit Platani foliis aut uitis ipsius aut Fici uno die in

Universidad de Deusto
Biblioteca

umbra ſiccatis atq; in cado uinaceis interpoſitis.

Ex eodem.i.

FABRILISq; IIS GLORIAM & cætera. Legendum ſit: Fabrilis iiſq; gloriam. Sunt autem eæ quas ad fabrum ferrarium pertinere dicet inferius quarto capite ex Catonis ſententia. De uino autem Capnite hoc eſt fumoſo apud Comicum Platonem legitur: quod græce Capnias dicitur: Beneuẽti maxime laudatum: ut Athenæus inquit. minus Maſſiliæ/Martialis teſtimonio: Et cocta fumis muſta maſſilianis. Nam uitis Capnia celebratur omnibus. Meminit & Ariſtoteles in libro de animalibus. Item: ET VLLIS VERONENSIVM AGRO. Legendum aut Vuis/niſi quis Vllas per diminutionem pro uuis capiat: ſicut utiq; Villum pro uino. Aut certe Illis/hoc eſt non omnibus Rheticis: ſed illis quæ Veronenſi agro Rheticæ uocantur. Infra quoq; Plinius tertio capite: Rhetica inquit in maritimis alpibus diſſimilis laudatæ illi. Et infra: VITIS PER SE IN VINO PICEM HABENS RESPICIENSq;. Legendum Vitis per ſe in uino picẽ reſipiens: ex. xxiii. uolumine. Item: OPTIMO PRAEMIO. Dic Opimo. Item: COLERE NON PROSIT. Vetus lectio: Coalere non poſſit. Vtrunq; defendi poteſt.

Ex capite.ii.

CAMPANI MALVNT SCIRCVLAM VOCARE: ALII STACVLAM. Fortaſſe Scirpulam & Sticulam/ut nono capite. Eſt & Scripula quædam uitis capite huius tertio.

Ex capite.iii.

ITEM CREPIDANEA. Legendum Tripedanea. ſequitur enim Cui nomen a mẽſura eſt. Item: ALEXANDRINA APPELLATVR VITIS CIRCA PALACRAIAM. Legendũ puto: Circa Phalacranam: ſiue circa Phalacram: ut nomen Alexandrinæ ſit non ab Alexandria Aegypti/ſed ab Alexandria Troadis iuxta Idã montem. Nam & ficus Idæa Theophraſto & Plinio Alexandrina dicitur ſequẽti libro. Phalacra uero/cuius meminit & Lycophron: montis Idæ promontorium eſt. Nicander in Theriacis Phalacranos ibi ſcopulos appellat: Τὴν μὲν ἐπὶ σκοπέλοισι φαλακράμοισιμ ἐπακτὴρ. Eſt & Libyæ uiculus Phalacræ/ut ait Stephan⁹: & in Corcyra quoq; inſula promontoriũ eſt Phalacrion. omninoq; loca ſyluis nuda ceu caluitio fœda græci Phalacras uocant.

Ex capite.iiii.

VEL AD FABRVM FERRARIVM PROPASSOS NEC

RECTE SERVANTVR. Vetus lectio: Vel ad fabrum ferrarium pro paſſis hæ recte ſeruantur. Item: IN CAMPANIAE RVRE VELITERNINO. Scribendum Linternino. Etenim Linterni non Velitris exulauit Africanus: auctor Strabo Liuius

Ex eodem.iiii. Valerius.

EST AVTEM VSQVEQVAQVE NOBILITAS MERCIS PER OMNIA SVBVRBANA. Codices uetuſti non Mercis/ſed Metis: unde coniectura eſt Vinetis legendum/non Mercis. Item: LITTERIS EIVS ALTIORIBVS. Legẽdum forte Altiores/hoc eſt ſtrues uuaꝫ litteris eius altiores: ut ſit quædam uani

Ex eodem.iiii. hominis irriſio.

CONTRA ID PIGRA IN CIVITATE SIBI PATROCINANTE NOVISSIME ANNEO SENECa PRINCIPATV TRADITIONIS AC POTENTIAE. Legi poteſt: Contrà id pigra ciuitate ſibi patrocinãte: nouiſſime anneo Seneca principatu Neronis ac potentia: ut ſit ſenſus: habuiſſe cauſã Rhemniũ Palæmonem grammaticum/quamobrem agrorum curam litteris & profeſſioni ſuæ quaſi anteponeret: cum ad id & deſidiam ciuitatis ſibi patrocinantem uideret: & nouiſſime Anneum quoq; Senecam principatu Neronis ac potentia prædiuitem: quæ inquit poſtremo exitialis ipſi fuit Senecæ: quippe cuius immẽſæ opes & infinita prædia inſidiatorem capiti ſuo Neronem excitauerunt. De hoc Senecæ Vineto Nomentano qd a Palæmone coemerat & Palæmon ab Acilio Sthenelo/Columella quoq; meminit.

Ex eodem.iiii.

SEXTARIOS SINGVLOS OCTOGENIS AQVAE. Lectio antiqua non Octogenis ſed Octonis: quod & magis conuenit: Durat inquit uis/non quidem tota/ut Homeri ætate: qui uicies tantum addito aquæ miſcendũ prodidit: ſed minor: adhuc tamen admiratiõe digna: ſi octies tantũ aquæ tolerat. Item: ET PRAMNO. Legendum Pramnio/ex Dioſcoride Athenæo cæteris. Item: NASCITVR SMYRNAE RELIGIONE. Legendum Regione. Poteſt & Religione/ꝓpter id quod adiunctum eſt. Item: DVRATq; ADHVC VINEA. Scribendum puto Durantq; adhuc uina: ſequitur enim in ſpeciem redacta mellis aſperi: quod de ipſa uinea intelligi nullo modo poteſt.

Ex eodem.iiii.

NE POTARI PER SE QVEANT. Vetus lectio: Nec potari p ſe queunt. Deinde ſequitur: SINE PROVINCIAE AQVA.

Mendosum locum arbitror. coniectari uerba nequeo: sed sensum puto esse: Vinis in uetustate gustum esse mellis asperi: nec bibi ea posse sine plurimo aquæ modo. Forteq; loco eius quod erat Sine p uinciæ aqua: scribendum fuerit: Si non peruincat aqua: hoc est nisi perdomentur aqua multa/potari nequeunt propter amaritudinem non aliter domabilem. Quod autem subiungitur: CAETERIS VINIS COMMENDANDIS & reliqua: hunc habet intellectum: Vina ea quæ ab Opimio Consule in præsens usq; durãt minima portione addi solent in alia uina commendationis & suauitatis gratia: & ob id medicamenta inquit sunt/quoniam medicamenti & condimenti usum præstent.

Ex eodem. iiii.

QVO EIVS TEMPORIS AESTIMATIONE. Vetus lectio fere: Quo ut eius temporis æstimatione: Sed scribẽdum putamus: Quo fit ut eius temporis æstimatione: ad hunc sensum: in singulas Opimiani uini amphoras centum nummi sortis/& precii loco/statuuntur: quanti uidelicet eodem cõsule Opimio licitatum æstimatumq; fuerat. Qd aũt subiungitur: EX IIS TAMEN VSVRA MVLTIPLICATA SEMISSIBVS: QVæ CIVILIS & MODICA EST &c̃. pendet usq; ad uerbum DOCVIMVS: ut sit casu ablatiuo: siue septimo usura multiplicata semissibus: ad hũc ferme intellectum: Quanti singulæ uini eius amphoræ sub Opimio constiterãt/tanti sub Caio principe: qui post Opimium centesimo & sexagesimo anno fuit/uncias eiusdem uini singulas constitisse: quoniam usurarum accessione creuerat æstimatio. temporis enim intermedii/hoc est annorum centum sexaginta: quibus pecunia illa: hoc est uini precium in apothecis ociosa fuerat/ratio in uenditione habebatur. & quasi non uinum/sed argentum plane atq; aurum in apothecis ad usum aliquẽ mortaliũ fuisset: usuræ semisses tam longi temporis exigi posse uidebantur. Semisses usuræ sunt quæ in singulos annos dimidium sortis pariunt. Hoc autem loco si unciæ tanti ueniebãt sub Caio cæsare/quanti amphoræ sub Opimio consule: necessariũ est/nõ usuras modo sortis/sed usuras quoq; usurarum impensas fuisse: ppea q, amphora uini (ut Aphricanus ait) Quadrantal latine dicta Festo Pompeio: congios octo continebat/id est sextarios. xlviii. Sextarius uncias. xx. Festo. sed Aphricano libras duas/aut tres: nunq̃ tamẽ plures duabus heminas. ita fit ut singulæ amphoræ. lxxx. Festo: uel. xcvi. Aphricano: aut certe cxliiii. uini põdo capiãt: quibus in duodecim uncias resolutis/effi-

ciuntur: aut nongenta sexaginta unciæ si octuaginta pondo sunt: aut mille centum quiquagintaduæ/si nonaginta: aut mille septingentæ uigintiocto/si centum quadragintaquatuor. Propterea si usuræ non usurarum sed sortis tantum fuissent: non poterat fœnus hoc usq; adeo extẽdi ut uncia æquaret amphoram precio. Sed octo milia duntaxat nummũ usuræ Semissis nomine/annis centum & sexaginta coaluissent. atq; ita non unciæ sed libræ tantum singulæ centum nummis stetissent: utiq; si octuaginta libræ tantum forent/ut Festo placet. Sunt igitur Semisses usuræ quas dixi/dimidiæ partis impendium quales ipso iure fisco & priuatis interim ex stipulatione debebantur. Ciuiles uero & modicæ dicuntur: non q, non aliquæ minores essent ut Trientes & Quincũces: sed quoniam & Bessales haberentur & centesimæ: de quibus mentio creberrima iurisconsultis Vulpiano: Sceuolæ: Papiniano: Paulo: Ciceroni. De iis Iustinianus ita sanxit: ut illustres aut his maiores Trientibus essent cõtenti. negociatores opificesq; Bessibus: q traiectitiam & nauticum fœnus agitarent assibus/hoc est centesimis. reliqui Semissibus. Variatur interim hæc ratio: ad Quadrantes quoq; uentum est certis casibus: donec diuinũ ius omnes sustulit. Cæterum illa dubitatio relinquitur: q, si usuræ usurarum Semisses ab emptore uini repræsentabãtur: per annos centũ & sexaginta fere: ad infinitum creuissent. nec centum nummis/sed multo pluris unciæ uini singulæ ualuissent. Proinde fuit qñ non annis centum sexaginta: sed nummis centum sexaginta hoc loco scribi posse crediderim. Quia tamẽ in Caium principem ab Opimio centum sexaginta plus minus anni supputantur: hærere q̃ periclitari malumus. Sed & illud cogitauimus: ecquid parte hac non uncias sed libras scribendum fuerit: ne usuras usurarum tantopere legibus damnatas necesse esset agnoscere. quadrabit enĩ ratio præclare: Nam si octuaginta libræ in amphora sunt: ut Festus ait: nũmis centum quibus amphora id est Quadrantal sub Opimio constiterat: in annos centum sexaginta per Semisses auctis: consequitur ut tanti singulæ uini libræ sub Caio principe uenierint: quãti totum Quadrantal sub Opimio.

Ex capite. v.

ACCENDI. Legendum Accendendi: quia sequit refrigerãdi. Et infra: SICVT VENENVM EST HOMINI CICVTA: ITA ET VINVM. Antiqua lectio: Cicuta homini uenenũ est: Cicutæ uinum. Monstrauit hoc ante nos Politianus. Id ex Plinio Galeno

Universidad de Deusto
Biblioteca

Plutarcho Nicandro Dioſcoride oſtẽditur. De hoc autem Andrócyde Theophraſtus libro quarto de Stirpibus.

Ex capite.vi.

PVCINVM. Quidam occaſione caſtigandi uelut captata Punicũ ſe in codicibus ſuis legere diſſimulant:ut inueniſſe ipſi uideantur Pucinum. Alioquin & Romana & Veneta exemplaria Pucinum hñt ab oppido Pucino:cuius & Ptolomæus meminit in ſinu Adriatici maris intimo.iidem Pithanon quaſi probabile non ut Plinius ait Pyctanon uocare audẽt:ſine auctore aliquo/ſine teſte: quo nihil poteſt eſſe in re latina damnoſius turpius improbius. Pyctanõ certe ab eo loco ita græce noſato dictũ exiſtimare ꝓpius uero fuerit

Ex eodem.vi.

NON TIMERE CRVDITATIBVS NOXIIS. Legendũ eſt Non temere. Item:AB EO SALVIA NASCITVR SVPRA FORVM ĀPPII.Codices Romani non Saluia/ſed Simile. Cæterum Saliua non Saluia legendum eſt.ita enim uini uidetur nomen fuiſſe:ut Propertius ab hac ſimilitudine uinum Chium Saliuam dixerit. Item:VINORVM FLAMMA ACCENDITVr Scribendum Solo uinorum flamma accenditur. Vel:Solum uinorum hoc flamma accenditur:quod & poteſt defendi.Conſuetudinẽ hanc accendendi flamma uinum præcipue Achaicum & Creticũ Occidens totus & Septentrio exercet:ad luxum uſq; poſt conuiuia noctibus in lucem hoc quaſi certamine tranſmiſſis.

Ex eodem.vi.

ATq; A NEONE NASCENTIA. Sunt codices in quibus non a Neone ſed Ancone legitur: quam & frugum aliarum conſtat eſſe feraciſſimam:& uini præcipue uno eius regionis uiculo maxime celebri:quem Siriolum uocant hodie: inter Anconam Riciñaq; medium fere. Ac Neonis quidem oppidi mentionẽ facit Herodotus & Pauſanias in Phocide:quod Tithorea modo nominet. Sed Plinius hoc loco noſtratia & Italica/non externa perſequitur. Item:CETERANO INTER GALLIAS AVCTORITAS Lectio uetus Ceretano non Ceterano: nec inter Gallias ſed intra: etiam ſi in Hiſpania Ceretani ſunt:quorum uina commendantur & ſalſamenta quoq;:ut eſt apud Columellam & Strabonem:q eos in Pyreneorum montium conuallibus ſtatuunt. Iuliani & Auguſtani dicunt a Plinio. Martialis:Ceretana nepos ponat ſetina pu-

Ex eodem.vi. Ltabis.

TEMPSIE. Lego Tempſe: quam græci ut ait Plinius Temeſen

uocãt.Ouidius: Thurinoſq; ſinus temeſenq; & lapygis arua.etiam ſi Nemeſe pro Temeſe deprauatum eſt.Item:BALBIAE.Vetus lectio Babiæ. De Babianis quoq; Plinius in regione Italiæ ſecunda. Cæterum Athenæus uinum Barbinum commendat in Italia: ut Barbiæ aut certe cum liquida uicina Balbiæ legi poſſit ὃ δὲ Βαρβίρος λίαν ἀυζηρός καὶ ἀεὶ ἑαυτοῦ κρείττων γίνεται.

Ex eodem.vi.

ILLVSTRATA MESSALA PONTIA ET SALVTE LAGARIA. Quidam Metapontia / non Meſſala pontia. Vetus lectio: Illuſtrata Meſſalæ potu & ſalute Lagaria: ceu Meſſala ſiue Meſſalina celebraſſet hoc uini genus / cui ſalutem ſuam retulerit acceptam/quemadmodum Pucino Liuia. Strabo:Poſt Thurinos inquit Lagaria eſt præſidium a Phocenſibus & Aepeo conditum: unde Lagaritanum uinum dulce/tenerumq;/a medicis mirifice in quit laudatum. Meminit & Lycophron:ſed Langariam non Lagariam uocauit ὃ Αἴπυτος τέκτων λαγγαρίας ἐμ ἀγκάλαισ.

Ex eodem.vi.

HISPANIARVM LVSITANA. Sipontinus Laletana.Credo quoniam Martialis dicat:Laletana bibis:ut fere pro uilibus acceperit:uilitatem faciente copia.Ipſe nihil muto:cum feracem Strabo Luſitaniam: atq; ut uerbo eius utar: beatam rerum omnium præter montana eius tradat.

Ex capite.vii.

PROTOPON. Lego Protropon:ex Dioſcoride Athenæo ac Plinio multis locis.

Ex eodem.vii.

CATACE CAVMENITAE. Scribo ut unum uerbum ſit Catacecaumenite: auctor Vitruuius & Strabo.dictum a regione iuxta Laodiceam atq; Smyrnam/cui nomen eſt Catacecaumene:hoc eſt deuſta.Item:MICONIO. Scribendum per.y.ab inſula Mycono.

Ex capite.viii.

QVOD APPELLAVERVNT BION. Scribendum Biæon ex ipſo quoq; Plinio uolumine uigeſimotertio:a cura dictum atq; uiſiue quia multum in eo condendo laboris adhibeatur: ſiue quia uiolentum ſit & efficax contra morbos: ſiue a feſtinatione atq; impetu: Ficticium inquit non poteſt uideri quod Biæon appellauimus: cum ſit in eo ſola pro arte feſtinatio. Sunt & codices in quibus hoc loco non Iure / ſed Curæ clariſſimum nomen

Universidad de Deusto
Biblioteca

accepit/legatur. Ridendi proinde sunt ætate nostra qui ceu a uita dictum scripsere non Biæon/sed Bion.

Ex eodem.viii.

IN ALBVM MVSTVM LEVCOCHRVM. Vetusti codices habẽt Leucœnium.neutrum displicet:sensus enim idem in utroq; uerbo.Item:QVADRIENNIO MATVRANDũ PRAECIPlẽs.In Catone legit' Biennio.utra lectio corrupta sit/æstimandũ.

Ex capite.ix.

SYREVM. Dioscorides σειριον. Paulus σιρᾶιον ex hac collatione: Si quis ita scribat σειρᾶιον fortasse non errauerit:hoc est Siræum. Item:PASSVM A GRAECO CILICIVM PROBATVR. Dioscorides Passum a Cretico Cilicium probatur.i.post Creticũ.

Ex capite.xii.

NVMAE REGIS POSTHVMI LEX.Legi potest:Numæ Regis Posthumia lex:quasi hoc illud Catullianum sit uolentis auariores sibi calices præberi ut lex inquit Posthumiæ iubet magistræ. Nec me casus genitiuus ab hoc sensu dimouet/q; Poeta festiuissimus & doctissimus consulto fecit:ut ad magistros in cõuiuiis alluderet:quos & Cicero ita appellat.de legibus quoq; in conuiuiis in Tusculanarum calce meminit. Græci quoq; ut est apud Athenæũ Decreta in conuiuiis seruanda νόμους id est leges uocant: & magistros ipsos βασιλεῖς: hoc est Reges.quod Macrobius in cœnis annotauit: & Plato de legibus septimo. Nec item quod sequitur: Ebriosa Acina ebriosioris contrarium est. Cauillatur Poeta in legem:quæ tametsi uino parceret/eo tamẽ spectabat ut copia ex inopia uini fieret. Ratione inquit excogitata Plinius ut uites putare cogerentur aratores & alias pigri circa arbusti pericula. Non sum ignarus secundo finium a Cicerone luxuriosum quendam citari Torium Balbum Posthumium hominem Laniuinũ.Sed prior expositio luculenta est.Amariores aũt siquis defendat:nõ modo Thalassiten intelligere potest/sed etiam q; dulcia non inebriãt:ut inquit libro ultio Macrobius.nã & p Meracis quidã id intellegũt pp sequẽtia.Occasionẽ præbet hæc mẽtio:ut alterũ in Catullo uersum ex Iouiani Pontani mei & Academiæ Romanæ testimonio castigem:Qualecunq; quod o patroa uirgo plus uno maneat perenne sæclo.Scribendus autem est ita:Qualecunq; per ora quod uirorum & reliqua.

Apud Catullum castigandus uersus

Ex capite.xiii.

APVD PRISCOS ERANT VINA MYRRHAE ODORe

CONDITA.Vetus omnis lectio habet Miro/non Myrrhæ.Proinde locus hic uel ita castigandus est:ut legat' Miro odore cõdita: quod Merula nr̃ probat.Vel sic:Myro id est odore condita. Græci enim Myrum dicũt/qd̃ nos odoramentũ unguentũue.Iulius Pollux ὁ μυρίνης δισσὸς ἔφη μύρῳ κεκραμένος. ὃι δὲ τοὺς γλυκεῖς οὕτως ὀνομάζεσθαι κελεύουσι.hoc est Murina inquit uinũ est Myro id est odore conditũ:alii uinũ dulce inqt ita noiatũ arbitrant'.quæ uerba fere cũ Pliniano sensu cõgruũt.Quid q; in Plauti Persa cuius testimonio Plinius hac pte nitit'/nulla Myrrhæ fit mẽtio. sũt aũt eius uerba hæc:Cõmisce mulsũ struthea collutheaq; appara bene/ut in strutheis cõcalcat & calamũ iniice.Illud noscendũ est/uinũ aroma rit' id est ex aromatis idẽ uideri cũ Murina/ex Plinio.In Aromatite uero & iuncũ & myrrhã & calamũ & alia hmõi solere iniici:ut auctor est Dioscorides. ob id & Trimma noiatum in Comœdia ut Athenæus ait:etiã si a myrrha nõ deriuat' murina:tñ in eã potionẽ Indi potuisse nihil obstet.amarũ id qdem fortasse fuerit:ppea q; Myrrha in cruce dño torməti nõ alleuaməti loco exhibitũ uidet'. Cæterum placuisse id ueteribus:quod esset ita falsum:nihil impedit. Plinius:Aromatis delectatos inquit maxime credunt priscos.

Ex capite.xvi.

QVOD VOCANT ASSYNAMON. Scribe Adynamon: ex Dioscoride:hoc est inualidum ac sine uiribus.Item:PRIMVMq; EI EX PALMIS.Lego Proximumq; ei e palmis:ex antiquis codicibus. Item:MARITIMARVM QVAS VOCANT ET CICLEAS. Lego Maturarum quas uocant Chydæas:ex Dioscoride.Habent exemplaria quoq; aliqua Mitiorum/pro eo quod est Maturarum. Item:QVEM ALII PALMIPRVNVm: ALII TROCIN. Legi potest: Quem alii Palmiprimum: alii Catorciten uocant:ex Dioscoride:qui & Catorciten id uinum dici memi nit:& Palmei modo premi.quin & genus Caricæ Phœnicas appellat:hoc est Palmulas in hunc usum maxime quærendas.

Ex eodem.xvi.

ATq; ALEXANDRINO QVOq; MELIVS VINVM. Lege ita ut uerbũ Vinũ/cõiungas sequentibus:Vinũ inqt fit & ex Siliqua Syriaca. Item:VINVM FIT E RADICE ASPARAGO MELLO ORIGANO. Dioscorides & codices antiqui non habent Mello/sed Cunila.Item:ENAPIS FIT DECEM DENARIOq; PONDere.Dioscorides & netus lectio Vndecim/nõ Decẽ Et infra:ITEM IN AGRO CALLIGO Et ALIVD E SYL

Universidad de Deusto
Biblioteca

VESTRI.Legendum:Item e nardo gallico & aliud e ſylueſtri:ex Dioſcoride.

Ex eodem.xvi.

MOX E NARDO CELTICO CALAMO BITVMINE.Videri poteſt hallucinari Plinius:qui Aſphaltum quod eſt bitumen pro Aſpalatho qui frutex odoratus eſt acceperit.Dioſcorides:Vinū inquit Aromatites e Palma fit & Aſpalatho & Calamo odorato & Nardo Celtica/omnibus tritis ſingulorum ſextariis duobus paſſo maceratis:deinde in offas grandiuſculas coactis.Et ſane haud ueri ſimile eſt in odoratū uinū bitumen quæri.iudicent uolentes.Item AGARO.Legendū Aſſaro:ex Dioſcoride. Item: SEX LIBRIS IN MVSTI CONGIOS DVOS ADDITIS. Legendū Selibris/nō ſex libris:ex Dioſcoride.

Ex eodem.xvi.

EX HERBA QVAM ALII MENALION.Scribe non Menalion ſed Helenion:Dioſcorides.Item:ALii DE AMORESTIN Legēdum:Alii idem & Horeſtion:ex Dioſcoride.Item:E LYCIO ISOPO.Legendum E Cilicio hyſopo:ex eodē.Item:QVOD VINVN ECTROMATIū VOCāt QVONiā ABORtus FACIT. Codices antiqui habēt:Quod uinum Phthoriū uocaṫ quoniam abortus facit.atq; ita Dioſcorides quoq; appellat:q̄q̄ defendi pōt & hæc lectio:nam Ectroſmus græcis id ſignificat.ſed Pliniana tñ nō eſt.Itē:ESt ET OCHA DE RADICE GENTIANAE. Legendū:E ſtœchade & radice gētianæ & reliq̄.ex Dioſcoride. Itē ELEBI PANACEA SPAGOra CORINTHYMO. In quatuor uerbis errata quinq;.Dic Eleliſphaco:Panace:Acoro:Conyza: Thymo:exDioſcoride & uet.exēplaribꝰ.

Ex capite.xvii.

GENVISSE EA FRVTICES. Legendū Eā/hoc eſt naturam.

Ex capite.xviii.

IN ACHAIA MAXIME CIRCA CHARINIā.Scribendū Caryniā:ſiue ut Athenæus Ceryniā περὶ κέρυμίαν τῆσ ἀχαίασ.In Theophraſto unde Plinius & Athenæus mutuati ſunt / mendoſe ſcriptum eſt mō Cabanyniā/mō Cabyniā.Itē:LIBADEOS. ſcribēdū uideṫ Libaneos.i.λιβάνειοσ ſiue λιβανῶδηϛ quoniā ſequiṫ:odore

Ex capite.xix. Lturis:qd̄ græce Libanos uocaṫ.

PROLIBARE Diis NEFASTū HABETVR: PRAETER IMPVTATAE VITis. Quidā legūt:Præterq̄ imputatæ uitis: qd̄ falſum eſt:cū ſupius capite.xii.legaṫ:Ex imputata inqt uite libari uina diis nefas ſtatuit.Propterea lego Præterimputatæ:ut uer

bū ſit unū nō duo/hoc eſt prætermiſſæ uitis nec putatæ. Itē:EVPHRONIus.Index nō Euphronius ſed Euphron.i.εὔφρων habet Auctoré hūc Athenæus quoq; retulit/aut certe cognominem.Item RABVLANA PICE.Quidā ex.L.Columella malūt Radulana q̄ Rabulana legere/q̄ auctor is inſtrumētū in ea pice faciēda Radulā quaſi a radendo noiauerit.Sed & Rabula quoq; a radēdo ſtectiṫ:ut a fando nando paſcendo ſtando/fabula nabula pabula ſtabula mille hmōi.Nec alia rōe Rabulas in foro dictos autumo/q̄ q̄ radant/id eſt offendāt aures:& ut ait Fabius nimia uerboſitate feri ant:quaſi ab inſtrumento illo nuncupati:quod Rabula cōmodius q̄ Radula uocari poſſit.hodie quoq; uulgus ipſum garrulos & linguaces ab alio inſtrumēto Tudiculas & Piſtilla cognoiat.De uerbo aūt Radere p eo qd̄ eſt lædere lacerareq; undecimo libro Plinius:Malæ inquit hoi tantū quas priſci genas uocabāt duodecim tabulaꝝ interdicto radi a fœminis eas uetātes. Papinius:O ſi fodienda redirēt Lumina & in uultus ſæuire ex more poteſtas.De quo uſu & Varro & Cicero in legibus & Tuſculanis.Quintilianus libro tertio:Ne ieiuna inquit atq; arida traditio auerteret animos & aures præſertim tā delicatas raderet/hoc eſt offenderet fatigaretq;. Idem:Quaſi rabulæ inquit:qui ſibi diſerti nō uidenṫ:niſi oia tumultu & uociferatione concuſſerint.

Radula Rabula

Radere

Ex capite.xx.

IN ASIA QVæ FIt E PICEA ADMODū CANDIDA SPAGOS APPELLAṫ.Vetuſti codices Spargos. Quid ſi Epargos? ita.n.græce cādida ſignificanṫ.qd ſi Pſegas? quaſi a roratu ἀπὸ τοῦ ψεκάζειν. Itē:NOVē DIEBVS CōPLVRIMū PERAGIṫ.Legendū eſt Cū plurimū:ut duo uerba ſint. Itē:SVNT QVI EX VTRAq; CONDIRI VELINT.Vetus lectio:Sūt q' & ex Nitro quoq; cōditi uelint.Itē:NECNON ALIA QVæ Eſt MVLTA PICE NATVRA.Scribo Necnō alia æque multiplici natura:ex antiqs exēplaribus fere.Nā Romani codices:Nec eſſe aliā q̄ in multa pice naturā.Vtrū ſequare:liberū.Item:ASIA PICEm INDICā MAXIME PROBAT:GRæCIA PIERICā.legēdū puto Idicā ab Ida mōte Troadis unde pluria cōuehiṫ auctor The ophraſto.Itē:Et MIRAMVr NOXIA ESSE IN VITIū INCLINātes.Scribe:in uitiū inclinātis:ut ſit principiū ſequētis clauſulæ:Vini inqt in uitiū inclinātis & dubii ſiue fugiētis expimentū eſt lamellæ plūbeæ mutatus in eo color.Itē.PROPriū AVTEm INTEr RELIQVOS LIQVOres VINO MVLCESCERE Scribo Muceſcere.

Universidad de Deusto
Biblioteca

Ex cāpite.xxii.

SVCCO FRANGVNTVR VIRES. Legendum Sacco franguntur uires. Plinius libro.xv. Ad corrigenda inquit uina saccis ante perfusis.hoc græci quoq; σακκίζεσθαι appellant.nos Saccellare/Martialis. Item:TRICONGIA RARA GLORIA. Lego Tricongii. nota est historia:quāq; codices antiqui nō Tricongiū sed Torquatum legūt & hic & superius hoc ipso capite:quasi Nouellius Torquatus fuerit cui Tricongio cognomentum accesserit. Item:NIHILq; AD ELIDENDū IN PAVIMENtis SOMNVM EX VINO RELIQVISSE. Vetus lectio non Somnū sed Summū habet:hoc est postremum potum:ut sit sensus & hanc in bibendo legem fuisse/ ut quemadmodum primo potu plurimū haurire oportebat:ita nouissimo nihil ex uino relinquere quod elidi possit in pauimentis. est enim hic fere mos:ut a potu quod relinquū in cyatho uini substitit/excutiat & quasi elidat in pauimētis.

CASTIGATIONES PLINIANAE EIVSDEM HERMOLAI BARBARI EX LIBRO.XV.

Ex capite.i.

e XILIBVS TEGVLIS PEDE INCLVSO. Vetusti codices habent Regulis/non Tegulis.

Ex capite.ii.

OLEVM AC VINVM NON INVIDIt TANTVM. Legendum est:Oleum ac uinum inuidit tantum.nam sequitur:Satisq; gloriæ in messibus fecit.

Ex capite.iii.

ETIAM IN MACELLIS MVLTO IGNI QVAERITVR Vetus lectio nō in Macellis/sed in Cellis. Item:AB ALIIS BAMBIAE. A Theophrasto Phauliæ dicuntur:quæ minimo succo corpore sunt grandissimæ:pusillo quoq; nucleo. Item: NECNON ALIQVA OLEO SVO ET SINE ARTE SVA COMMENDATIONE PVRAE INNATANT. Vetusti codices Necnon aliquæ oleo suo sine accersita cōmendatione puræ innatant. Item: PVRPVREæ SVNT & IN IIS ET IN VVIS IN NIGRVM COLOREM TRANSEVNTIBVS POSIAE. Legendum Purpureæ sunt & iis ut uuis in nigrum coloré transeuntibus Posiæ.deinde sequitur:sunt & superbæ.

Ex eodem.iii.

CORTICE OLEAE CONCISAE ODORē ACCIPIT MEDICATIO ALIA VT VINO PALATI GRATIA NVLLA EST. Vetus lectio:Cortice Oleæ conciso odorem accipit medicati:alias ut uino palati gratia non est. nam sequitur:Nec tā nu merosa differentia/hoc est ut uino. Est autem odor medicati siue medicamenti/quod græce Pharmacodes appellatur.

Ex capite.iiii.

NOTVM EST MAGISTRATVS HONORI EIVS. Legendum est magistratus honoris eius / hoc est gymnasiarchas & Athletarum ludis præpositos. Ridendis qui ut aliquid dixisse uideantur:loco duorum uerborum Honoris eius/legendum arbitrātur Honorariis:ut ludis uidelicet subaudias:quoniam Tranquillus Honorarios ludos quosdam nominet. Cæterū meminisse oportet Honorarios ludos Romæ appellatos fuisse/ab honore uidelicet eorum qui munera ea populo edebāt. Honorariū quoq; ius:id est prætorium/ab honore Prætorum. Alioquin Honorarium uocatur idem fere quod munus præmii cuiusdam loco datum:ut est apud Vulpianum & iurisperitos alios. Vtinam non ut quicq; in mentem buccamq; uenit approbaremus. sed miramur nra quisq; nec scimus perdere.

Ex capite.v.

QVAM EARVM INFIMIS LOCIS OPTIMAM ESSE dicant. Lego Quam earum in iis locis optimam esse dicant/ex Catone. Item:PINGVI ENIM Et OLENTI VITIARI EIVS OLEVM. Varro & Cato scribūt Ostum nō Oleum. Codices sunt in quibus non Ostum sed Ortum legatur. Est autem Ortus apud eosdem scriptores suum singulis arboribus quasi domiciliū & cubile/certis inclusum finibus. Ostum uero est id quod ex uno facto olei purum purgatumq; relinquitur. Item:MVSCO PRAETEREA AC ROBORE INFESTARI. Apud Varronem & Catonem Rubro legitur non Robore. Plinius quoq; ab hinc tertio uolumie de morbis arboꝝ nocere inqt Cato ait & rubrū museū

Ex capite.vi.

OLEVM q̄ ACERBISSIMVM DIV OPTIMVM FIERI. Lego q̄ acerbissima/ex Catone:hoc est oliua. Item: FLAGIBVS. Cato Fracibus siue Fragibus. Item:VT FECES Et AMVRCA LIQVENTVR. Legendum Fraces ex eodē Catone. Item:FRVCTVS VOCANT. Legendum est Factus uocatur: ex Catone Varrone ue & antiquis codicibus.

Universidad de Deusto
Biblioteca

Ex eodem.vi.

QVOD VERO POST MOLAM PRIMVM EST FLOS FRVCTVS TRES GERMINI FOROS A QVATERNIS HOMINIBVS NOCTE ET DIE PREMI IVSTū EST. Legendum puto:Quod uero post molam primum est flos: hoc est uocatur.deinde sequitur:Factus tres geminosue a quaternis hominibus & cætera. Siue:factus tergeminos fere a quaternis hominibus & reliqua. Potest & legi: Factus tergeminos ferunt a quaternis hominibus die ac nocte premi iustum.Sed relego te ad Catonem Varronem Columellam ue: hoc mihi nunc occupatissimo non uacat.

Ex capite.vii.

ALII SCROTONEM.Legendum est Crotonem ex Plinio aliubi & Nicandro Theophrasto Dioscoride. Ité:AMYGDALINVM QVOD ALIQVI NEOPVM. Lege aut Netopum ut Hippocrates: aut Metopium ut Dioscorides. Paulus quoq; Amygdalinum inquit Metopion uocatur propter Galbanum quod Metopum in Aegypto dicitur:& in oleum hoc quandoq; additur. Item ALII CHAMAE MYRSINEM QVIA CORONAE HABET SIMILITVDINEM. Lego Alii Chamæmyrsinem: alii Acoron a similitudine.Dioscoridem & Plinium auctores habeo & exemplaria quoq; uetera fere. Item:BIS SINGVLIS PERMIXTIS.Legendum est Permixtum.

Ex eodem.vii.

FIT ET EX ASPHALTO. Legendum Aspalatho:ex Dioscoride ac Plinio aliubi.Est enim frutex Aspalathus:sed Asphaltum bitumen. Item:AVT GRAMINE HERBAE QVOD CORTINON.Legēdū puto Aut gramine herba quod Chortinon siue Agrostinon.Etenim gramē herba dicitur Agrostis:Chortos quoq; gramen in cōmune:sed fenum præcipue significat. Quod uero sequitur:E SESSAMA ET VRTICA QVOD AGROSTINVM.Antiqui codices Agrostinū non habent/sed loco eius Enetinum.Ipse Cnidinum lego ab urtica quam græci κνίδην uocant.

Ex eodem.vii.

SPONTE NASCITVR IN SYRIAE MARITIMIS Qđ ELAEOMELI VOCANT. Legendum uidetur non in Syriæ maritimis/sed ī Syriæ Palmyris. Dioscorides περὶ τὰ παλμυρὰ τῆς συρίας. nisi quis Plinium putet legisse περὶ τὰ τῆς συρίας ἅλμυρὰ hoc est in salsis maritimisq; terræ Syriæ locis: quod ego minime suspicari possum de tanto uiro.Cæterꝙ Palmyra lōge a mari absūt.

Ex capite.x.

TERTIVM APINVM PICEA SATIVA. Lego Tertium sapinum e Picea satiua. Etenim Columella nucem Sapineā appellat.is fructus ex picea satiua fit. de hoc plura in Corollario nostro diximus.Item:QVARTVM PITYIA VOCANT. Dioscorides & uetus lectio Pityida.Athenæꝰ etiā Pityina:Diocles inqt Carystius πιτυίμα κάρυα uocauit. Alexāder uero Myndius πιτυίμους κώμους.

Ex capite.xii.

NVLLIVS MAIOREM.Legendum Maiore:hoc est precio.

Ex capite.xiii.

POPVLARES EORVM MYXTAE. legendum Myxæ.Græci Myxa & Myxaria neutro genere appellant.

Ex capite.xiiii.

LANVGO EA OBDVCIT STRVTEIS QVIDEM PERSICISq; PLVRIMIS TAMEN PECVLIARE NOMEN DEDIt NVLLA ALIA COMMENDATIONe INSIGNIBVS.Forte legas:Lanugo iis obducta Struteis quidem Persicisq; plurimis & cætera.ut sit sensus:Lanuginem iis obductam peculiare nomē dedisse ut Lanata dicerentur:etiam si Persicis quoq; plurimis ac Cotoneis obducit.

Ex capite.xv.

NEC SPINAS INSERI QVANDO FVLGVRA EXPIRARI NON QVEVNT. Legendum Expiari. Simile habetur septimodecimo uolumine: Morus inquit Talea tantum quoniam in ulmo ea inseri religio fulgurum prohibet.Quod autem sequitur:FACILE QVOq; GENERA INSITA FVERVNT QVANDO TOt FVLGVRA VNO ICTV PRONVNTIANt: consuetudinis antiquæ reconditū sensum habet. Porro fulgura trium feruntur a Festo Pompeio generum:Postularia:Pestifera:Peremptalia. Postularia uotorum aut sacrificiorum spretā religionem desiderant.Pestifera mortem aut exilium denuntiant. Peremptalia superiorum fulgurum portentorumq; significationē perimunt uel abolent.Expiari uero & procurari fulgura & qđ sint eius rei nomina/uolumine naturalium questionum secundo Seneca plenissime Cæcinnam secutus:Facūdum hoiem nisi illū inquit Ciceronis umbra præcessisset.Vtiť & Trāqllus in Galba ꝓcurādi fulgura uocabulo.

Ex capite.xvii.

SPIRITV EXCLVSO AC SVRCVLO PICE. Addendū est Illito:ex uetustis codicibus. Item: VVA COA & BERRITIA SERVANTVr. Scribendū Berytia:ab oppido Phœnices Syriæ

Universidad de Deusto
Biblioteca

Beryto:qualis hodieq; nominatiſſima eſt.

Ex capite.xviii.

IVDEA RVBET.Legendum Idæa ex Theophraſto:qui & Alexãdrinam quoq; uocat hanc ab Alexandria non Aegypti ſed Troadis ubi mons eſt Ida : quemadmodum & ſuperiore libro de uite Alexandrina diximus. Item:CALLISTRVTIAE PARTIM SAPORE PRAESTANTIORES. Vetus lectio Parum non Partim.Item:NAM ALEXANDRINAE ENIXIORES.Antiqua exemplaria non Enixiores/ſed Enixe gliſcendo. corruptum & hoc.proinde cogitandum eſt ecquid legi poſſit:Alexãdrinæ uix ſunt ueſcendo.Etenim Theophraſtus ſapore Meſpili affirmat eas eſſe. Item:SEROTINAE ET A CORIO APPELLATAE DVRO. Quidam legunt Scrotinæ a Scroto:quod pellem & corium ſignificat.Sed placet Serotinæ:ut ſit ſenſus:ſerotinas eſſe ficos/quæ a corio duro Duricoriæ uocantur.De Duricoriis Macrobius. Item:TARENTI TANTVM PRAEDVLCES NASCVNTVR:QVAS VOCANT ONAS. Lectio antiqua nõ Onas ſed Omas:hoc eſt crudas & ὠμὰς:quoniam prædulces ſunt ſtatim cum naſcuntur nondum percoctæ ſolibus.Erat & Palmarũ in Cypro genus unum:de quo Theophraſtus uolumine de ſtirpibus ſecundo:Fructus inquit in ea non matureſcit/ſed crudus admodum ſuauis ac prædulcis eſt.

Ex eodem.xviii.

EADEM AVTEM FORTVITO SATo ADIVVIt IN MEDIO FORO:QVASI SIDENTIA IMPERII FVNDAMENTA OSTENto FATALI QVAE CVRTIVS MAXIMIS BONIS HOC ESt VIRTVTE AC PIETATE AC MORTE PRAECLARA EXPLEVERAt. Tria errata ſenſum huius clauſulæ conturbant.Primum eſt in uerbo Adiuuit quod legere oportet Aduiuit/non Adiuuit. Secundum in uerbo Quaſi:quod legendum eſt Qua/hoc eſt qua parte. Tertiũ in eo q; relatiuum Quæ/ſuperfluit:Nec in uetuſtis exemplaribus habet ullis. Nota eſt hiſtoria de Curtio.

Ex capite.xix.

ANVSq; DISTILLANT GVMMI LACHRYMAM SICCANt.Forte legas Siccantur:ut initium ſit alterius clauſulæ.Deinde ſequitur:Honos laudatas & cætera. Quod uero dicitur Gũmi lacrymam:ſenſum habet talem:Fici anus factæ lacrymã gũmi ſimilẽ diſtillant. Itẽ:SALIS SICCATIS ET CASEI LOCO

VESCI.Lego Sale ſiccatis & reliqua. Item:EX HOC GENEre SVNT VT DIXIMVS CASTANEAE ET CARICAE. Legendum Coctana & Caricæ.de qbus ſupra.xiii.uolumine.

Ex capite.xx.

TERTIVM DEGENERAT ANTHEDONI TAMETSI SIMILIVS QVOD GALLICVM VOCANT. SETANiæ TAMEN MAIVS POMũ CANDIDIVSq; ACINI MOLLIORE LIGNO ANTEDONI CAETERIS MINus POMVM.Lego:Tertium degenerat Anthedone:quippe quod Theophraſtus ἀμυγδαλοειδὲς appellet:hoc eſt Anthedoni ſimile.deinde ſequitur: Tametſi ſimilius eſt quod Gallicum uocant.Setaniæ maius pomum candidiuſq;/Acini molliore ligno : cæteris minus pomum:ex Theophraſto.

Ex capite.xxi.

ACRI ODORE ET SVAVITAte IVCVNda.Theophraſtus Acri odore nec ſuauitate iucũda.Item:ADDITA MASTICHE AC PICE BRVMA.Codices antiqui non Bruma/ſed Brutia.Deinde ſequitẽ:Aperiri uetãt & reliq̃.Item de Sorbis:QVIBus CIRCA PEDICVLOS FOLIA.Vetus lectio:Quibus circa pedicu-los tenera folia.

Ex capite.xxiii.

TORRERE HAS IN CIBIS GRATIVS MODVLANtũ LATVRAS PRAESTANTI IEIVNIo FOEMINARVm QVANDAM IMAGINẽ PANIS.Deprauatus eſt locus peſſime. corrigendum puto ſic : Torrere has in cibis gratius:molitura etiam præſtari ieiunio fœminarum quandam imaginem panis. Molitura uero id eſt molendo eas.

Ex capite.xxiiii.

TINGVNt MANVs SVCCO.MATVRæ RVVNt.ACERBAE MINIMVM.Lego:Tingunt manus ſucco matura. deinde ſequitur:Eluunt acerba.deinde ſequitur:Minimum in hac arbore ingenia profecerunt & reliqua . Item : NEC ALIO MODO q̃ POMPEII MAGNITVDINE DIFFERVNt . Scribendum puto ut Romani habent codices:Nec alio modo q̃ pomi magnitudine.Item:VNEDONI.QVOD SOLVM POMVM SIMILE FRVTICI TERRAEq; GIGNITVR. Lego:Fructui terræ gignitur:hoc eſt fragis terreſtribus.Nihil enim fere tã eſt Vnedoni liue Arbuto ſimile q̃ Fraga.Ob id ſunt qui Fraga in Ouidio montana interpretentur Arbutos ad differentiam terreſtriũ : quæ Plinius e Quinquefolio naſci prodit.Sed uerius eſt ex herba Fragaria quæ trifolia eſt/non quinquefolia.

Universidad de Deusto
Biblioteca

Ex capite.xxviii.

SVCCO VVAE Et CARICAE.Vetus lectio non Caricæ ſed Caryotæ.Plinius decimo uolumine de Palmis:Caryotæ inquit maxime celebrantur & cibo quidem ſed & ſucco uberrimæ.

Ex capite.xxix.

LIBAE OBTINENs VICEm.Scribunt uetuſti codices non Libæ ſed Illam/hoc eſt piperis:de quo ſtatim dixerat. Item:PRiMVm CELCEi IN HELPENORis.Domitius Circeis ex Theophraſto & uetuſtis fere codicibus.Item:VENEri MYRTEAE:QVã NVNC MYRTiã VOCANT. Lego Veneri myrteæ quã nũc Murtiam uocant ex Feſto Liuio Plutarcho Varrone Cornelio Nepote de uiris illuſtribus:qui tamen liber Plinio Cæcilio contra fidem inſcriptionum ueterum a pleriſq; tribuitur.De hoc in Scolymo docuimus.nam Murcea dea Socordiæ eſt ut ſtrenua/ageronea ſtimula induſtriæ:Pomponius & Auguſtinus auctores. nam cum Metas murtias Appuleius libro ſexto dixit:Veneri dicatas intelle xit. Quidam montem Auentinum ideo Murtium uocari tradunt q̃ e lapidibus uelut muro conſtructus:non a dea Murtia nec a figlinis.Ammianus quoſdam ſolitos in Italia uitandæ gratia militiæ pollicẽ præcidere Murcos inquit uernacula uoce nominatos. Plautus:Murcide inquit homo pro inerti & lãguido.Item:CANDIDAm NIGRAm CONIVGALEm. Cato non Coniugalem ſed Coniugulum.

Ex capite.xxx.

EST ET CHAMAEDAPHNE SYLVESTRIS FRVTEX ET ALEXANDRINA.Vetus lectio diſtinctior:Eſt & Chamædaphne ſylueſtris frutex/eſt & Alexandrina:ut duo uidelicet genera intelligas : Alterum eſt Chamædaphne:quam Latini Laureolã appellant.Alterum Laurus Alexandrina : ex Plinio Galeno Dioſcoride.Item:ID QVOQVE QVOD DANAIDES VOCATVR.Lego Daphnoides:ex Dioſcoride Galeno cæteris. Itẽ:EVPTALON.Legendum:Eupetalon ex eodem auctore . Item: CEPHALON ALEXANDRi.Codices antiqui Stephanon Alexãdri.Etenim laurus quædam Alexandrina dicitur & Stephane:cui quadantenus ſimilis eſt Daphnoides.

Ex eodem.xxx.

EX CVIVS GVSTATV ACCENDATVR OS THVRis. Dioſcorides : Ex cuius guſtatu inquit accendatur os atq; guttur. Item:ADDITVR LITTEris ET MILITVM LANCEIS. Lego:Additur Lituis & militum lanceis . Item: CVM PACTA ESSET ILLI CAESARI.Lego illa/non illi:ex Suetonio.

Ex eodem.xxx.

QVONIAM TENENTEM ROSTRO LAVREVM RAMVM.Lege:Quoniam teneret:alias ſenſus fluctuat. Quod autẽ non multo poſt dicitur:Vnius arboris latina lingua nomen imponitur uiris. Verum oſtenditur uel ex Ciceronis Liberto/qui Laurea Tullius appellabatur:cuius primo &trigeſimo uolumine carmen refertur de calidis Ciceronianæ uillæ fontibus.

CASTIGATIONES PLINIANAE EIVSDEM HERMOLAI BARBARI EX LIBRO.XVI.

Ex capite.ii.

t ERRA CIBOS ET RIGENTIA SEPTENTrione VISCERA SVA VRVNT.Sunt codices q̃ habeant:Terra ciboq; ſed rigentia ſeptentrione uiſcera ſua urunt:hoc eſt loricant ſe luto cõtra frigora. Nec aliter rigentes artus calfaciũt q̃ foris terra/intus cibo. Vel ſic:Terra ſibi os & rigẽtia ſeptentrioe uiſcera ſua urũt.Sed & ſi legas:Terra cibos & rigentia ſeptentrione uiſcera ſua urunt:ſenſus erit:Siccatum uentis lutum pro ligno ipſis eſſe/cibos ita coquẽtibus & algentia quoq; membra confouentibus.Hodie quoq; maior pars accolarum eius Oceani terram urunt pro ligno . id ipſi quoq; uidimus. Adeo non ferendi ſunt:qui non captum manibus lutum ſed Lotum ſcribi iubent:& ad piſcem referunt.ceu non aliæ quoq; gẽtes piſcem captum eluant. Nec ad hunc locum pertinet quod Põponius Mela tradit : qui Mæotidis inſulas inhabitant/carne magnorum piſcium ſole ſiccata & in puluerẽ cõtuſa pro farre ueſci.

Ex eodem.ii.

ALIVD IN SILVIS MIRACVLVM IN TOTAM RELIQVAM GERMANIAM REFERVNT.Vetus lectio cõmodior : Aliud e ſyluis miraculum:totam reliquam Germaniam replẽt:hoc eſt ſyluæ.nã & ſequitẽ:Addũtq; frigori umbras altiſſimæ.

Ex capite.iiii.

SICTIVS DENTATVS.Lego Sicinius dentatus:ex Plinii ſeptimo uolumine.

Universidad de Deusto
Biblioteca

Ex capite.xv.

ACCEPTA LICET VTI PERPETVO LVDIS.INDVENTI SEMPER ASSVRGI. Vetus lectio non Ludos induenti: ſed Ludos incunti.

Ex capite.vii.

MILACES A QVIBVSDAm GRAECIS DICTAE. Theophraſtus Smilaces.Sunt quidem & Milaces:ſed alterius tamen generis:ut notabimus:quas & Smilaces quandoq; dicimus.Et infra: ITEm COMPLECTENTE FOLIA. Diſtinguendum eſt ita ut uerbum Folia/principium ſit clauſulæ. Et infra:ATq; CARBONE DOTAta.Legendū eſt:At quæ carbone dotata:ex Theophraſto.

Ex capite.viii.

FERT ET ALIAm VTILEm PILVLAm. Legendum Inutilem:id eſt ἄχρειον ex Theophraſto.Propterea ſequitur:Tamē meſligeri ſucci:id eſt μελιτηρίου χυλοῦ.quis inquit inutilis ea ſit:melleo tamen ſucco fertilis eſt. Item:GIGNVNT ET ALII RAMORVm.Theophraſtus non Alii/ſed Alæ.i.μασχαλίδιον.

Ex eodem.viii.

ALIQVANDO ET CVLICES GIGNIT. Theophraſtus Pumices.non q; non & culices in pilulis uiſantur/ſed q; de culicibus poſt dicitur:quos ille μύιας hoc eſt muſcas uocauit.Item:MATVRESCVNT IN MODVm.Theophraſtus:Indureſcunt in mo

Ex capite.ix.

CANCHRYN.Lege Cachryn:ex Theophraſto. Theodorus hanc Amentum conuertit. Item: MVSTOSO VILLO. legendum muſcoſo.Etenim Græci hoc genus Bryon uocāt:ex Plinio Dioſcoride q;. Item: NVNC IN ITALIA TOTA NASCITVR: AVT IN GALLIA OMNINO.Vetus lectio:Nec in Italia tota naſcitur aut in Gallia omnino.

Ex capite.x.

BVXVS PYRENAEIS AC CYTHERO MONTIBVS PLVRIma. Scribendum eſt Cytoro:ut illud Catulli:Cytori buxifer.De hoc monte & libro ſexto Plinius & tertio ſuo Theophraſtus καὶ γὰρ τὰ κύτωρα τοιοῦτον οὖ πλέθρα πύξου γίνεται.

Ex capite.xi.

PRAEDICTIS PICEm.Lege:E prædictis picē.Res omnino parua:ſed quæ lectorem moret.ſicut & illud quoq; paulo ſupra:SYLVARVm CERTE DISTINGVEBANTVR INSIGNIBVS.nō.n.Diſtinguebanē/ſed Diſtinguebat ſcribēdū erit:hoc eſt ipſa Roma.idq; ſequētia mox declarāt.

Ex eodem.xi.

QVAS SVBVLOS VOCANT.Cur non Strobilos:ex Dioſcoride ac Galeno:quibus proprie tamen Strobili ſunt arbores nucleos pineos ferentes & ipſi quoq; nucleiſquos & Coccalos Græci appellāt.Nam & carduus is qui mandit fere iā ubiq; Scolymos græce dictus in latino ut ait Dioſcorides Strobulus uocat ex hac ſimilitudine:quia nucis pineæ ſpeciem præſentet.

Ex eodem.xi.

ET INDE FRAVS SAEPISSIME ASIAE. Legēdum:Et inde fraus Seplaſiæ.Nam & codices antiqui habent Sepraſiæ.& Plinius libro quarto & trigeſimo mentionem habet huius uerbi. Exat & apud Ciceronem & Pedianum & Auſonium poetam uocabulum. Erat autem Capuæ uicus hoc nomine ubi odores & medicinæ uendebantur. Item: INCORRVPTA VIS HVMORI CONTVMAX. Quidam legunt:incorrupta uis & mori,contumax.Sed poteſt & humori contumax legi.&enim Plinius hoc ipſo libro:Larix inquit in humore præcipua. Item: SEXTVM GENVS E TEDA.Legendum uidetur Sextum genus eſt Teda.

Ex eodem.xi.

QVAM GRAECI STACTEN VOCANT ODOris GRAVISSIMI. Theophraſtus & antiqua lectio Sycen non Stacten. quare & Theodorus conuertit ficum.Item:TOTAq; HORRIDIOR EST Et PERFVSA RESINA: ſcribēdū forte Rotaq; horridior eſt & perfuſa Reſina: ex Theophraſto qui dicit κῶμος. Codices certe antiqui non habent Tota/ſed Torta:ut argumentū ſit mendoſæ lectionis. Item: RADIX VSTIS RADICIBVS NON REPVLLVLAT VT IN LESBO ACCIDIT INCENSO NEMORE PYRRHEO.Legendum Larix uſtis radicibus non repullulat Picea repullulat ut in Leſbo & reliqua:ex Theophraſto ad uerbum. Item:HANC SESTIVS SIMILACEM. Lego Smilacem.

Ex capite.xii.

IGNI EXTRA CIRCVNDATO FERRO. Legendum non Ferro/ſed Terra:ex Theophraſto. Item:FERVENTIBVS COACTA LAPIDIBVS.Scribo Cocta potius q̄ Coacta. Item: VELVT IN CARBONIS VSV.Quidam fingunt in ſuis codicibus haberi Viſu: ut correxiſſe uideantur Vſu. Quod ſi non finxere/teſtari tamē oportuit/in Venetis & Romanis exemplaribus non Viſu/ſed Vſu/recte ſcriptum fuiſſe. Item:HOC IN SYRIa

Universidad de Deusto
Biblioteca

CEDRVM VOCATVR. Lego Cedrium ex Vitruuio aliisq;.

Ex capite.xiii.

ZOSIPPAM. Lego Zopissam ex Dioscoride ac Plinio aliubi. Ea uox utiuam picem significat. Item: PICEM CVM CAETERA. Lego Picem cum cera: iisdem auctoribus. Et infra: ITEM INTEDa. Theophrastus Item teda: hoc est in ulcus fluit. Itē: QVONIAM IN INFERVM ABEAT. Lego: Quoniam in serum abeat: ex Theophrasto qui scribit ὀππος.

Ex eodem.xiii.

INTER HAEC GENERA PROPRIVM QVIDAM FECERE SATIVVM. Lego Sapium non Satiuum: ex uetustis exemplaribus & inscriptione huius capitis &. L. Columella & superiore libro: Qualis inquit dicta est in nucleis: hoc est mentione de nucleis pineis. Item: SATIVI AVTē MATERIES CAESARVM E GENERE FIT SICVTI DOCEBIMVS. Vetusti codices hoc quoq; loco Sapium non Satiuum: hoc modo: Sapium autem materie cæsa regenerataq; fit: sicuti docebimus. ut hunc sensum habeat: Picea cæsa regenerataq; trāsit in Sapium. Sed ubi hoc dicatur Plinio: quærendum.

Ex capite.xv.

E QVIBVS VINCVLA TILIAE EVOCANTVR. Lege nō Euocantur sed Vocantur: unde fasciæ Tiliaceæ. Iulius Capitolinus de Antonino Pio: Cū senex inquit & lōgus esset incuruareq; tiliaceis tabulis in pectore fasciabatur. Aristophanes Cinesiam eodem remedio utētem: Phyliræū poetā uocabat. Sed ex aliis quoq; arboribus Tiliæ dicuntur: ut. xxiii. uolumine monstrabimus. Tilia uero propie arbor hæc est quam græci Phyliram appellant. Itē TENVISSIMVM EORVM PHYLIRE CORONARū LEMNICIS CELEBRES. Legendum non Lemnicis sed Lemniscis. Habet autem uetus lectio non Eorum/sed Corium. De Lemniscis & Græci & Latini auctores promiscue. Plinius quoq; primo & uigesimo uolumine. itē Festus: sed Laniscos quasi a lana. de quo sunt qui Propertianum illud interpretentur: Terq; focū circa la-

Ex capite.xviii. Æneus orbis est.

SAMARIAM. L. Columella & Plinius uolumine sequēti Samara non Samariam.

Ex capite.xxi.

ET QVAMVIS HERBA DICATVR SABINA RHODODENDRON VT NOMINE APPAREt A GRæCIS VENIT. Quidam legūt Sabine/hoc est lingua Sabinorum: qbus

non accedo. etenim sensus est: Rhododendron Sabinā herbā dici. Cū tū in Sabinis primū orta nō uideat ex ipso nomine quod græcū est. In quo scire oportet aliud quoq; frutícis siue arboris genus Sabinā herbā uocari: quod græce Brathy notetur uulgo notissimū Item: NERVIN VOCARVNT ALII RHODOPHANem Legendum est ex Dioscoride ac Plinio: Nerion uocarunt alii Rhodophnē: quam. L. Appuleius rosam lauream appellat.

Ex capite.xxii.

ANDRACHNE. Scribendum Adrachne. nam Andrachne arbor non est sed herba portulaea. De hoc in Corollario nostro fusius: & tertiodecimo libro Plinius.

Ex capite.xxiii.

CROTONI QVAM Et CINū DIXIMVS. Legendū est non Cinum sed Ricinum: ex Dioscoride ac Plinio superiore libro. Item HVIC NIGRAE QVæ ET CROTONI FOLIA IN IVVENTA CIRCINNATæ ROTVNDITATIS SVNT. Theophrastus: Huic nigtæq; & Crotoni folia & cætera. Item: VT VILLI. Fortasse Iuli. Ferunt inquit Theophrastus arbores Nonnullæ Iulos suos hoc est lanugines. Plinius: Ferunt inquit & uellanæ Iulos compactili callo ad nihil utiles. Sūt autem Iuli nō flores proprie/sed qui antecedant ut in fico grossuli. Erit ergo sensus: euolare populo candidæ lanuginem quasi quendam Iulum.

Ex capite.xxvi.

EAQVE ANIMA INFERENTE OMNIBVS SATIS. Legendum Animam.

Ex capite.xxvii.

SVMAS E FORTISSIMIS QVAE SIT TANTA DIFFERENTIA AB EODEM GENERE. Scribendum est: Cū maxime fortissimis quoq; sit tanta differētia ab eodem genere: Theophrastus auctor duobus locis/unde Plinius hæc ad uerbum sumpsit libro eius tertio. Item: FIVNT VERO QVAEDAM ET LOCI VITIO INFRVCTVOSA VT IN PHARO SYLVACENDA QVAE NIL FERT. Vetus lectio cōmodior: Fiunt uero quædam & loci uitio infructuosa: ut in Paro sylua Cedria quæ nihil fert.

Ex capite.xxviii. de Biferis & Triferis.

HOC AVTEM EVENIT PERPETVO IN FRAVENENSI AFRICAE AGRO DE QVO PLVRA ALIAS. Plinius. xviii. libro nō Frauenensi sed Tacapensi: Ciuitas inqt: Africæ i mediis sita arenis Syrtes petētibus Leptin quæ magna uocaē

Tacape fœlici ſuper omne miraculum riguo ſolo. Et paulo poſt: Super omnia eſt biferam uitem bis anno uindemiare & niſi multi plici partu exinaniatur ubertas / pereant luxuria ſinguli fructus. Vna tamen dubitatio relinquitur: q̃ bifera uitis ibi dicitur hic trifera. Sed potuit id hallucinatione Librariorum contingere. Alioq ſi trifera eſt & bifera ſit oportet. aut certe bifera eſt omnis quidem ibi/ſed ut trifera tamen ſit aliqua. De urbe Tacapa in ſitu orbis & Plinius & Ptolomæus & Antoninus.

Ex capite.xxxiii.

QVIDAM NON ALTIVS DESCENDERE RADICES q̃ SOLIS RADIVS TEPEFACIAT. ID q̃ NATVRA LOCI TENVIORES SIVE GRAVISSIMAs DIXERE. Loco uerbi Graui limas/lego Craſſiſſimas & melius fortaſſe Craſſiores.

Ex capite.xxxiiii.

METa IN FASTIdiũ CONVOLuta. Lege Faſtigiũ/nõ Faſtidiũ

Ex capite.xxxv.

QVI VOCANTVR CORYMBI. Theophraſtus: Quæ uocant Corymbiæ. Item: SILENICIVM. Idem auctor Silenitium per.t. Item: IN ALIO GENERE DIVERSA OMNIA. Quidam legunt non in alio/ſed in albo genere. Tria enim Helicis diſcrimina/Herbaceum/Candidum/Verſicolor. Sed ſi Theophraſtũ adire ſuſtinuiſſent/ haud ita multis locis Plinianæ lectioni uulnera inferrent. Proinde cuſtodiendum eſt uerbum In alio: ut ſit ſenſus: Herbacei duo eſſe genera: in uno tenuiora folia & digeſta atq; denſa. in alio diuerſa omnia in minus hoc eſt minus tenuia/minus ordinata/minus denſa. Theophraſtus.

Ex capite.xxxvi.

SIMILACEM. Legendum Smilacem: unde Smilaceas coronas poetæ. Ouidius: Et crocon in paruos uerſum cum Smilace flores. Nã qui Smilacem hoc loco ſcribi poſſe negant / ſed Milacem contendunt: minime id facerent/ſi Galenum legiſſent affirmantem ueteres modo cum.s. modo abſq; .s. Milacem & Smilacem dixiſſe: quẽadmodum Trygnon & Strygnon. Item: COMPLEXA ACINIS MAIORIBVS NVCLEOS VNDENOS MINORIBVS SINGVLOS. Theophraſtus: Complexa acinis maioribus nucleos binos & ternos/minoribus uero ſingulos.

Ex capite.xxxvii.

CIRCA ANAETICVM LACVM. Crediderim Anaiticum ſiue Anæiticũ ſcribi poſſe ab Anæa q̃dẽ urbe Cariæ cõtra Samũ: unde

Anæus Menelaus Peripateticæ familiæ/hiſtoriarũ quoq; ſcriptor egregius. Proinde oppidanos eius loci Thucydides Anaitas pronuntiat tetraſyllabos: meminit & octauo. Ephorus Anæos ut nomen urbi Amazonum una dederit quæ Anæa diceretur. Ergo lacus hic & Anæiticus & Anæus uocari potuit. de quo forte Plinius ſecũdo libro: Lacus inquit Anæus in Aſia Abſynthio circumnaſcente inficitur. quoniam uetus ibi lectio non Sanaus ut nunc: ſed Annaus quaſi pro Anæus habuit. De Anæitica uero Lydorum Armeniorumq; dea & de præfectura quadam Armeniæ Anaitica per quam Euphrates labitur/aliubi dictum.

Ex eodem.xxxvii.

LEVI FASTIDIO. Legendũ Faſtigio. Itẽ: QVIPPE Nõ EADẽ GRAtia BELGICis Hæc & CRETICis CõMENDAtiõibus. legendum puto: Quippe non eadem gratia Bellicis hoc eſt Creticis cõmendatioribus. ut ſit triplex mendã. Moueor q̃ Belgicæ arundines ad commiſſuras nauium ferruminandas ſtuppæ officium ac uicem tantum replent inquit Plinius. Moueor & Theophraſto Creticum calamum dicente: qui & Toxicos/id eſt bellicus & ſagittarius inquit uocetur. Moueor & uetuſtis exemplaribus: quæ hoc loco Bellicos non Belgicos ſcripſere. non q̃ Sagittarius omnino ſit Creticus: ſed q̃ Creticũ inter Sagittarios ſiue Bellicos exceptis Indicis cõmendatiſſimum putauerit antiquitas. Suum genus inquit Plinius Sagittario calamo/ut diximus: ſed Cretico longiſſimis in/ternodiis.

Ex eodem.xxxvii.

VALIDA LACONICIS ET AB VNA PARTE DENSIORA. Theophraſtus: Varia Laconicis & ab ima parte denſiora. Item: EST ET IN ITALIA NASCENs ADARCHA NOMINE PALVSTRIS E CORTICE TANTVM. Hoc loco Plinio accuſant aliq; q̃ Adarcã putauit genus arũdinis: cũ tñ non arundo ſit adarca/Dioſcoridi Galeno cæteris. ſed ſpuma eius/& ſal ſilago quædã paluſtris/medicinæ utilis. At Plinio nõ hoc dicit/arũdinẽ paluſtrẽ eſſe adarcã: ſed e cortice paluſtris arũdinis naſci adarcã ſub ipſa eius coma: q̃d & li.xxxii. mõſtrat aptiſſime iiſdẽ fere uerbis. De Adarca &.xxi.li. docet cũ Sinapi. Verbũ aũt Paluſtris non recto caſu capiẽdũ: ſed paterno: id/q̃d eos fefellit/q negociũ Plinio

Ex eodem.xxxvii.

faceſſunt.

NON SILENDOS EX RELIQVO CVRAE MIRACVLO. Legendum eſt nõ Silendo & reliquo curæ miraculo: ut ſit ſenſus. Prætereundum ſilentio non eſſe quantũ curæ ueteres in tibiis

explorandis & concinnandis adhibuisse uideantur:quod & Theophrastus unde sumpta sunt hæc/late persequitur. Item:ET CANORæ TIBIæ IPSæ EDVCENDæ. Legendum:Et canere tibiæ ipsæ docendæ. Aut sic:Et canore tibiæ ipso educandæ. Theophrastus Tibias inquit διδάσκεσθαι προαυλήσεως.

Ex eodem.xxxvii.

APERTIORIBVS EARVM VNGVLis. Theophrastus Ligulis διὰ τὸ καταστήματα ἧσσ γλώττας ἰσχειν. Item:SED TVNc EX SVA QVAQVE. Theophrastus non Quaq;/sed Quanq;. Item:CONCORDARI AMICITIAM. Cato:Cõcordare enim amicitiam. Item:SALICIS VERO QVA NVLLA AQVATICARVM VTILIOR LICEt POPVLI VITIBVs PLACEANT: ET CECVBVM DVCANT. Lego ut principium sit capitis sequentis. Addo & illud:quosdam hic non uitibus legere/sed Vitilibus:propter illud Catulli:Lentaq; sorore Phaethõtis.

Ex capite.xxxviii.

ALTERAM NICELINAM A COLORE. Vetusti codices habent Italinam: & quãdoq; Vitellinam:quasi a luteo colore:qualis est uitelloꝝ oui. Item:PROXIMEq; EXISTIMANTI HOC VIDEAt ESSE QVOD INTERIORE MVNDI PARTE PARI SVNT PAPYRI VSV. Quid si legas:Proximeq; æstimanti hoc uideant esse quo in inferiore Nili parte papyri sũt usu:hoc est ἐν τῇ κάτω χώρᾳ Αἰγύπτου ad ipsum Delta: quoniam & sit altera quæ superior ibi dicitur. Strabo:Biblos inquit hoc est Papyrus non multa eo loci colitur/sed in inferiore ipsius delta parte: præstantissimo uno eius genere/quod Hieraticum appellant. hinc charta Plinio quoq; Hieratica. Item:TENVIOR EST q̃ CAETERA. Dioscorides:Tenerior est q̃ cætera. Itẽ:SAMBVCI. Poetæ/ut apud. Q. Serenium/Sabuci correpta prima.

Ex capite.xl.

LARIX FOEMINAM HABET. Legendum Fœmina:ex Theophrasto:quia non mas Larix sed fœmina hoc quod Aegis uocatur habeat. Item:IDEMq; MOX NISi IN TRIMESTRi LVNAq; DIMIDIATA NE TANGAS MATERIAM. Lego: Idẽq; mox intermestri luna atq; dimidiata. Est aũt Intermestris luna idẽ qđ interluniũ & lunæ coitus. Hãc sniam cõfirmat & Varro Itẽ:DIEBus QVAtuor PROXImis:QVIBus LVNa PLENA FVErit OPTIMe EXIMit. Varro:diebus septẽ nõ q̃tuor. Græci quoq; δι' χρόνου ὀνησιν μετὰ τὸ παρσέληνον cũ Varrone sentiẽtes.

Est autem Dichotomos idem quod dimidiata siue diuidua: qualis septimo quoq; die non quarto post plenum orbem Luna uisit.

Ex eodem.xl.

COMMVNI AB HIS PINO. Quidã legũt Cõmunio his Pino. Item:FABROꝝ INTESTINA OPERARiA. Lego Opera nõ Operaria:ex Vitruuio & Plinio. Forteq; non Fabrorum legas/sed ad fabroꝝ. Item:IDEO ROMæ INFERNA ABIES SVPERNATI PRæFErt. Legẽdũ nõ inferna/sed infernas:ex Vitruuio. Infernatia inquit ligna sunt quæ ex Appenino parte qua inferum mare spectat/ceduntur:Supernatia e diuerso. Item:IN GALLIA CIVRIBVS. Legendum est iuribus. ita enim ibi mons uocatur ut constat:de quo & alibi quoq; dictum.

Ex eodem.xl.

DETERIORES ENEATICA ET ARCADICA. Quid si legas Deterior est Attica & Arcadica? Etenim ubinam gentium sit Eneatica/non comperi. Videor locum hunc in Theophrasti tertio legisse. uerba non memini.

Ex capite.xli.

DELIBATORIO. Suetonius in Claudio Diribitorium appellat: itẽq; Dion græcus auctor διειρβετώριον. ut dubitari præterea nec possit nec debeat: etiam si nemo eorum/quale id esset/explicauit. In antiqssimo aũt latino lexico:in noricis:Pomponio Læto referẽte/scriptũ erat/Diribitoriũ a diribendo hoc est distribuẽdo noiatũ fuisse:qa locus esset in quo recenserent exercitus & stipendia militiæ numerarent:ut diribere sit qđ græce διαρέμειν χρήματα. id aũt munus in quinctiis curatores Cæsaris obibãt:Strabo auctor. q & militare Logisterion locũ uocari tradit in relatiõe Syriæ nõ dissimilẽ fortasse ab eo qđ nos Diribitoriũ. Cicero de reditu suo ad Senatum:Q ñ inqt ulla dignitate tot rogatores diribitores custodesq; uidistis? hoc est diuisores distributoresq;/q inter tribus uiritim pecuniã diuiderẽt:quos Plautus ĩ Aulularia curiaꝝ magistros appellauit:qui distribuerẽt inquit argẽti minas in uiros. nã & Pedianus Asconius quærere id solet:nũqđ tribus legittimos aliquos habuerit diuisores suos. Erãt & in petitiõe honoꝝ munia & dictata gratiosis quibusq; sua partirentur:ut apud Ciceronem legitur. Ausonius ad Gratianum de Consulatu suo: Nihil inquit cum sequestre deposui/cum distributore nihil pepigi. Distributorem uocauit ipse quem Cicero Diribitorem. Ex hac similitudine structores epularũ & omnino præpositi negociis uocabulum id quandoq; accipiunt.

Universidad de Deusto
Biblioteca

Appuleius ſecundo libro fabulæ Mileſiæ:Frequẽs inquit ibi epulonũ diribitores pluſculi/ſplẽdide amicti/fercula copioſa:ſcitule administrata:pueri calamiſtrati:pulchre idũſiati. Ammian⁹ li.xviii. Dũ hæc inqt i caſtris Conſtãtii quaſi p luſtra agunt & cœnã & diribitores uenũdatæ ſubito ptãtis preciũ p potiores diffundit.

Ex eodem.xli.

CASTRACEO. Scribendũ Caſtratio:id eſt euiratio debilitatioq;. Iem:INDiCARVM CEDRORVM.uetus lectio fere Idicarũ: quaſi ab Ida Troadis monte:ubi plurima eſt auctore Theophraſto aut Cretenſi.Sed cum Cedrus in Africa ſit uel laudatiſſima:ut hoc ipſo libro Plinius teſtat:nõ magnope uideo quãobrem Idicas magis q̃ Numidicas legi debeat.q̃q̃ ueteres p mõtanis qbuſcunq; ſumunt Idicas:cuius rei frequens eſt Nicandri teſtimonium.

Ex capite.xlii.

CVLICIBVS VERO SIMILES TRIPHAS.Lego Tripas.Et enim uermiculus lignarius Trips uocat: & ita inflectit hoc loco. Theophraſtus Tripas nõ triphas dicẽdo. Infra quoq; TILO:ſcribendũ eſt Tylo:ut in orbis ſitu diximus li.vi.Item qd̃ legit in quibuſdã Romanis codicibus PARIũ TIGRIũ MACVLIS. Scribe Varium/non Parium.

Ex capite.xliii.

POPVLVS CONTra OMNIA INFERIORA PANDit.Legendũ nõ Pandit/ſed Pandat.Itẽ:QVOD IN ANDRO ACCidit.Theophraſtus:in Antandro.Itẽ:Vt FINDat ANTEq̃ SOLIDA Eſt.Lego:Vt findat ante qua ſolida eſt: Theophraſtus.

Ex capite.xlv.

IN VELITERNO AFRICANI PRIORIS MANV SAtæ OLIVæ.Quidã Literno potius/q; ibi Africanus exularit. Itẽ:IN CAPHiæ ARCADiæ LVCO. Theophraſtus libro quarto:In Caphyis Arcadiæ luco.item Polybius. Sunt autem Caphyæ urbs Arcadiæ patris Anchiſæ nomen habens qui Capys appellabatur. alii a Cepheo dictã putant/auctore pauſania.Item:IVXTA VRBEM AVTEM QVERCVS IN ILI TVMVLO. Idem auctor eodẽ loco Phagos non Quercus.Item:IOVIS STATIVi Lectio antiqua nõ Statiui ſed Stratini.& ſane appellatio græca ſit oportet/nõ latina:ſi eo tractuſi quo heraclea & portus Amyci fuere hoc eſt i Bithynnia. Militaris uero dictus eſt fortaſſe Iupiter:quoniã Daſcylũ eius loci regem militia iuuiſſet Hercules:edomitis ut Aopllonius poeta ſcribit/oibus finitimis.nã & Lycus daſcyli filius

eodem auctore/ſacellum Caſtori & Polluci dedicauit:magna cura liberatus/interfecto ab ipſis amyco Bebricum rege. Item: PORTVS AMYCI BEBRYCE REGE INTERFECTO CLARVS.Scribendum:Portus Amyco Bebrycum rege interfecto clarus: a Polluce uidelicet ex Valerio Flacco & Apollonio per initia ſtatim ſecundi libri. ἔμθα ἄἔσσαν ϛαθμοῖτε βοῶν ἀύλειστὰ μύκοιο Βεβρύκων βασιλῆος.Meminit & Papinius & quinto libro Virgilius.In ſitu quidẽ orbis Plinius de portu Amyci non ꝓcul Boſphoro Thracio mentionem facit in Bithynnia:ubi quoniam in uetuſtis fere codicibus non Amyci ſed Azani portus inueneram. Non nulla ſcitu digna de Azanio:ſiqs id probaret/attigi:ſed ea lege: ut Amyci tamen portus cõmodiſſime defendi poſſe prædicẽ:quando nõ ꝓcul Boſphoro Thracio is locus fuit:ex eodẽ Appollonio: etiã

ex eodem.xlv. Si lectio antiqua refragat.

DVLCIOR IN PVNICiS. Lectio antiqua:Dilutior in punicis. Item: TONSILi COMA FAGiNEi MORiS. Scribendum puto Fagei nemoris:ut ſupra Fageuslucus.Quod autem ſtatim de Paſſieno Criſpo ſubditur:admonet me/ut locum in Seneca deprauatum corrigam:ubi libro primo de beneficiis: Cryſippus inquit Panſienus ſolebat dicere quorundam ſe iudicium malle q̃ beneficium:& quorundam beneficium q̃ iudicium. Scribendum eſt:Criſpus Paſſienus.de quo idem auctor libro quarto naturaliũ.Q. Paſſienus inqt Criſpus quo ego nil noui ſubtilius in oĩbus rebus.

Ex eodem.xlv.

VICINA LVCO EST ILEX ET IPSA NOBiLiS.XXXV. PEDVM AMBiTV CAVDiCis DECEM ARBORES METIENS SINGVLAS MAGNITVDiNiS VISENDAE. Quidam non Metiens legunt ſed Mentiens:ipſi mentientes:ueri ne ignorantia / an nouandi mentiendiq; libidine:non ſat ſcio. Et enim ſi mentitur arbores decem:hoc eſt ſpeciem repræſentat arborum decem:cur ſubiicitur / Singulas magnitudinis uiſendæ: q; ea quæ non ſunt ſed finguntur/nec ſingula eſſe poſſunt / nec uiſendã habere magnitudinem.iam cur decem tantum non plures paucioreſue? metiebatur ergo decem arbores / hoc eſt comprehendebat amplexu & orbe ſuo. Ex eodem.xlv.

EST ET IN SYRiA HERBA QVAE VOCATVR CASSYTiAS. Theophraſtus Cadytas:& quædã eius exẽplaria Caſſytas.Sed & codices Pliniani aliquot hũt Caſſytas.Item:TEMPLA THESSALiCA.Lego Tempe Theſſalica.

Universidad de Deusto
Biblioteca

Ex eodem.xlv.

ET QVAE DOLICHOS AC SERPYLLVM.Codices manu scripti Serpullum non Serpyllum habent.Theophrastus loco huius Serpulli Asinem posuit:de qua in Helxine diximus. Theodorus Volucrum interpretat'.L.certe Appuleius quam græci & nos modo appellamus Serpyllum/ipse nominat Serpullum ratiõe sæpius exposita.y.græcum in.u.latinum uertendi.

Ex eodem.xlv.

QVOD VERO IN HISPIRIA'FVLLONIO HIPOPHACTO.Legi potest:Quod notat' & in spina fullonia hippophæsto. de qua Dioscorides Galenus &.xxvii.libro Plinius. Item:VISCI TRIA GENERA NANQVE EST IN ABIETE ET LARICE CASSYTIAS STELIN DICIT EVBAEA NASCI Verbum Nasci/puto superuacuum.sed & uerbũ Cassytias/temere adiectum fere arbitror.est enim herbæ id uocabulum ut paulo supra diximus hoc ipso capite.

Ex eodem.xlv.

MAXIME PALVMBIS ET TVRDIs.Theophrastus nõ Turdos sed Picas id est,Citras:atq; ita Theodorus interpretatur. Forteq; deprauatum id in Theophrasto fuerit:ut ꝓ Cichla quod Turdum significat Cittas librarius asscripserit. quia tamen hoc genus Turdi Picæ proximum describitur:nec uerba Plinii mutare opus est:nec Theophrastum accusare tutum.Genera inquit Aristoteles turdorum sunt tria:Maximum Picæ simile quod Ixoboron & Ixophagon hoc est Viscivorum appellant.Alterũ minus Trichas uocatum magnitudine Merularum. Tertio corpus minimum Illas siue ut Alexander Myndius scribendum arbitratur Tylas nomine/auctor Athenæus.Proinde Theodorus q non Illada sed Iliada legerat/Iliacum Turdum cõuertit.sed erat cõmodius Illadicum.

CASTIGATIONES PLINIANAE EIVSDEM HERMOLAI BARBARI EX LIBRO.XVII.

Ex capite.i.

f RVCTV ANNVO ADDITO BINIS MILIBVS.Lege non Addito/sed Addicto. Aperta est uerbi Addicere/significatio.Quod aũt supra legit':AENOBARDI. Scribendum sciunt omnes Aenobarbi.Non

ratio nota & simultas inter Licinium Crassum & Aenobarbũ Domitiũ/in quẽ ut Tranquillus in Nerone ait/dixisse Crassus idem fertur/mirandum non esse q̃ æneam barbam haberet/cui os ferreum/cor plumbeum esset.

Ex capite.ii.

CONVEXA ET SITVS LINEARVM ARBVSTORũq; RATIO EST.Legendum Connexa.

Ex capite.iiii.

NEC LVBRICA MVLTIS LAVDATA.Scribendũ Rubrica Ita enim uocatur genus Cretæ præter Pullam & Candidã:ex Plinio Columella cæteris. nam & Sabulum quoq; rubrum & album & nigrum est.Item:QVANq̃ PRæPINGVES QVOD ACCIPITVR IN EO GENERE.Codices uetusti non Accipitur sed Excipitur:quod & melius est.Item:BONIS SVIS ACRIVS q̃ VITIIS QVEM AFFLIGIT AGRICOLAM ET CARBVNCVLVS QVAE TERRA ITA VOCATVR. Vetus lectio:Bonis suis acrius q̃ uitiis p[illegible]scit.affligit agricolam & carbũculus terra quæ ita uocat'. Item:TOFVS SCABEr NATVRA FRICABILIS.Scribendum Friabilis:ut illud paulõ inferius:Aut sabulum inquit humidum aut carbunculum aut tofi etiã farinã. Item:PVNICA VINA IN SAXO COQVVNTVr. Legerim Pucina.Plinius libro quartodecimo: Pucinum inquit gignit' in Adriatico sinu saxeo colle. Nominantur quidem & uina Punica hoc ẽ Africana siue Libyca Straboni & cæteris.uer; nihil ad rẽ.

Ex capite.v.

ERIT IGITVR HAEC OPTIMA ET OPERI SATIVA Vetus lectio Satia non Satiua. proinde adducor ut legam Operi satior.tetram enim satiuam nemo dixit/sed arbores & frutices.Itẽ: ADDIDIT q̃ MIRACVLVM INCRESCENTIS.Legendũ Nigrescentis.Homeri carmen hoc ita inquit ἂλ'ἐμέλαιρε τόπι σεμ ἀμφομέρη λέοικει χρυσιήπερ ἐοῦσα τὸ δὲ παρὰ θαῦμα Τέτυκτο.Verbum autem superius:AB EO CAELATAM. legi potest Ab deo Ex capite.viii. Id est Vulcano.

COLVMBINAM GALLIA SVO NOMINE GLAVCOPELON APPELLAT.Vetus lectio:Columbinã Gallia suo nomine e græco Pelam appellat:hoc est a græco acceptum nomẽ corrupit in suum.Etenim Colũba græce Pelias uocatur:unde nomen tetræ.Item:HARENACEA VTVNé SI ALIA NON SIT IN VLIGINOSIS VERTICIBVS ET SI ALIA SIt VBI

Universidad de Deusto
Biblioteca

HOS GENTiVM SOLOS NOViMVS & reliqua. Non in uerborum conceptione/sed in distinctione peccatum est. ergo sensus erit: Si alia non sit uti eos harenacea quocunq; loco præterq̃ in uliginosis collibus: ubi etiã si adsit aliud genus Cretæ: harenaceũ tamen præfertur. Item: ARiDO PiNGViVS TEMPERATA ALTERVTRA. Vetus & Romana lectio: Arido pinguis: tempe rato alterutra.

Ex capite. ix.

Næ FVERE APVD PRiSCOS DIFFERENTiæ SIMVLq; PRAECEPTA NON INVENiO RE TALi VTENDi. Scribendum: Hæ fuere apud priscos differentiæ simulq; præcepta: ut inuenio: re tali utendi.

Ex capite. x.

VOMiCE MORiS SPiNARVM CiRCVMLITA. Scribendum Tomice/ut uetusta & Romana exẽplaria. Eius uerbi & Vitruuius in Architectura meminit pro reste ac funiculo. Item: HiS PRINCiPiis RESPVENTEM SECVRES MATERIAM NASCi INDOMiTã IMMENSis PONDERiBVS PRELa ARBORis VELis TVRRiBVS MVRiSq; IMPELLENDIS ARIETIBVS. Tria errata. Legendum itaq; putamus: indomita non indomitam. item arbores non arboris. itemq; arietes nõ arietibus. Item: IN CALABRiA EA EST SPiNA SYLVESTRis. Palladius in Calabrice: ut sit casus rectus Calabrix. Nec præterea quale id genus senticis intelligat explicuit.

Ex capite. xi.

CATO IN CORDIBVS. Legendum: in corbibus. Item: FICVS Si IN SICILIA. Legendum est/in Scylla: ex Theophrasto. Item MALiARiAS VOCARi. Legendum est Miliarias. Fere enim ponderis aut spatii uocabulum est id: unde porticus miliariæ: ut trigesimoquarto libro dicam. Nisi quis Miliariam porticum accipiat pro ea in quam multæ porticus conuiæ procumbunt: ut Miliarium in capite Romani fori locus in quem uiæ terminabantur. Porro Miliarium & Calidarii uasis nomen est/quod græci uocant Ipnolebeten: ut placet Athenæo.

Ex eodem. xi.

EXCIDE INQViT RADiCEM ISTAM PAPYRius CVRSOR. Et paulo infra: PERSTRiNGi SECVRIVS SE TESTE. Quid si scribatur Securus? non securius. De hoc Liuius nono libro: Prænestinus inquit prætor per timorem segnius ex subsidiis suos duxerat in aciem: quem cum inambulans Papyrius ante

tabernaculum uocari iussisset lictorem expedire securim iussit: ad quam uocem exanimi stante Prænestino. age dum lictor excide radicem hanc incommodam ambulantibus perfusumq; ultimi supplicii metu mulcta dicta dimisit.

Ex capite. xiii.

OCISSIMA OMNIVM CYPIRVS ET PSEVDOCAPIRIVS. Forte Pseudocypirus legatur. De Cypiri multis generibus suo loco Plinius.

Ex capite. xiiii.

VINACI MORSV. Legendum Viuaci. Et paulo infra: EIVSDẽ HORAE GIGNATIONEM. Forte Cognationem. Item: SERVARIq; INTER DVOS SVMBRICES. Legendum Imbrices non Sumbrices. Quid sit Imbrex Imbricamentũq;/nemo ignorat/qui domus suæ tegulas uiderit.

Ex capite. xvii.

CORELIVS ACESTE GENITVS. Scribẽdum Ateste: ut libro tertio notauim⁹. Martialis: Perfer Atestinæ nondũ uulgata sabinæ Carmina. In illo tã qđ diximus Ellogio per duplex. tt. atteste.

Ex capite. xviii.

ADDICITO & ADDICIS. Lege Adigito & adigis: ex Catone ac uetustis codicibus. Item: EAS DIVARICATO SVPEr TERRAM: NEC PLVS QVATVOR DIGITIS TRANSVERSO SEMINE VEL OCVLIS SERITO. Legendum ex Catone: Eas diuaricato super terram ne plus quatuor digitos trãsuersos emineãt uel oculos serito. hñt & uetusti codices Emineãt

Ex capite. xix. in inscriptione.

ACVLEANDI. legendum Accumulandi. qđ græci προσχωννειν.

Ex capite. xx.

RECVSAT EADEM GALLIAM RVBRICAM CRETam Scribendũ arbitror uel Gallicam. ita enim genus terræ uideri potest/quod Margon Plinius appellat: qua Gallia inquit, & Britãnia utuntur. Vel certe Calcem: qua eodẽ auctore Galli arua sua lætificãt

Ex capite. xxi.

QVID DIVTius IN SICCO FVERint. legẽdũ Qui/nõ Quid.

Ex capite. xxii.

VIVæ RADIX. Scribe Viuiradix: ex Varrone Columella cæteris. hoc & pluribus locis emẽdandũ est. Item: PROCVLETA. Quid si Porculeta? quasi a porca: ut a Limis limeta. Porcæ inquit Festus appellantur rari sulci aquæ deriuandæ gratia dicti q⁹ porcãt id est prohibent aquam frumentis nocere. Nam crebriores inquit sulci

Universidad de Deusto
Biblioteca

Limi uocantur.Meminit & Columella. Item: GRACILISCAT AC E MVCIDA.Scribendum Gracileſcat ac emucida.Itē:RECISA VIRIBVS NON AETATE DECERNITVr.Legendum ita ut uerbum Reciſa/cum priore ſenſu iungas. aut ſi principium huius ſit clauſulæ/ſcribendum uidetur non Reciſa:ſed Res ipſa. Item:CVPRESSO ALBVRNO SAMBVCO. Quid ſi legamus Laburno? Plinius ſupiore libro: Alpina inquit eſt arbor Laburnū nec uulgo nota candida materie:cuius florem cubitalem apes non attingunt. Nam Alburnum ipſe eſt adeps arborum eodem auctore:a quo exalburnata quibus is ademptus eſt uocari tradit.Aut ſi Alburnum legi debet hic:ſequens eſt ut ibi quoq; nō Laburnū ſed Alburnū ſcribat̃ a colore/quoniā materies eius ſit alba.

Ex eodem.xxii.

PEDAMENTA OPTIMA: QVAE DIXIMVS AVT RADICE.Scribendum eſt Ridicæ. Varro:Pedamentum inquit quatuor generum robuſtum quod optimum afferri ſolet in uineam e Quereu aut Iunipero & uocatur Ridica. hoc & infra denuo repetitur:ideoq; reſtituendū erit. Item:OCIMVm QVOD IN VINEA SERI IVBET ANTIQVI APPELLABANt PABVLVM VMBRæ PATIENS QVOD CELERRIME PROVENIAT. Scribe Ocynum per.n.non per.m.ut differat ab olere quod uocatur Ocimum.de quo ſequentibus etiam dicetur.

Ex capite.xxiii.

DEPVTANTVR CVM VITE PARITER INTERLOCATA.Legēdū Interlucata.Quid enim ſit Interlucare.quid ſublucare:notius eſt q̄ ut quiſq̄ ſit docendus. Et infra: AEMYLIAE VIAE IN RADICES ATINIAq; AMBITV FRONDEMEAq; FVGIENS.Legendū forte:in ridicas/hoc eſt pedamenta & furcas quibus uitis ſuſpenditur:ut ſit ſenſus:in flaminia putari uitem ita ut porrigatur in armamenta ſua: nō ſub atiniis ne umbra officiat/ſed circa eas. Item:ALGENDVS MINVS AESTVāDO VE.Legendum eſt Algendo nimis æſtuando ue.

Ex capite.xxiiii.

FLATV FRAGILIORE. Lego Frigidiore. Item: FRIGORA ETIAM OBSVNT. Legendum Proſunt:ex uetuſtis codicibus Item: ET LOCVSTA QVANTO ET PESTILENTIA. Legendū eſt Quando non Quanto. Itē:NEC ANDRACHNE OFFENDITVR.Scribendum Adrachne:ut ſuperiore uolumine cōmonui.ſumptum & hoc ex Theophraſto.

Ex capite.xxvii.

VBERRIMAS AVTEM FICVS LVBRICA AMVRCa DILVTA.Scribendum Rubrica/non Lubrica. ut ſenſus ſit Rubricā Amurca diluendā:qua infuſa radicibus uberes euenire ficus.

CASTIGATIONES PLINIANAE EIVSDEM HERMOLAI BARBARI EX LIBRO.XVIII.

Ex capite.i.

i PSA MATERIA INTVs ACCEDIT AD REPVTATIONEM EIVSDEM PATIENTIS Et NOXIA.Scribendum Parientis/nō Patientis. itemq; Accendit potius q̄ Accedit/uetus lectio. Item:VERū ET IN HOC EODē NATVRæ MAIEStas TANto PLVRES BINOS GENVIT AC FRVGES QVANTO & reliqua.Scribendum eſt nō Binos ac fruges:ſed Bonos ac frugi. Paulo quoq; infra EXVSTIONI.Forte rectius ſit Aeſtuationi:quam græci ἀγωρίας uocant:in qua uel maxima ſemper ſunt/qui alienas laudes ferre nullo modo poſſunt.

Ex capite.ii.

IS ET FORTVNæ CALVæ INSTiTVIT.In quibuſdam codicibus ſcriptum eſt:Is & fornacalia caluæ inſtituit.ſed legendum Is & fornacalia inſtituit. Locum hunc primus/qnod equidē ſciam Merula reſtituit ex Varrone: qui Fornacalia fuiſſe dies feſtos innuit Quirinalium tempore.Feſtus:Fornacalia inquit feriæ inſtitutæ ſunt farris terendi gratia / q̄ ad fornacem quæ in Piſtrinis erat ſacrificium fieri ſolebat. Ouidius Faſtorum ſecundo:Facta dea eſt fornax læti fornace coloni.Et paulo poſt:Curio legitimis tunc fornacalia uerbis Maximus indicit nec ſtata ſacra facit. quanq̄ alibi: Et fornacali ſunt ſtata ſacra deæ. Item: NOVAEq; NVPTAE FARREVM PRæFEREBANT. Scribūt aliqui Far adoreum Sp̄ & Farreū libi genus erat Feſto.Itē LENTINORVM:Lentulorum potius legendum. Et paulo infra:PRIMVS ARAS SIGNAVIT.Scribendū eſt non Aras ſed Aes.quod & codices poſt impreſſi cuſtodiunt:Plutarcho in nummis antiquis ouium & boum extare ſimilitudines prodente.itē Plinio.xxxiii.uolumine.

Ex capite.iii.

FVRTiM NOCTV PARAVISSE AC SECViSSE. Quid ſi

Universidad de Deusto
Biblioteca

legas Pauisse hoc est conculcasse: aut Tutudisse. Item paulo infra: IGNOMINIAE ESSe DESIDiæ PROBO. Scribendū Ignominiæ esset desidiæ probro. Item: ET IDEO NVNDiNis COMITIA HABERI NON LICEBAT. Legunt aliqui: Et ideo nisi nundinis comitia haberi non licebat. Nihil muto. Festus: Nundinis inquit rustici cōueniebant mercandi & uendendi causa: tūq; nefas erat cum populo agi ne interpellerentur nundinatores. Item SVBVRBAna PALATINA: COLLINA: EXQVILLiNA. Scribendum est Suburrana: ex Liuio & Varrone. Item: AVGVRIO CORONARIO AVGENDO. Legendum Augurio Canario agendo. Aguntur enim festa/quæ celebrantur. Porro Canarium non a canando hoc est calando ut quibusdam placet/uidetur appellatum: ex Varrone qui ait consuetudinis fuisse ut classicus in arce circumq; muros canatum iret: sed a Cane. Festus: Rutilæ inqt canes: id est non procul a rubro colore imolantur: ut ait Ateius Capito Canario sacrificio pro frugibus deprecandæ sæuiciæ causa syderis caniculæ. Scio quidē Varronis esse uerba illa secundo libro de lingua latina ex cōmentario anquisitionis. M. Sergii. Ita enim scribendum est/non Acquisitionis siue Inquisitionis/ut modo legitur. Quod uerbum Liuius quoq; in historia sua usurpat. Nec ignoro Canatius Appuleio in Floridis pro clara ceu præconis uoce dici: Canatius inquit libro mandabo ut per omnes ꝓuincias eat. sed ad præsentem sensum illa nihil pertinent. multo etiam minus eorum somnia qui putant Plinium hoc loco de salutis augurio sensisse: quod Dion & Suetonius intermissum bellis & restitutum ab diuo Augusto referunt: ut si uisum diis fuisset salutem populo deposcerent/ad idq; diem quotannis obseruarent: qua nihil de bello bellicisue rebus agitaretur. Tacitus Cornelius: Salutis inquit augurium quinq; & uiginti annis omissum repeti: & deinde continuari placitum. Sed hæc interpretatio non solum quia longissime a uero abest: sed etiam quia de augurio male concepta est: inauspicata/& ut plane ita dicā/exaugurata censeri debet.

Ex capite. v.

RESPONDIt SI BENE PASCAS QVI PROXIMVS SIt AT BENE. Lege: Si bene pascat: qui proximus si arat bene. Item: SVMMA OMNIVM IN HAC SPECTANDA FVIT. lego Summa omnium in hoc spectando fuit.

Ex capite. vi.

CIRCITER MILLE SICLIS LIBERALITATE DIVI AV

GVSTI CONGESTVM. Lege aut Siclum pro Siclorum: ut mille denarium non denariorum. aut quemadmodum codices Romani Sextertium. Item: INTERNETIONEM ERGO FAMEMq; CENSEMVS. Scribendum est in gloria internitionem ergo famemq; cēsemus. Anthypophora est. Nunquid igitur inquit satius ut negligenter colendo dominus exuriat? Item: PRAETERq̄ SOBOLE SVA COLONO AVT PASCENDIS. Apertius fuerit si legas: Præterq̄ sobole sua colonoue pascendis: ut sit sensus: agrū colendū ut pascas/nō ut ꝓmercales fructus habeas

Ex eodem. vi.

EX ORACVLO SCILICET MALIS AC BONIS. Vetus lectio: Bonis malis sine particula Ac. quod genus locutiōis honestissimum est/& frequentissime ueteres usurpant: ut bonum æquum: æqui boni consulere ac plura iis similia. Sumptus ergo in agrū uti les quidem sed uiles quæruntur. Proinde græci utilia cum uilibus iungentes ex eadem origine uocabulis deductis illa λυσιτελῆ hæc εὐτελῆ appellant melius q̄ nos qui mala ea dicimus.

Ex capite. vii.

CVLMO DENSIS ACERVATVr GRANIS CVM LONGISSIMA PEDALI. Scribendum puto: cum longissimo pedali. Forteq; Aceruato id est culmo sit melius q̄ Aceruatur. Item: QVI VT SPECIE SVI FECERIT. Legendum Spem non Specie. Item: SPVMA ITA CONCRETA PRO FRVMENTO. Legendū pro Fermento. Item: EMOLITVM PRIVSq̄ ACESCAT LINTEOq; AVT SPORTIs SICCATVM. Dioscorides legit Emolitū priusq; q̄ acescat linteo aut sportulis siccatum.

Ex capite. viii.

PROPTER QVAM HOMERVS ZEDEROS ARVRA DIXIT. Scribendū Zedros nō Zederos: id est ζηδλωροσ ἄρουρα quod sæpenumero Poeta ille usurpat. & Hesiodus quoq; καρποφορὸν δὲ φέρει ζειδλωροσ ἄρουρα.

Ex capite. x.

APVD GRAECOS EST ET ISIA. Theophrastus nō Isia: sed Zea. Quod enim hic dicitur a Plinio eam ac Tiphen cum sint de generes redire ad frumentum/si pistæ serantur. nec ꝓtinus/sed tertio anno. Sumptū est id inde ad uerbū ubi de Zea & Tipha loqt̄.

Ex capite. xi.

ARTOPTESIAM PLAVTVS APPELLAT IN FABVLA QVAM AVLVLARIAM SCRIPSIT. Plautus in ea fabula

non Artopteſiã/ſed Artoptam. Ego hinc Artoptam ex ꝓximo utẽ dam peto. Senarius eſt: nec uerbum Artopteſia in eo ſtare poteſt.

Ex eodem. xi.

NECNON A COQVENDI RATIONE VT FORNACEI VEL ARTOPTESII AVT CLIBANIS COCTI. Quid ſi legas Artopticii? ex Plinio ſuperius hoc libro. nam & Artopticinus a græcis dicitur. Athenæus ὁ ἀρτοπτικιμος φασιμ ἄρτος καιβαμικίου καὶ φουρμακίου διαφέρει.

Ex capite. xii.

CROCODILI ACVLEOS TIMENTEs. Theophraſtus & antiqua lectio: Crocodili oculis timẽtes. Itẽ: AMPLISSima CRASSITVDO OCTONA GENICVLA HABET. Dioſcorides & Theophraſtus: Ampliſſima craſſitudo digiti nec genicula habet: Item: RADIX PERq̃LATA INCOLARVM CIBVS. iidem auctores: Perq̃lauta incolarum cibis.

Ex capite. xiii.

PRAETER SVVM SEMEN. Verbum Semẽ/arbitror ſupfluũ.

Ex capite. xiiii.

TERRAM AMAT TERRAQVE OPERIRI Nõ VVLT Legendum fortaſſe Terram amat terraq; operiri uult. Plinius: Latent inquit legumina cum decidere ſicut lupinum.

Ex capite. xv.

QVIPPE PER EVM DIVVM AVGVSTVM CVRATũ. Lego non per eum/ſed per eruum.

Ex capite. xvi.

SCARIFACIONE SERITVR. Legendum Scarificatione: id eſt ſumma fere tellure: qa ſequitur: non altiore quatuor digitoꝝ ſulco.

Ex capite. xvii.

CORELLIVS EQ. ROMANVS ACESTE GENITVS. ſcribe Ateſte non Aceſte: Ptolomæus Antoninus: item Plinius libro tertio ut diximus. In Cornelio quoq; Tacito Aceſte: ſed mendoſũ æque. Item: SED NVNDVM NATVRA. Legendum Matura Item: NASCITVR ET HERBA ALBA PANNIFICO SIMILIS. Legendum putauerim Panico nõ Pannifico. Romani codices Paniaco. Item: IMBER IN HERBA VTILIS QVARTO. In Romanis exemplaribus loco uerbi Quarto/legit̃/tantum

Ex eodem. xvii. ℔ſed æſtimetur.

LENTEM HERBA SECVRIDACA. Theophraſtus unde accepit hæc Plinius/non Lentem id eſt Phacon/ſed Aphacen a Securidaca necari ſcribit cõplexu. aut lectio corrupta in Theophraſto eſt: aut Plinium uicinitas uocabuli à uero ſummouit.

Ex eodem. xvii.

CIRCA PHILIPPOS AVTEM ANTRANIVM NOMINANT IN PINGVI SOLO HERBAM: QVA FABa NECATVR. ERA NONNVNq̃ IN MACRo CVM VDAM QVIDAM VENTVS AFFLAVERIT. Scribendũ ex Theophraſto: Circa Philippos Ateramnum nominãt in pingui ſolo herbam: qua Faba necatur: Terãnum qua in macro cum udam quidam uẽtus afflauerit. Cæterum Theophraſtus Ateramnũ & Teramnum pro coctibili & incoctibili faba nõ pro herbis fabam necãtibus uidetur accepiſſe. idq; duobus locis. quem ſenſum Theodotus quoq; noſter ſecutus eſt. Vereor ne quid etiam in ipſo uerborũ Plinii contextu deſit. Etenim Theophraſtus non hoc dicit: Terãnum uocari in ſolo macro cum udam quidam uentus afflauerit. Sed hoc nonnunq̃ Teramnum in Ateramnum tranſire cum uapore atq; habitu terræ madidã indigena quidã uentus afflauerit.

Ex eodem. xvii.

AIZOON IN TEGVLIS NASCENS TABVLISESSVM LATINE VERO SEDVMA VT DICIT ILLE. Romani codices loco eius uerbi Tabuliſeſſum: habent Tabuliſue. ut ſcribi poſſit: Aizoon in tegulis naſcens tabuliſue latine uero Sedum aut Digitellum. Q d ſi Tabuliſeſſum cui placeat: ratio nominis uideri poteſt illa: q in turbinibus cadorum ſeratur ut infra dicit a Plinio: q & Digitellũ uocari eã & Sedũ quoq; cũ Dioſcoride teſtatur. Quod autem nonnulli ſcribunt: in tegulis & tabulis exeſis: quia in turbinibus cadorum ut prædiximus ſeratur. ut nõ improbo: ita propius diuinationi deputo.

Ex eodem. xvii.

SIC QVOQVE CVM QVINTODECIMO FOENERE MESSES REDDIT EXILITAS SOLI. VERVM DILIGENTIORIBVS CVM CENTESIMO QVINQVAGESIMO. Theophraſtus ſic quoq; πεμπικοντάχοα id eſt cum quinquageſimo fœnore meſſes reddit exilitas ſobi. ucrum diligentioribus ἑκατονταχόα id eſt cum centeſimo.

Ex capite. xviii.

FOELICITAS MAIOR BABYLONIAE AC SELEVCIAE EVFRATE ATq; TIGRI RESTAGNANTIBVS. Legendum Babyloniæ Seleuciæ: ut de Seleucia dictum putemus quæ

Universidad de Deusto
Biblioteca

Babylonia cognominabatur. Plinius libro sexto: Seleucia inquit condita in confluente Euphratis fossa perducta atq; Tigris quæ Babylonia cognominatur. De hoc & alibi ab ipso fit mentio. Q d aũt paulo post dicitur ANELANT: scribe Anelent.

Ex capite.xix.

NEC STRIGARE IN ACTV SPIRITVS. Num Striare potius q̃ Strigare? hoc est striam facere: a quo & Striatæ dicuntur columnæ. Striare autem in arando uidentur boues cum peracto aut non peracto priore uersu: alius init. hoc autem fieri dum boues ad huc in priore uersu anelant: non conuenit. Loco autem uerbi SPIRITVS uetusti codices habent Sæpius/non Spiritus.

Ex eodem.xix.

MALE ARATVR ARVũ Q d SATIS FRAGILIBVS OCCANDVM EST. Quidã Saxis non Satis. Item: COLLECTIAS INTERPONERE. Vitruuius & uetus lectio Collicias: ita enim uocantur sulci maiores in quibus aqua si redundet/excolletur. Dicuntur & Elices fossæ quædam in eundem fere usum ut sequenti libro constat. Meminit & Festus. Libro autem trigesimo ptimo Plinius Colligas uocari quasdam tradit spelũcas in quibus

Ex cap.xxi. Aphronitrum inuenitur.

SICILIA ET FASIOLI. scribendum Silicia siue Silicula: hoc est fenum græcum Telis dicta Dioscoridi cæterisq;.

Ex capite.xxiii.

IVSTVM EST VEGEs. XVIII. IVGERO TRIBVI. scribendũ uidetur ex aliquot uetustis codicibus Vehes/nõ Veges. Infra quoq;: VEGEs SINGVLAs FIMI. Legendũ Vehes. Vtiẽ hac uoce & Marcus Varro.

Ex capite.xxiiii.

HOC PERTINET ORACVLVM ILLVD MAGNOPEre CVSTODIENDVM. Scribe: Huc pertinet & reliqua.

Ex capite.xxv.

ILLO MODO QVO DIE INCIPIVNT. Legendum non Illo modo/sed Alio. Nam prima stellarum ortus occasusq; ratio/quam emersum & occultatiõem potius appellandam fuisse dicit: Heliaca est. altera uero Chronica: de qua hic. Item: BRVMALI DIE PVLEGIVM IN CARNARIIS FLORERE. Quidam legunt in Coronariis/hoc est ut Theophrastus inquit Ramulis etiam decerptis & a parente separatis: cuiusmodi sunt etiam Coronæ. Idem auctor ex Atticorum ut Athenæus ait consuetudine στεφάνωμα idest Coronariũ uocat genus oleris quodcunq; foliaceũ

Potest & In carnariis defendi: quæ uox Plauto macellũ fere significat. Varro tabernã Carnariam appellat. Sunt qui penum salitæ carnis ita nominent.

Ex eodẽ.xxvi.

RVDICAS PRAEPARARE. Scribo Ridicas/ut notaui. Item: STELLA REGIA VENVS APPELLATA TVBERONI IN PECTORE LEONIS. Verbũ illud Venus/in plerisq; manu scriptis codicibus non cernitur. Alioqui stella hæc uocari tantum Regia siue Regulus potest: quoniam Basiliscus a Græcis dicat auctore Ptolomæo. De hac ipsa Plinius & sequenti capite: Tertio inqt Calend. Aug. Regia in pectore leonis stella matutino Cæsari immergitur. Accedit q; recentiores Græci Basiliscum circa hosce dies occultari matutinis perhibent: illo tantũ discrimine adhibito/q; ex inclinatione cœli & proprio signiferi motu prouenit. Item: IPSORVMq; LANAS SCABENDO PVRGARE. Lego Laminas non Lanas. Item: AQVILONIS PISCIS EXORTV. Legendum Aquilonii piscis exortu. Est enim Piscis duplex: Aquilonius & Austrinus. Itẽ: ALITIS TEMPERARII. Lege Temporarii.

Ex capite.xxviii.

SILIQVA ETIAM DIRA FERENDIS. Nunqd legere oportet Siliqua etiam dira hærendo: Et.n. Siliquã hoc loco p ea capio herba/quã Theophrastus & qntodecimo libro Plinius Dolichon appellat: inter eas quæ arboribus & spinis quoq; circũuoluũt sese.

Ex eodẽ.xxviii. Latq; ita uertit Theodorus quoq;.

FERVNTq; DEMOCRITVM. Hoc a Cicerone Milesio Thaleti non Democrito tribuitur: itemq; ab Aristotele in Politicis. Itẽ: ASYRIAE PROCERON EXORITVR. Legendũ Procyon dictus ita/quia Canis ortum antecedit: ut ipse mox docebit. Cicero Anticanis Procyon graio qui nomine fertur.

Ex eodem.xxviii.

SED AQVARIA PROTINVS VIRENt. Scribo Viret. Item infra: ITALI FENVM EX VNA DEXTERa MANV SECANT. Vetus lectio cõmodior: fenum ex dextera/una manu secãt. ut sit sens?: in Italia secari fenũ una qdẽ manu ꝫ ex pte dextera.

Ex capite.xxx.

EST ET OLINTHI AC PERINTHI EVBOEæ TERRA QVæ CORRVMPI Nõ SINAt. legẽdũ Cerinthi nõ Perinthi. nã Perinthus in Thracia est: Cerinthus in Eubœa. Theophrastus quoq; : Terra inqt Olinthi & in Eubœa est apud Cerinthum: qua fruméta illinũt ne marcescãt. de hac Cerintho Plinius quoq; li. iiii.

Universidad de Deusto
Biblioteca

Ex capite.xxxi.

ANTIQVI FVNIBVS VITTISq; LOREIS. Vetera exẽplaria non Vittis habent ſed Vitibus. Item: INTRA CANNOS INVENta GRECANICA. Lego: intra centũ annos &c̃. Itẽ: ATTOLENte SE Cũ ARBOre. Legẽdũ Secũ/ut una ſit dictio.

Ex capite.xxxii.de Luna.

SVPRA TERRAS AVTEM ERIT q̃DIV ET SOL INTERLVNIO ET PRIMA TOTA DIE SECVNDa HORA NOCTIS VNO DISTANTE SICILICo AC DEINDE TERTIA VSq; AD QVINTAMDECIMAM MVLTIPLICATIS HORARVM IISDEM PORTIONIBVS Lego: Supra terras autem erit q̃diu & ſol interlunio & prima tota die: ſecunda horæ noctis unius dextante Sicilico & reliqua. partim ex uetuſtis codicibus: partim ex Plinio hic paulo infra: Ad primæ inquit horæ nocturnæ dextantem ſicilicum ſub terra aget ſextadecima die hoc eſt ſecunda poſt pleniluniũ. Etenim reſpondent inter ſe quodam pacto incrementa & decrementa lunæ. prima decreſcentis die ſub terris eſt: prima creſcentis ſuper terras. ſecunda decreſcentis ad primæ noctis horæ dextantem Sicilicum id eſt uncias decem & quartam unius partem ſub terra agit. ſecunda creſcentis ad primæ noctis horæ dextantem Sicilicum ſupra terras agit: atq; ita cancellatim per ſingula uiſitationũ momenta detractio adiectioni conſentiet. De hoc & uolumine ſecundo: quanq̃ ibi non per dextantes Sicilicos / ſed per dodrantes ſemuncias/hoc eſt per uncias nouem cum dimidia ſingulis poſt coitum diebus lunã augeri dicit. Cur tã uarie: an q; illa doctioribꝰ hæc agricolis obſeruata inuenerat:

Ex capite.xxxiiii.

DVCANTVR DEINDE ALIAE DVAE LINEAE INDE HIS OBLIQVAE. Legendum ex Vitruuio & codicibus antiqs: Ducãtur deinde aliæ duæ lineæ in decuſſis obliquæ. Eſt autem in decuſſis ducere/id quod Vitruuius decuſſare appellat: & decuſſatim perducere/hoc eſt ut ego coniectura capio/per integram longitudinem diuidendo ac diſſecando trahere: non a decutiendo ut q̃dam exiſtimauere: ſed a numero denario: qui perfectum & abſolutũ fere ſignificat: a quo & decumanus limes & decumanus fluctus. Hoc autem genus ducendi lineas/hoc eſt decuſſandi: fortaſſe illud ſit/q̃d Ptolomæus κριϰωτοὺ appellat: q̃d recẽtiores nr̃i rationẽ anularẽ interpretãt. Itẽ: MOLLit SYDEra. legẽdũ Mollit ſydere. ſequit. n. mutatq; nomẽ: hoc eſt/nõ Aglones amplius ſ3 Eteſiæ uocãt

Ex capite.xxxv.

PALLADI NANq; MVRMVRANTESq;. Legendũ eſt Pallidi/non Palladi. Itẽ: PLVRIMũ DIEꝫ HYEMẽ. Lego Plurium.

CASTIGATIONES PLINIANAE EIVSDEM HERMOLAI BARBARI EX LIBRO.XIX.

Ex capite.i.

n ERVOSITAS FILO AEQVALIOR PENE q̃ CORONEIS. Legendum non Coroneis/ſed Araneis in quibus nendi ac texendi ratio perq̃ mira eſt. Plinius undecimo uolumine: Tam moderato inquit ungue/tãtereti filo/tam æquali/deducit ſtamina ipſo ſe pondere uſus. Item: GALLIARVM HOC AD TORMENTA. Merula legebat Tomenta non Tormenta: quod probamus. Varro: Poſtq̃ inqt transierunt ad culcitras q; in ea ſagos aut tomentum aliud ue cælabatur. ab inculcando culcitra dicta. Martialis: Tomentum conciſa palus circenſe uocatur. Seneca: Nihil inquit miſerius ero ſi ſuper tomentum circenſe incubabo. Nec Tomentum Circenſe a Circeis: ut quidã exiſtimãt: ſed a Circo dictum/hoc eſt populare triuialeq; nõ dicatum nobilibus quale Lingonicum. Martialis: Oppreſſæ nimium uicina eſt faſcia plumæ Vellera lingonicis accipe raſa ſagis. Suetonius in Tiberio: Adeo inquit alimenta Druſo ſubducta ut Tomentum e culcitra tentauerit mandere.

Culcitrã

Tomẽtum Circẽſe

Ex eodem.i.

TAMICVM. Legi poteſt Tanicum ab Aegypti urbe Tani: unde Tanitis quoq; præfectura Plinio Straboni Ptolomæo. Pót & Tænicum a Tænia eiuſdem terræ uiculo: ut inter Chartas dictum eſt tertiodecimo uolumine. Item: QVARTũ GENVS ORTHOMINON. Quidã legunt Ortholinon: ut ſit fere quod ſupra Tentyriticum uocauerit. Quidam Orchomenium: quoniã in lacu Bœotiæ Orchomeno ut Theophraſtus inquit Phleos paluſtris herba naſcatur ad nexus utiliſ: e qua Phloinæ ueſtes ab Herodoto etiam dicantur & Pauſania: quibus aues in Arabia Stymphalides (nam & ibi eſſe phibent) uiſci modo capiant: omni alia materia roſtris earꝫ impari. Non ꝓbo. Item: ASIA GENISTA FACIT LINA. Legendum: E Geniſta. Item: VT DIXIMVS GENISTIS. Ve

Universidad de Deusto
Biblioteca

tusti codices: Vt diximus de Geniſtis: hoc eſt paulo ante. Item PECTITVR FERREIS AHENIS. Quidam: Ferreis hamis. Item: ET CINIS SPONDII VIM HABET. Legendum Spodii: ex Dioſcoride ac Plinio aliubi.

Ex eodem. i.

STVPVERũtq; LITTORA FLATV VERSICOLORIA SPLENDENTE. Quidã ſcribunt Pellente. ſed ſcribendũ eſt Implente: &. n. implere potius uela uenti q̃ pellere dicunt. atq; ita uetuſtus apud me codex habet. ſenſus eſt: uentis uela uerſicoloria implentibus ſtupuiſſe littora. Item: AC CLIVVM VSq; IN CAPITOLIũ: QVOD MVRMVRE IPSO GLADIATORio MIRABILIVS VISVM TRADITVr. Legendũ Munere nõ Murmure. De Gladiatorio Cæſaris ſpectaculo Tranquillus & cæteri: Plinius quoq; ſupra. Sũt codices in quibus non Ac cliuũ uſq; in Capitoliũ/ſed Ad cliuũ uſq; Capitolinũ ſcribatur. De Cliuo Capitolino multi: ſed &·M. Tullius cum aliubi tum in oratione ad Senatum de reditu ſuo.

Ex capite. ii.

ET SPARTVM ALITVR ETIAM DIVERSVM. Vetus lectio Demeſſum non Diuerſum: quod & placet. Item: AD HOS OMNES VSVSq; SVFFICIãt. Lego Quæ/ut ſit relatiuũ non coniunctio.

Ex capite. iii.

HOC DEPREHENDITVR SIGNO CVM COMEDERIT DORMIENTE CAPRA ET STERNVTANTE. Legendum: Hoc deprehenditur ſigno oue cum comederit dormiente/capra ſternutante: Theophraſtꝰ & antiq codices. Item: MYSI & paulo infra: QVOD IN TRACHIA CERAVNIũ. Scribe Miſy non Myſi: Theophraſtus & Athenæus. itemq; Thracia nõ Trachia. item Geranium non Ceraunium iiſdem auctoribus. quanq̃ de Ceraunio incertum mihi eſt quod recentiores Græcorũ medentiũ Ceraunium modo appellãt. Athenæus Geraniũ tradit ipſum tuber uocari. genus aũt illud qd naſcit in Thracia nõ Geraniũ aut Ceraunium/ſed Iton. Porro Ceraunium a fulguribus & tonitruis uideri põt appellatũ/ex qbus orit fere tuber.

Ex eodẽ. iii.

SICVt MITYLENIS NEGãt NASCI NISI EXVNDATIõe FLVMINũ INVECTO SEMINE APTIARIS. Legendum eſt: ab Tiaris: ut duo uerba ſint: hoc eſt ἀπὸ τιαρῶν. Theophraſtus & Athenæus ἐν γοῦν τῶν ἀιγιαλῶν τῶν μιτυληναίων, οὐ φασὶ πρότερον ἔιραι τὸ ὕδωρ πρὶν γεμισθῆναι ἐπομβρίαν τὸ σπέρμα κατεχόμενον ἀπὸ τῶν τιαρῶν. τοῦτο δὲ ἔξι χωρίον ὅπου πολὺ γίνεται.

Ex eodem. iii.

SEMEN EIVS RVBIA EST. Legendum ex Dioſcoride Semen eius rubrum eſt. Item: ET VNGENTi QVICQVID SIT. Legendum Tingenti. Item: ISATIM GRæCI VOCANT. Legendũ Struthion græci uocant: ex Dioſcoride ac Plinio aliubi. Sed & codices manu ſcripti corrupte Sturtin hñt ꝓ eo qđ eſt Struthion.

Ex capite. iiii.

AEDIVM. Vetuſti & Romani codices non ædium/ſed hæredium: quod & Feſti auctoritas confirmat/paruum prædium interpretantis. Columella Hæredíolum uſurpat. Varroni Hæredíolum bina iugera ſignificat: ꝙ a Romulo primum diuiſa uiritim hæredẽ ſequantur. Sumptum id a græcis apud quos inuenio κλήρους accipi pro hortis. Nicander in Alexipharmaco ἢ ἔτι καὶ κλήροισιν ἐπήβολα τοῖα περ ὧραι ἐιαρινὰι φορέουσιν ἐψιήματα κούραις.

Ex eodem. iiii.

IN MEDiO SATVRNICA SIGNA: QVANq̃ ORTVs VeNERis TVTELæ ASSIGNANte PLAVTO. Sunt codices in quibus legant non Saturnica/ſed Satyrica: ceu non falce in hortis uti mos fuerit/quam Saturni telum Poetæ uocant. Silius: Dextera quã tribuit poſito ſaturnia telo. Aut certe Saturnica hoc eſt Faunorum Satyrorumq; ſigna. quandoquidem ut. M. inquit Varro/uerſus quos olim Fauni uateſq; canebant/Saturnios antiq noiãt: qbus ut Feſtus ait/a Neuio bellũ Punicũ ſcriptũ eſt. Editiora certe loca ſcribit Diodorus Saturnia dici conſueſſe. Quid ꝙ nomẽ Saturni ſunt q a uerbo græco uirilia ſignificãte deductũ putãt ex uiriliũ quæ in mare ꝓiecta ſunt ſpuma: unde Venus orta. nihil ut mirũ ſit alios Saturno alios Veneri curã hortoꝝ aſſignaſſe. Item: SVPERq; PISTRiNARVM OPERIBVS & EX CæLAturiS. Vetus lectio nõ ex Cælaturis ſed Cælaturis: ut ſit ſenſus: ædificari etiam ac cælari piſtrinulas: quibus panis ꝓcerũ molat.

Ex eodem. iiii.

NEC CAVTES VT NVNC PROBANT. Lego Caules non Cautes. ſequitur enim: id erat oleo parcere. Perſius: Vnge puer caules. Item: EXPETITA RES & PARATA SEMPer VNDe ACETARiA. Lego Expedita. Porro hic acetarium non ab aceto ut credi cœptum eſt: ſed ab accipiendo flectitur: Ideo enim inquit Plinius Acetaria appellabantur horti hoc eſt hortenſia / quoniam expedita res & parata ſemper eſſet. nam & Acetabulũ ab accipiendo dicitur: etiam ſi græci Oxybaphon appellant/quaſi ab aceto.

Acetarium

Acetabulum

Universidad de Deusto
Biblioteca

Item:OCTO IVGERVM OPERIS PALARII IVSTVM EST.Lego Palari:ut sit uerbum. nam sequitur:miscери & distin gui & ambiri . Item : BACVLORVM VSVM PRAEBERE EXEMPLO.SED ET ARBOR ET MALVA.Scribendum Extemplo/non Exemplo.item Sed & arbor est Malua.

Ex capite.v.

COPIOSISSIMI AFRICæ AC GRANDISSIMI . Vetus lectio & aliquot impressi codices : Copiosissimi Africæ grandissimi Mœsiæ.Item:PARILIBVS TAMEN APTISSIME.Legi potest & Palilibus & Parilibus:hoc est undecimo cal.Maii:qui urbis Romæ natalis dies fuit:ex Plinio superius Ouidio Plutarcho cæteris . Item:SCANDENTES PER ARTESVM ASPERA. Legendum puto:Scandentes parietū aspera.Item:ET ID QVIDEM INIVRIA FIT.Legendum non iniuria/sed Muria.Item SI VERO CVM OLIVIS DIRRVPTIS . Legendum est Drupis:quas græci Drypetas appellant.Item:QVAM NOSTri GALLICAM VOCANT: GRAECi VERO GLAVCON. Legendū est Daucon:ex Dioscoride ac Plinio aliubi. Item:QVONIAM OCVLIS EX RADICE EXCISIS VT HARVNDO SERITVr. Quidam legunt non ut Harundo/sed ut Aron: ex Dioscoride.Est autem Aron herba ut constat.sed & harundinis radices oculos & gemmas habēt.

Ex eodem.v.

EPIMENIDIVM VOCATVR.Quidam legūt Epimedium:error aperto.Iuuenalis:Et ueteres afrorum epimenia bulbi.Ab Epimenio per diminutionē Epimenidium.nec aliter fingi recte potest Theophrastus libro septimo : Scyllæ inquit radix manditur/non omnis/sed eius quæ ab usu nomē habet Epimenidia. Nam Epimedium genus herbæ alterum est Plinio Dioscoridi cæteris.

Ex capite.vi.

QVIBVSDAM SVRCVLOSI VT OCINO. Theophrastus Ocimo Τὸ δὲ ὤκιμον ξηρὸν καὶ ξυλῶδες. At Ocynū pabuli genus est a celeritate nascendi nominatum auctore Plinio. Item:Vt SALAX PERDIOTVM CROCVm.Theophrastus:Vt Aspalax Perdicium Crocum. Item:SCYRTHA . Theophrastus Schista. Plinius quoq; inferius id significat. Et alia inquit subnascunt iisdem diuisuris:unde & nomē id est Schista:quod sectū diuisumq; significat.Item:VT IN CAPITA CRESCANT POTIVSq̄ IN SEMEt IPSa.Theophrastus:Potius q̄ in semen.i.σπερμοφυῆ

Item : SI DEPONANTVr CAVLEM AMITTVNT ET SEMEN. Theophrastus:Si deponant caulem amittunt & semē tant:hoc est κάυλοῖς ἀφίησι καὶ φύει.

Ex eodem.vi.

QVONIAM SATIS CAPiTA CRASSESCVNT DEPOSITIS CAVLIBVS ET SEMINE.Theophrastus non Cauli bus & semine/sed Caules & semina. Est autem sensus:crescere capita si serantur:crescere caules & semina si deponantur/hoc est terra condantur:quod est apud illum πηγνύειν τῇ γῇ . Item: PRAECiPVe AFRICAe CELEBRATVM INTer PVLMENTAria RVris GRANDiVS ALLiO TRiTO & OLEO In ACETO MiRVM QVANTVM INCRESCAT SPVMA. Legendum est Alio per simplex.l.ut sit relatiuum.Nam quod sequit Trito in oleo & reliqua : de Vlpico siue quod idem est Africano intelligendum uidetur auctore Theophrasto:qui hoc genus pulmentarii Myttoton uocauit:quemadmodum & Dioscorides. Item SVNT QVi ET ALLiVM ET VLPiCō INTer COMPITALIA ET SATVRNALIA SERI APTISSIME PVTENT.Quidam Opalia scribendum arbitrantur/non Cōpitalia cum q; ut Varro ait Opalia tertio die agantur post Saturnalia : tū q; stata erant:Compitalium uero incerti dies/Macrobius.

Ex capite.vii.

OMNIVN DIFFICILLIME APiVM : QVADRAGESIMO ENiM DIe CVM CELERRIME MAIORe EX PARTe EMERGit.Theophrastus:Omnium difficillime apium:quadragesimo enim die/cum celerrime / quinquagesimo maiore ex parte emergit . Item:RHAPHANVS VTiq; IOCVNDiOR DETRACTIS FOLiiS ANTeq̄ DECAVLESCAT.Verba sunt Theophrasti:quæ tamen non de Rhaphano sed de Brassica Theodorus intellexit.quæ diuersitas quidem & capite huius libri quinto ostenditur:ubi ait : In Aegypto spargi nitro ubi sunt suauitate præcipui.Eius rei causa3 fuisse arbitror/q; Attica lingua Rhaphanus Brassicam significat/non radicem quam illi proprie Rhaphanida non Rhaphanum uocabāt.Sed postea inoleuit átq; obtinuit ut Rhaphanus pro radice caperetur/non pro Brassica.

Ex capite.viii.

VRCEOLa & OLITOria.Vetusti codices Hostiola Olitoria.Probamus id ex Theophrasto:qui ait Thyridia hoc est hostiola:quæ ut.M.Varro inquit Iones appellāt Macellotas.Forum quoq; Oli-

torium/ut idem auctor est/Macellum Romæ diu nominatum est. Lacedæmonii quoq; inquit loca ea in quibus copia oleræ est etiam nunc uocant Macellum. Item: QVAE MICONIS VOCATur Legendū Meconis/quasi papaueracea. etenim sequitur: a copia lactis soporiferi. Item: ARTILIDA. Inuenio in græcis auctoribus qui de re rustica scripserunt Astylida siue Astyda non Artilida Lactucæ quoddam genus dici: ut mox liquebit.

Ex eodem.viii.

QVIDAMq; EVMECHION. Lego Eunuchion siue Eunuchon: cum ex uetustis codicibus / tum q; scriptores rei rusticæ quos dixi Pythagoram scribūt Eunuchum uocasse hoc genus Lactucæ: quā uulgo fœminæ Astyda siue Astylida nominānt: quasi Spadoniam: qa genus hoc Veneri maxime refragetur. Athenæus quoq; ἴβυκος φησιμ ὁ πυθαγόρειος τὴμ ἐκ γεμέσεως ὁριλακα πλατύφυλλομ τέταμομ ἄκαυλομ ὑπό τῶμ πυθαγορείωμ λέγεσθαι ἐυμοῦχομ ὑπό δὲ γυμαικῶμ ἐυλίζα. διουρητικουσ γάρ παρασκευάζει καὶ ἐκλύτους προσ τὰ ἀφροδίσια. ἔσι δὲ κρατίςη ἐσθίεσθαι.

Ex eodem.viii.

MVSæ MEDICi PRVDENTIA CVM PRIOr ESCA ESSET EX MELLE: RELLIGIO INViCEM OMiNe CAret Vetusta omnis lectio diuersa est intantum ut facile possit intelligi commutata esse uerba hæc/& sciolorum fuisse non Plinii. Habent ergo antiqua exemplaria hoc modo/post uerbū Musæ medici: Cū priores inqt cameli religiōe minime omen caret. ipse facta lrā cū sensu collatione in hanc opinionem transuersus agor. ut scribēdū putem: Cum priores eam ob religionem minime commanducarēt: siue quoniā soporifera esset omnis ut inquit Plinius: siue q; ad castitatem ut Pythagoras existimabat/nata/inter sacras herbas & ab usu uulgi remotas haberetur. alioquin non tantum laudis accessisset Antonio Musæ medico ex inuentione triuialis hodie remedii. Quid q; apud antiquos inquit unū Lactucæ genus fuit Atræ: quā Meconida uocant a soporiferi lactis abundantia: ut nihil mirū sit ueteres hoc esu uelut omine quodam abstinuisse: ceu possis uerba illa in hunc quoq; modum concipere: Cum priores eam ob religionem ac omen cauerent. Accedūt Eubuli poetæ Senarioli. μή παρατίθει μοι θριδακίμασ ὦ γύμαι ἐπὶ τὴμ τράπεζαμ ἢ σεαυτὴμ ἀτιῶ ἐμ τῶ λαχάμω τούτω γάρ ὥσ λόγοσ τοῖμ ἀδώμιμ ἀποθάμομτα πρόυθηκε κύπρισ ὥσ ἔσι μεκύωμ βρῶμα.

Ex eodem.viii.

QVAMOBREM APPOSITAS NON MEMINI. Legendū

Non memini/uetusta exemplaria: ut sit sensus: nefas esse quenq;/si apposita sit/non degustasse. Item: GEMINA IIS NATVRA & OLERIS ET CAPITE IPSO EXILIENtis BVLBIS SPECIES SVMMA IN LATITVDINE. Lego Bulbi non Bulbis ut uerbū Species/initiū sit clausulæ alterius. Item: VBi QVONDAM FVIT LACVS TVRRiSq;. Columella non Lacus turris/sed Lacus turni. Vtra lectio plus congruat/æstimandum.

Ex eodem.viii.

NAM QVOD IN HESIDE CAMPANIæ INSVLA SPONTE NASCiTVR LONGE OPTIMū EXISTIMATVR ORTENSIVM. Duplex error. Primus/q; Neside non Heside legendum fuit. Secundus/q; uerbum Ortensium cum sequenti clausula se continet. Ortensiū inquit hoc est Asparagorum genus Ortensium & satiuum serit spongiis. Spongias enim uocamus Asparagorum altiliū satiuorumq; radices: quod ex Plinio Columellaq; probaueris. De Neside insula Campaniæ Strabo Papinius & Lucanus: ut in situ orbis diximus.

Ex eodem.viii.

MENTæ NOMEN SVAVITAs ODORis APVD GRAECOS MVTAVIT CVM ALIOQVIN MINTHA VOCARETVR. Nihil ipse addo: sed falsam quorundam interpretationem uitari moneo dicentium Minthos non Mintham legendū & nomen a Græcis mutatum fuisse: ut Menta non Minthos appellaretur: ne cum Mintho quod stercus simumq; significat incideret. Rācida ne dicā putida & plane fimo digna castigatio. Ante oīa certum est ex Theophrasto Dioscoride Galeno cæteris Mintham nō Minthon uocatam apud Græcos herbā quæ Menta latine dicit. Deinde uerborum Plinii sensus est alius tam longe ab hoc diuersus q̄ Fimum ipsum a Menta. mutatum ergo nomen a Græcis ait suauitate odoris: quoniā Hedyosmos potius q̄ Mintha uocari cœpisset. Porro uerbum Hedyosmos nihil aliud q̄ suauitatem odoris apud eos indicat. Pace fecerim legentium si quando mihi temperare nequeo in tanta grammatistarum quorundam audacia. ppositeram quidē sine stomacho. sed homo (dii boni) latinæ rei nō dico studiosus sed plane zelotypus dissiliat oportet: nisi compressam nimis diu patientiam quandoq; allidat.

Ex eodem.viii.

CONGRVIT PVLEGIO CVIVS NATVRA IN CORONARiis REFLORESCENs. Plinius supiore libro In carnatiis

Universidad de Deusto
Biblioteca

Nos quemadmodum utroq; modo legi posset/monstrauimus.Codices certe manu scripti omnes utroq; loco habent In carnariis.Itē HIPPOSELINVM GRAECI VOCANt.ALii SMINIVM Dioscorides ac Plinius/quia succum eius qui colligunt myrrhæ sapore habeat:Smyrnium scribunt/nō Sminium.Item:CVLMIs PRINCIPALE.Scribendum Culinis non Culmis.Item:PERE GRINVM FVIT ET LEPIDVM. Dioscorides & Plinius & alii non Lepidum sed Lepidium. Item: TERTIVM GENVS RHYAM GRAECI VOCANT. Melius est Rhœam/seu potius Rhœadatex Dioscoride Galenoq;.Item:SPONTE QVIDē SED MATVRIVS.Dioscorides ac uetusti codices & Plinius sequenti libro:Sponte quidem sed in aruis.Item:CEREFOLIVM QVOD PEDEROTON GRAECI VOCANT.Lego Cerepolon/quod Pæderota siue Pæderotion græci uocāt. Columella in orto suo:Et breue Cerepolon, quanq̄ alibi Columella Cerephilon. Sed & codices manu scripti habent hic Cerepolon.Item:Et ACErRIMVN SAPORE IGNEIq; EFFECTVS. Verba hæc non tam ad Cerepolon q̄ ad Sinapi:de quo protinus fit mentio: referri

Ex capite.x. debent.

SISYMBRIVM IN CALAMINTHAM. Codices antiq habent In Mentam. sed utrunq; defenditur ex Theophrasto:qui ait Sisymbrium in Mentā odore tenus mutari: sed in Calamintham similitudine.Alioquin & Calamintha in Mentam commeat ut inquit Aristoteles.si modo liber eius est qui de plantis inscribitur ex lingua Punica in Græcam (quia nō extabat)retractus a maximo quodam Byzantio qui cognominabat Planudes. Item:ATQVE INVICEM ENECATVR CIMINVM AB VNO DORSO NISi REPVRGETVR.lego uerba illa duo ATq; INVICEM: ita ut ad superiorem clausulam pertineant:quæ dicit:ex semine Brassicæ ueteris Rapæ fiunt:atq; inuicem hoc est ut ex Raparum semine mutuo nascantur Brassicæ. Quod autē hic Ab uno dorso legitur:uetusti codices habent:Ab imo dorso.

Ex eodem.x.

SEDI:QVAM ANAGORVM VOCANT. Lego:Et Sedi/quā Aizoum uocant.nam sequitur:genus herbæ hoc diximus:libro uidelicet.xviii.ex Democriti sententia. Scio qdem & Anagyrū inter herbas esse fœdi odoris uel puerbio testāte:ut alibi notabimus.sed

Ex capite.xi. nihil ad rem.

MINVS VTILES E STAGNO:ET QVAS SILICES IN-

DVCVNT.Festus Elices.Sūt & Incilæ de cōi riuo fossæ:quas Vlpianus uocat Incilia.

Ex capite.xii.

SALSVS TANTVM E SAPORIBVS NON NASCITVr ALIQVANDO EXTRA INSIDIT PVLVERIs MODO Vetus lectio non habet Aliquando sed Alioquin. Parum quidem interest:sed quoad fieri potest uendicanda est etiam nulla mercede ueritas. Item: LIBANOTIS LOCiS PVTRiDIS AC MACRIS AC ROSCIDIS SERITVR.Codices antiqui post uerbum Seritur/addunt Semine.complura enim serendi genera sunt. Item:MVRRAq; RADICEM RECIPIT.Lego:Myrrhamq; radice resipit:ex Dioscoride/item Plinio.Smyrnii odor inqt myrrhæ habet qualitatem:unde & nomen.xxvii.uolumine.

CASTIGATIONES PLINIANAE EIVSDEM HERMOLAI BARBARI EX LIBRO.XX.

Ex capite.i.

NCIPIT A TRIMATV.Dioscorides:a bimatu.

Ex capite.ii.

FAVI QVEM CAEREVM VOCANT. Legendum Cerion:id est κηρίον. ex Dioscoride Galeno cæteris.Item:MILLEPEDEM IPA GRAECI VOCANT. Scribē dum Sepa non Ipa. Dicitur autem Seps ab erodendo:quoniā putrescat locus ipse/ut paulo post subiūgitur.Plinius Multipedæ ait duo genera:unum arcuatim repens / græce Oniscon uocari: alterum Scolopendram minorem & Sepa quæ non arcuatur. Itē:EADEM CONTRA VOMITIONES. Dioscorides non contra sed contrahit uomitiones.

Ex capite.iiii.

ANGVLOSIS FOLIORVM CAVLIBVS FLORENTES ET QVOD BVNION VOCANT. Dioscorides: Angulosis foliorū caulibus florentis quod Bunion uocant.Item:Est AESTIVOSVS IN ITALIA. Theodorus legebat:Est & satiui usus in Italia.nec displicet:etiam si Dioscorides καυματώδη: hoc est æstuosum esse/hunc scripserit:de syluestri utiq; Armoracia/non de satiua intelligens:quæ in Italia tantum seritur:& serendo mitescit.

Ex eodem.iiii.

AD LAGAROPONON.Legendū forte:ad Lagonoponon:id est

Universidad de Deusto
Biblioteca

Iliorum dolorem:qui ſane alius eſt q̄ laterū/hoc eſt Pleuritis. Ilia enim græci uocant λαγῶρας & κερεῶρας. Item:HYSTRIOMINAE VENENA AEQVE VT NICANDER TRADIT. Scribendum Hyoſcyami uenena ex Nicandri Alexipharmaco ubi contra herbam illam ita præcipit ἓν δὲτε ῥάπειαν ῥᾴφερον ὃς λιστ ἓν δὲτε λεπτας ἄμμιγα κρομμύῳ γαυλλιδας. In quo tamen ſciendum:interpretes eius Poetæ non tam Rhaphanum q̄ Braſſicam accipere in eo uerbo: quia Rhaphanum ueteres id quod nos Braſſicam uocabant. Item:ILIOSIS DANDOS CENSEt PLISTONICVS ET COLICIS. Videt ex indice Pliſtonicus auctoris nomen fuiſſe. Cæterum & Pliſtonices legi poteſt/ut Olympionices. Duo autem Pliſtonicæ Plinio reddunt:Medicus/de quo & Athenæus: alter Appion/qui uolumie poſtremo cognoiatus inqt eſt Pliſtonices. Verbum aūt ILIOSIS melius eſt ut Ileoſis ſcribamus:hoc eſt ἐι λεώδλεσι. non iliis uidelicet/ſed ileo gracilioris inteſtini morbo laborantibus. ut Ilioſi ſint de quibus paulo ante diximus in uerbo Lagonoponon.

Ex capite.v.

CEPAE SYLVESTRES NON SATIVAE. Vetus lectio:Cepæ ſylueſtres non ſunt:ſatiuæ/& cætera. Dioſcorides quoq; nullū genus Ceparum ſylueſtre facit.

Ex capite.vi.

IDEM MOTVS CVM MELLE VVLVAS. Legendū nō Motus/ſed Modus/hoc eſt menſura. Itē:CONTRA HAEMOROIDAS PRODEST CVM VINO REDDIT VOMITVM Legendum non Reddit uomitum/ſed Redditum uomitu. Videt autem hic ex Dioſcoride non ſedis morbus/ſed ſerpentis genus intelligendū. qđ ſi mares ſunt. Hæmorrhos:ſi fœminæ. Hæmorrhoidas græci uocāt/ab effectu ſanguinis qui toto corpe peuſſis effluit. Item:CONTRA ARANEORVM AVT MVRIVM VENENATVM MORSVM. Lego Contra araneorum murū &c. ex Dioſcoride. Etenim Mus araneus eſt quem Græci Mygalen appellant:quia muris magnitudine ſit/muſtellina ſpecie/ore oblongo/cauda gracili/uerſu dentium quadruplici/ut auctor eſt Aetius. Abundat inſula Britannia hoc genere: in hodiernumq; diē Barbari illi uoce Romana utuntur. Item: QVOD EFFICACIVS PRAESTAT VIRIDI CVM CORIANDRO. Lego Viride. Item:SIC ET VOCI CONFERT. Vetus lectio:Sic & uoci plus confert:id eſt elixum q̄ toſtum.

Ex capite.vii.

IN SYLVIS NASCENS ISATIN VOCAt. Legendū puto:In ſyluis naſcēs Syluaticū Iſatin uocāt: cū ex Dioſcoride:tū nonihil ex ſcriptis codicibus: q oēs hūt nō iſatin:ſed mutilato & corrupto noie Syluiſaton: p eo qđ erat ſylueſtre Iſatin. Itē:QVARTO INFECTORES LANAM VTVNT:Qđ SYLVATICū VOCāt Legēdū:Quarto infectores lanam utunt:qđ glaſtū uocāt. ex.xxii. ei⁹ libro. Alioqn nō ſyluaticū ſed ſatiuū eſt id quo lana tingit:qđq; hīc a Plinio deſcribit:Iſatis ſatiua Dioſcoridi uocata. Sed & ſupra mox dē Syluatico dictū erat: Tertiū inqt genus i ſyluis naſcēs Iſatin uocāt. Quid q; ſcripti fere manu codices nec in indice nec hoc loco hūt uerba illa:Qđ ſyluaticū uocāt:ut ſi qd īmittendū fuit/melius ſit Glaſtū uel Satiuū q̄ Syluaticū inſerere. atq; obiter hos eludere q obliuionis & indiligētiæ Pliniū arceſſunt:ceu neſcierit hāc herbā eſſe quæ ab ipſo Glaſtū p initia.xxii.libri dī/folio Plātagi/nis de quo mox dicet. Itē:SIMILe ERAt LAPAtho FOLiis.uetus lectio:Simile erat Lapatho ſylueſtri foliis. Sed & Dioſcorides & Plinius aliubi foliū ei Plantaginis attribuunt: qualia ſylueſtri quoq; Lapatho reddunt. Itē:CRATENAS. legendum Crateias: auctor is in Medicina celeber fuit/Dioſcoridi Galeno cæteris.

Ex capite.viii.

ALii NEVRODē. Dioſcorides & uet⁹ lectio Neuroides πευροειδές. Itē:DENSIORIBVS FOLiis VNDECIM SæPE CAVLIū. Dioſcoridi uerbū Vndecim/nō caules ſ; folia ſignificat. hoc ſenſu: Cauliū folia dēſiora eſſe q̄ ſatiuæ:ita ut decē & undeci qnq; numerent in caulibus. Itē de Cichorio erratico:APVD NOS QVIDā AMBVGIa APPELLAVERE. Cornelius Celſus Ambubeiā. Itē IN TOtū DAMNAVit SERiā. Plinius & Dioſcorides Serin/nō Seriam.

Ex capite.ix.

ALTERā ELEā LATis FOLiis. Legendū Leam/ex Theophraſto. Eſt aūt Lea. i. λέια idē qđ læuis aut Eleada ut Cato. ſed integra ſit an corrupta in Catone lectio/conſiderandū. Itē:DEIN LEVEM GRANDIBVS FOLiis. Legendū Lætē ut mox docuimus. Item FISTVLAS ELVXATAS. Quidā Fiſtulas & luxata. Ego fiſtulas eluxatas tueor. Sunt aūt quas uidet intellexiſſe Cato cū dicit Fiſtulas:quæ Turundā nō recipiūt:ut Turunda ſit liniamentum Tentaq;. alioqn Turunda & illud ſignificat Catoni:quod græce ψωμος appellāt: q̄ſi Buccea ſiue Bolus dicatur/quē nutrices ingerūt infātibus. Turunda hodie uocat accolis Padi etiānū Placēta Focacea. Itē:VRINā EIVS QVI BRASSICā POTANDAm

Universidad de Deusto
Biblioteca

EXTiMAVERit ASSERVAri IVBet. Vetusti codices nō Potā dā extimauerit/sed Estimauerit. Cato: Lotiū inqt cōseruato eius qui

Ex eodem. ix. Brassicā estimauerit.

EX OMNiBVs BRASSicæ GENERiBVs SVAViSSIMA Est QViN Et INVTILis HABEt. Lego: Ex oibus Brassicæ generibus suauissima est Cyma siue Quyma/&si inutilis habet. Celsus: Mali est inqt succi Brassica magisq; etiā cymā eius. Nā i Palladio fere nō aliter scribit Cyma q̄ Quyma. Cyma uero quasi κύημα: qđ fœtū partūq; significat. Itē: ODOre TANtū NARiBVs ADHiBiTO ViTiA ORiū GRAVEMOLENTiāq; SANAre. Vetusti codices: Odore tantū naribus rapto uitia eaꝝ graueolētiamq; sanare. Hoc ipsū & Cato scribit. Itē: FOLia HABEt BiNa ROtūDA PArua LEnia. scribo: Folia habet parua rotūda læuia. nec addo Bina: cū Theophrastus folio eā multiplici prædensoq; descripserit: itēq; Plinius. Nisi qs in uerbo bina nō numerū sed ordinē accepit. Itē de Lapsana: FOLiis SiNAPi SiMiLLimis. Dioscorides nō Sinapi/sed Napi simillimis: hoc est βουνίῳ. Item: CONSVTū SVSPENDit. Vetus fere lectio: Confectum suspenditur.

Ex eodem. ix.

EORūq; VITia: QVæ SVNt FACIE RVBENtes MAXiME IN SOLE ILLITis Cū MELLE: Et NITRO EMENDAT Vetusti codices: æque uitia: quæ sunt in facie: eoꝝ rubētes maxime in sole illitis cū melle & nitro emendant: hoc est Bulbi omnes: sed præcipue eoꝝ rubētes. Itē: BVLBINEN GRæCI VOCāt HERBā PARAcæ FOLiis. Codices aliquot antiq; nō Paraeæ ſ3 Paruis. forte Porraceis: ita. n. mō cernit Bulbina: quā Punici hodie ut rentplerique Buberigin cognoient: foliis croci flore uiolæ purpureo siue ferrugineo i spicis nigro semie. Matron poeta cādidiores niue Bulbinas esse retulit: imbre ali: Iouis cantrices fuisse. Itē: VTILISSiMVS STOMACHO CIBVS. Nō de Bulbina intelligendum hoc est: sed de Asparagis: ut sit initiū capitis sequentis.

Ex capite. x.

INFLATiONEs STOMACHi COLiq; DISCVTiūt VENtrē LENiTER. MOLLiūt. Vetus lectio ante uerbū Ventré/iidē ocu

Ex capite. xi. llis claritatē afferūt.

OREOSELINON ALio FRVTiCE RECto, SEMINE CVMINO SIMILE. Legendum Oreoselinon palmum alto frutice ac recto semine. Codices sunt in quibus non Oreoselinon sed Orthoselinon/quasi a rectitudine. sed prior lectio Dioscoridis auctoritate nititur.

Ex capite. xii.

DIODORVS IN EMITERICIS. Legēdū arbitror Diodotus: ex indice/itē Dioscoride. Verbū in Emitericis mēdosum est. Romana exēplaria/in hemitritæis. est aūt febris genus hemitritæos. Sed uetus lectio fere habet in Empericis. Et sane id qđ sequit experiētia deprehendi nō rōne potuit. Item: EXTiNGVit QVOq; LActis PROVENtū. Dioscorides puentū lactis facere putauit Ocimū. προκλητικὸν εἶναι γάλακτος. sed nihil mirū: uariāt. n. in Ocimo sententiæ. sicut ea quoq; pte qua Plinius scribit existimasse quosdam Si eo die feriatur quispiā a scorpiōe quo ederit Ocimū/sanari non posse. Cōtra Dios. Libyes inqt asseuerāt a scorpiōe ledi nō posse/q

Ex cap. xiii. Eo die feriat/quo ederit Ocimū.

DVO EIVs GENEra ALuū PVRGāt. lego nō Aluū/sed Albū: nā sequit: alterū est nigrius. Item: ALOPECias EMENDAte SINAPi. lego Alopecias emēdare addito Sinapi. Item: IVXta FLVMEN ANACIMū. Dios. Iuxta flumē Olcimū. qđ si Haliacmū: ita eni Macedoniæ amnis uocat. Item: ALPHiOSiSq; CRVDāDARi. Quidā Alsiosis: ex Dios. ac Plinio supius: etiāsi Alphos genus est candidæ uitiliginis: qualē curari hac herba Dios. affirmat.

Ex capite. xiiii.

Vt COIRE DESERiq; LAC Nō PATIANt. Dios. Vt coire dēsereq; lac nō patiant: hoc est ἀτύρωτον φυλάττει τὸ γάλα. Itē: TVSSI INTERFRictiōes FRICAri. Legendū puto: in tussi in pfrictiōe & reliq. hoc est in tussi ex pfrictiōe orta. i. ex eo q̄ qs pfrixit.

Ex capite. xv. de inscriptione.

DE POSCA: QVæ VRINā STRINgit. Mēdacissima inscriptio agitur. n. hic de Cumino Aethiopico/non de Posca. Item: QVOD GRAECi VOCANt AMI. Dios. & alii fere Ammi p duplex. m.

Ex capite. xvi.

Est ALIA CVNILACEA APPELLAta. Vetus lectio fere: Est alia Cunila Gallinacea appellata. de quo plura in editiōe Dioscoridis. Itē: MANIPVLO QVOq; EIVS ADIECto. Vetus lectio nitidior: Abiecto/nō Adiecto. Item: ADVERSVS SCORPiōes EX POSCA TOLLEte. Scribendū Pollere/nō tollere. Itē: PILOSIORiBVs RAMis & ACVLEAtis. Codices nōnulli: Pilosiorib' foliis ac ramis & aculeatis. Dios. certe folia huius hirsutiora esse memorat. Itē: ALTEra THVris: QVā LIBANOtidē APPELLAVIMus. legēdū Appellamus. nā quæ supius libro pxio Libanotis appellata ē/nō p Rosmarino accipit/ſ3 p quadā Cunilagine: siue ut græci uocāt Conyza.

Universidad de Deusto
Biblioteca

Ex capite.xvii.

OTHIMIN. legendū est Onitin:ex Dioſc.Sunt q̄ Ornithin quaſi gallinaceī cunilā:nō q̄ illa ſit/ſed q̄ ei ualde ꝓxima. Itē:IN DECESſióe BALNEaꝝ.qdā in deſcenſione.Nihil muto. Dioſc.i balneis.Itē:TONSILLis QVOq̄ FLVViis MEDEť. Dioſc.Tonſillis quoq̄ & uuis medeť.Itē:LEPIDū.legendū Lepidiū. Itē:Cū MVRINO OCVLoꝝ EPIPHoras.Legendū ex Dioſcoride:Cū Irino.Itē:DIFFICVLtates SPIRādi ADdito NItro POtū.Dioſc.nō Nitro/ſed Vino.Itē:SAGis QVOq̄ ADDitť. lego Saecis.nā ſequitť:cū amaris nucibus uina cōmendat:

Ex cap.xviii.

SEMEN ELEPHātis MEDEť.legendū Elephātiis.hoc aūt lepræ genus eſt Celſo Galeno cæteris.nō ut recentiores medici cōtendūt: morbus is quo pedes & crura uchemētertť intumeſcūt.Itē:AVT Si EXIGVVS Eſt VNGVE POLLICIS Vt LACtucis.Legendū nō Vt lactucis/ſed Aut lactucis:ex Theophraſto.Itē:IN MORTiFErū INFVNDi VETANtes.Legēdū:Vt mortiferū infundi uetātes.Itē:PRæTEREA QVONiā VSVi NOCEret.legendū nō Vſui/ſed Viſui.Itē:ADDidit ANDROn. Dioſc.uetuſtiq̄ cod. Andreas.In Theophraſto tñ nomē auctoris Andrō.Itē:ADVLTeRAť ALEXANDrino. Vetus lectio Alexādriæ. Dioſc.Axungia. Itē:Q d ACiDiON VOCāt.legendū Q d Diacodion uocāt. nā capita Papaueris Codia græci uocāt:ut ſequētibꝰ liquebit.Itē:FICtū IN POSCA COit.Quidā codices:Fictū in Puſtulas coit.iudicēt

Ex capite.xix.

Ꝛid experti.

QVOD NISi INARViſſet:SPONTE NASCEREť. Legendū: Q d niſi in aruis eſſet ſponte naſceretť:ex Dioſcoride/ac Plinio ſupiore libro:in aruis naſci papauer hoc teſtātibus. Item:RYAM VOCAVIMVS Et EMPRACTicū.Ex Plinio ſupius Erraticū. Item:CAERATicū.Dioſcorides & græci oēs Ceratitin. q̄q̄ & Ceraticū a cornu deductū eſt. Itē:CAVLICVLO INFLEXo VT CORNICVLA.Dioſcorides Caliculo/nō Cauliculo.Item:TEMPESTiuū Eſt MENSTRVis.legendū Meſſibus/nō Menſtruis: ex Theophraſto.Et infra:FOLiis Si PROCul INTVeare SPECiē PASSerꝝ REPRESENtātibus.Dioſcorides uidetť nō Paſſerꝝ ſed Struthii dicere:q̄ſi herbæ illius quā nos Radiculā/græci Struthiō/a paſſeris uocabulo.Theophraſtꝰ quoq̄.ix.li.expreſſius:Foliū inqt hꝫ q̄le ſtruthos quo lintea cādorē capiūt. Curari uero lanas & cādeſcere radicula:cū ipſe Plinius.xix.libro/tū Dioſcoride & cæteri confirmant. quia tamen contēplari oculis hoc genus Papaueris

nondū mihi cōtigit:& uerba Theophraſti ambigua ſunt/q̄ Lina fieri eo candida: & ad folium papaueris ut Plinius hic intelligit: Lina inquit ſplendorem ex eo trahunt & ād Struthium pertinere poſſunt:nō audeo decernere Plinium errore lapſum fuiſſe potius q̄ conſilio & iudicio ad hunc modum ſcripſiſſe.

Ex capite.xx.

Eſt ET PORCVLACA. legendū Portulaca. Paruus hic error/ſed creber:ut ille AMBROTonū:p eo qd eſt Abrotonū.Item:HAEMORRHOidū Et PRESIGrū. legēdū puto Hæmorrhoidū & Præſterū.noia ſunt hæc ſerpentiū ut cōſtat. Eſt aūt Præſter ut inquit Dioſcorides idē qd Dipſas.Itē:EPITOMENton RHIZITOMVMENOn SCRIPSit.Lego diſtinctius:Epitomen/Ton Rhizotomumenon:& græce melius ἐπιτομὴν τῶν ῥιζοτομουμένων hoc eſt breuiariū de radicibus quæ ſecantť.Ab hoc aūt uerbo id qd ablaqueare dicimus/in re ruſtica modo ῥιζοτομεῖσθαι modo περιατρεῖσθαι modo γυμνοῦν σκαπάνῃ τὰς ῥίζας græci uocant.

Ex capite.xxi.

STOMACHO VTILES SEXTVS NIGER.Legendū Inutiles:ex Dioſcoride.Itē:ASPERSū CVBITALi FEMINaꝝ.Quidā nō Cubitali/ſed Genitali.Itē:Et MāMAꝝ INFLAtiōes Et PāNOs.Dioſc.legit Inflāmatiōes:hoc eſt φλεγμονὰς:quas Plinio moris eſt etiā impetus uocare.Itē:VIRE ANGVINO.Vetus lectio Iure exiguo.Itē:CHErias Et LEPras CVrat.Dioſcorides non Cerias/ſed Melicerias. nā Cerias nō dicimus ſed Ceria hoc eſt ſauos.

Ex capite.xxii.

ADIICiť CORDYLON. Dioſcorides & lectio antiqua Tordyliō nō Cordylon.& Plinius quoq̄ alibi Tordyle. Itē:Eſt AVtē SEmē EX SESE.Legendū:Eſt aūt id ſemē ex Sili:Dioſcorides/ac Plinius.xxiiii.libro:Tordylen inqt alii ſemē Silis eſſe dixerūt:alii herbā p ſe.Itē:LVMBORVM COXENDICū HVMErū.Codices manu ſcripti non habent Humerū.Dioſcorides loco uerbi Humerum/ponit Lienū. Itē:VEL Si VEHEMENTior VERTIGO TIMEatť.ſcribendū Vrigo/nō Vertigo.i.uſtio:nā & Vſtio in quibuſdā legitť.Itē:INVNGVNT QVOq̄ SCABRAS GENAs AVT GALLICA INTER OCVLOS CVM MELLE. Dioſcorides: Inungūt quoq̄ ſcabras genas aut caligantes oculos cum

Ex eodem.xxii.

Ꝛmelle.

ADARCA INTEr SYLVAS INTACTA CORTICE PLANIORE.Legendum:Adarca inter ſyluas tacta in cortice calamo-

Universidad de Deusto
Biblioteca

rum. Ideo aũt inter ſyluas tacta ſiue dicta/quoniã de adarca libro ſexto & uigeſimo:qui ſyluestribus tantũ dicatus eſt:agitur in mẽtione harundinũ. de hac ipſa & libro.xxxii.capite ſexto medicinæ tractantur:ubi Calamochnus quoq; dicitur. Item:PHILOCAres Dioſcorides Philophares.liberum ſit.Item:SVCCVs VERo ARTICVLis & NARiBVS MORBo REGio.Legendum Succus uero articulis & e naribus morbo regio & reliq̃. Dioſcorides:Morbum inquit Regium e naribus minuit.

Ex capite.xxiii.

FOLiis ANISo SiMiLE Et CAVLE ALIQVãdo BIPEDALi. Dioſcorides:Foliis Anetho ſimile:& caule aliqñ bicubitali. Habẽt & aliquot exẽplaria nõ Aniſo ſed Anetho.Itẽ:HiPPOMARathri GENVS TRADit LONGo Et ANGVLoſo FOLio.Dioſcorides & lectio antiqua:Longo & anguſto folio. Itẽ:E VIRIDi FERVLA RAMVSCVLus.Dioſcorides:E uiridi ferula muſculus hoc eſt ἐριτεριώμη qđ medullã ſignificat. Sũt certe codices in qbus hic medulla ſcriptum eſt/nõ Muſculus aut Ramuſculus.

CASTIGATIONES PLINIANAE EIVSDEM HERMOLAI BARBARI EX LIBRO.XXI.

Ex capite.ii.

ſ ICION EX INGENio PAVSIAni.Legẽdũ eſt Sicyonii ex ingenio Pauſiæ. de quo Plinius inter pictores:Pãphilus inqt docuiſſe tradit' Pauſian/Sicyoniũ: primũ in hoc genere nobilẽ.Oratius:Vel cũ Pauſiaca torpes inſane tabella.Porro uerbũ ADINVENIt poſitũ hac clauſula ſupfluit in uetuſtis codicibus:& ſenſum conturbat.

Ex capite.iii.

LENNISCi.Dictũ ſupius Laniſcos a qbuſdã ſcribi.Athenæus græciq; λημνίσκους hoc eſt Lemniſcos.Memit & Suetonius & Feſtus. Itẽ:SVTILES SALIoꝝ SACRIS INVENIMVS Et SOLẽNES COENAS TRANSire:DEINDE AD ROSAria.lego Sutiles Salioꝝ ſacris inuenimus & ſolẽnes cœnis. Tranſiere deide ad roſaria.Martialis:Laſſent' q; roſis tpa ſutilibus. Saliares cœnæ omnibus auditæ ſunt.

Ex capite.iiii.

VSVs EIVS IN CORONIS PROPE MINIMVs. Legendũ

non Minimus/ſed Nimius:ex Plinio ſuperius: Trãſiere inquit ad Roſaria/eoq; luxuria proceſſit / ut non eſſet gratia niſi mero folio. Item: ViLiSSiMAM VERO PLVRIBVS VEL MINVTISSiMAM SPINIOIAM.Sũt codices in quibus Pallidis nõ Pluribus:itẽ Spinoſam:ut inferius.Quidã ita:Viliſſimã uero pluribus ſed minutiſſimis Spermoniã: quaſi σποράδην id eſt paſſim naſcentẽ:aut etiã ab exiguitate dictã : cuiuſmodi reꝝ ſemina ſunt. Aliq; Spioniã ut genº quoq; uitis Plinio Columellæq;.Itẽ:ACColæ TRANSFERENTES CONFERVnt. Codices antiqui Cõſerunt.Itẽ:QVæ GRæCIA APPELLAtẽ A NOſtris.lego nõ Græcia/ſed Græca ſiue Græcula:ut nõ multo poſt: MVSCETon VOCANT.codices pleriq; Aceton.Quid ſi Moſceuton:quaſi a Viui radice:quã græci Moſcheuma dicũt.

Ex eodẽ.iiii.

OMNES SiNE ODOre CORONEola IN RVBO NATA. Lege:Omnes ſine odore præter Coroneolã in Rubo natam:quippe quam iocũdi odoris licet anguſti Plinius reddiderit. Item:ET ALIAS VERA QVOq; PLVRiMũ SOLA PRAEVALET Scribendũ Solo non Sola. Etenim ſequitur:Cyrenis odoratiſſima eſt.Item:PRAETEREA MAGis LOCis OMNIBVs SICCis q̃ HVMiDiS ODORAtior. Vetus lectio : Præterea locis omnis ſiccis q̃ humidis odoratior.Item:CONTENta RARIS. Codices antiqui Ruribus.Item:VNVM GENVS INSERITVr PALLIDæ SPINOSæ.Diximus de hoc ſupra hoc capite.

Ex capite.v.

DiFFERentia LILiis EST.ET HAEC. Vetus lectio:Differentia a liliis eſt:& hæc.q; narciſſis & reliqua.

Ex capite.vi.

QVAE SPONTE APRICIS ET MACRIS LOCIS.Dioſcorides non Apricis ſed Opacis. Item:LATIORE FOLio STATIM AB RADICE CARNOSA.Theophraſtus Carnoſo.Itẽ: APPELLATæ ITA VT AB IIS HYACINTHina VESTis. Lego:Appellatæ Ia/ut ab iis Ianthina ueſtis. Etenim Græci Violas Ia uocant.Fortaſſeq; uerbum illud ab iis/non relatiuum ſit pronomen/ſed Violam ſignificet.Martialis:Coccina famoſæ donas & Ianthina mœchæ:id eſt Violacea:unde Violantillam ſuam Papinius Ianthida. Item:CVM SIT MEDIOCRE DELIACON VOCANT.Lego Cum ſit medio candidũ Dialeucon uocant. Itẽ FOLIO QVI FLOREM EXPELLit. Legendũ:Folioq; florẽ expellit:ex Theophraſto & Plinio inferius.

Ia Ianthina ueſtis

Universidad de Deusto
Biblioteca

Ex capite.vii.de Iride.

DRINONIS & NATRONE.Nicāder in Theriacis Drilonis & Narone.ἴριμ τὴμ ἔορεψε δριλωμ καὶ μδρομοσ ὄχεη.Item:QVIDAm TEVCRION VOCANT. Vetus lectio & Dioſcorides Teuthrion:nam Teucriō alia eſt. Illud notatu dignum q; hic a Plinio dicitur Polii folia mane candida/meridie purpurea/ſole occidente cerulea fieri:hoc Dioſcoridem Tripolii floribus tribuere.Nata forte confuſio:quoniam ut ait Plinius.xxvi.libro:Tripolium eadem quibuſdam uidetur herba quæ Polium .nā & Theophraſtus quā libro nono Polium uocauerat/hāc libro decimo Tripolium appellat.oīo tamen Tripoliū a Polio maxie diſtinguitur. Polio Thymi folia.Tripolio Iſatis ex Dioſcoride ac Plinio:cuius tā uerba.xxvi. libro capite ſeptimo deprauata ſunt:TRIPOLIū inquit FOLiO SATIS CRASSIORe PALMO ALTO.legendum enim:Folio Iſatis craſſiore:palmū alto caule.Dioſcorides φῦλλα ἔχει ἰσάτιδι παραπλήσια ξηρά παχύτερα καυλοῖ σπιθαμιᾶιον.

Ex capite.viii.

PROSVNT BACCAE PVRGATIONI FEMIMARVM. Vereor ne decurtatus sit hac pte Plinius.Etenim medicinæ: quas hic reddit usq; ad arborem aquifoliam:nō paliuro: sed oxyacāthæ sunt peculiares.auctor Dioscorides.Nisi quis oxyacanthā paliuro contributam putet.Item:NEC RVBROS AD MALEFICIA. Legendum:rubos non rubros.Item:IDEOQVE EX EIS MORA BESTIIS VEL HOMINIBVS CIBOS DEDIT. Verbum bestiis in exemplaribus antiquis abest.Itē: OCVLISQVE PROCEDENTIBVS.Legendum:procidentibus: hoc est quod medici dicunt ἐκπίπτουσιν siue προπίπτουσιν.

Ex capite.xiiii.

ALIA EST CAPARI:QVAm MEDICI CYNOBATON.Legendum est:Alia est a cappari.quam medici cynos baton:ex Dioscoride. Item: VLCERA RECENTIA ET SERPENTIA. Celsus:Vlcera non recentia lycio curari tradit.Item:PVNICEIS TOTIDEM.Lege punicis hoc est malis Granatis. Ideoque medicamentum hoc uocatur oporice ἀπὸ τῆσ ὀπώρασ: hoc est a pomis arborumq; fructibus.

Ex capite.xv.

ALIQVI EAM CHAMEROPEN.Dioscorides:chamædropen. Et infra:CHAMESICEm.Scribe:chamaesycen.Et infra: SVNt AVTEM EI MORA ODORATA. Vetus lectio: Sunt autem ei amara odorata. Item Dioscorides. Item: CALIGINES

MVRICVLAS NVBECVLAS. In uetustis Codicibus uerbum muriculas non legitur. nec in Dioscoride: nisi pro myopia capiamus.Id autem uitium est eorum quos Græci myopas uocant. Myopiæ sunt & murum cauernulæ. Item: PER INFVRNIBVLVM IMBIBITVR. Vetusti codices: per infundibulū. Non displicet per infurnibulū:quia græci hoc genus hauriēdi fumi nidoriſue hypocapnisinon appellant.

Ex eodem.xv.

QVAE STACHYS VOCATVR PORRI SIMILITVDINEM.Legendū est Marrubii:nō porri. Videtur aūt Plinius hoc loco lapsitare nō librarius:q; Græci marrubium prasion: porrum prason uocent.Hæc ut dicemus hallucinatio in herbis quoq; aliis marrubii faciē præbētibus peculiaris fuit homini doctissimo.Dioscorides & cæteri post eum omnes speciē marrubii demonstrant: & nos quoq; uidimus.Vsum eius fere ignorant officinæ:quā uel ei ualde similē pueri coronatā & nauiculā a folioꝝ similitudine appellant Romæ.

Ex eodem.xv.

QVOD ALII LINOPICTON.Legedū cleonicion.ex Dioscoride ac uetustis fere codicibus cleopicion scribentibus. Item: ALII ZOPYROCHERON.Dioscorides legit Zopyron.codices alii quot Pliniani Zopyrotyron.Item:ENCIMOIDES.Dioscorides legit ocimoides.ὠκιμοειδέσ. Item:ORBICVLATO FOLIOrū AMBITV. Dioscorides nō foliorum:sed florum.

Ex eodem.xv.

FOLIO LAVRI LONGO TENVIQVE. Legendum: Folio lauri longa tenuisq;.auctor Phalereus Demetrius:In prouerbium inquit cessit Clematis Aegyptia:nominatis ita qui ꝓcero & nigro sunt corpore.Quid q; & uetusta exemplaria nō aliter habēt q̄ nos correximus.

Ex capite.xvi.

EST ET HERISQVAE IN EADEM AEGYPTO NAScITVR.Legendū uidet:Est & arisaros:ex Dioscoride.Quanq; hæc ipsa & aris forte dicit:quasi arus parua.Etenim similis hæc est aro minor tantū radice ac folio.Nominat & aris herba hippocrati:sed qualis sit nō tradit ipse.Item:HERBAM IN BRATIS. Legendum in pratis.Itē: PSEVDOVVNION NAPI FOLIA HABET.Scribendum Pseudobunion:quasi mentitum napum: quia napum Græci bunion uocāt.De hac herba & Plinius alibi:& Dioscorides:& cæteri.

Universidad de Deusto
Biblioteca

Ex eodem.xvi.

BIBVNTVr RAMI EIVS QVINIS CYATHIS E NIVE. Legendū arbitror:Bibunt rami eius quini ſeniue.Ita & in uetuſtis codicibus inuenies:& Dioſcorides quadā tenus hoc innuit. Item: ALII MYRRIZAN.Vetus lectio Smyrrizan . Et græca ratio: Apud quos ſmyrra dicit nō myrra.

Ex capite.xvii.

AGLAOPOTIN.Legendū:aglaophotin:hoc ē admirationē hoīm φώτασ.n.hoīes uocant poetæ Græci.Probant hoc ſtatim ſequētia. Item:THERIOCARNA.Lego Therionarca:quoniā torpeſcere feras faciat.De qua &.xxv.libro diſſerā. Item: AMORES VEL CVM ODIO DEPOSITA.Scribendū eſt depoſiti.

Ex capite.xviii.

STRACIOTES. Legendū: ſtratiotes : hoc eſt herba militaris.De qua omnes.

Ex capite.xix.

RVMBOTINVM ARBOREM.Plinius hāc quartodecimo uolumine Rontotinū uocauit.alterutra lectio corrupta eſt. Itē:PHILANTROPON HERBAM GRæCI APPELLANT NaSVTEM.Lego:Philantropon Græci herbā appellant hirſutā: ex Plinio inferius libro.xxvii.de aparina & Dioſcoride.Itē:CORDILEN ALII SEMEN SYLIS.Dioſcorides Seſſelis nō ſilis. Sed & ſilis ꝑ ſeſſeli recte legi poteſt. Vnde ſilatū forte uinū. de quo tī

Ex eodem.xix.

EFFICACIOR EST ETIāNVM RADICE SVCCO EIVs. Legendū eſt : Efficaciore etiānum radice ſucco eius & reliqua ex Dioſcoride & uetuſtis codicibus.Item:CVM IN CACVMINE ACVLEI SINT PLVRIMVM . QVOD ILLI DACTYLON VOCANT.Codices ſunt in quibus ita legit: Cū in cacumine aculei ſunt plurimū qni dactylon uocāt : ceu dictū ita ſit ex eo ꝙ qni ſunt in manu quoq; digiti.Quanq & alia eius uocabuli ratio monſtrat ab ipſo Plinio:quia digitis mederi uideat.

Ex eodem.xix.

QVOD TELIM VOCANT ALII CARPHOS: Dioſcorides ſcribit carpos.nondū tamen carphos improbo. Et infra: SICILIā Legendū Siliciā ex Plinio:ſiue ſiliculā ex Varrone.Item:ALAq; ETIAM GRAVE OLENTIā DECOCTVM FENo GRæCI SEMEN EMENDAT . Videri poſſet legendū nō alaq; ſed ſellaq;:hoc eſt excrementoq;:qa Dioſcorides hoc loco ὑποχωρήματα ἀυσειρτερικῶν ἀυσώδη corrigēda eo præcipit.In cōtrariū me mouet uerbum ſella quod pro excrementis accipi præterq; a recētioribus nondum inueni.

CASTIGATIONES PLINIANæ HERMOLAI BARBARI AQVILEIEN.P.EX LIBRO VICESIMOQVINTO.

Ex capite.ii.

ANATVM PONTICORVM MISCERE ANTIDOTIS. Legendum ſanguinem anatum ponticarum miſcere antidotis.ex Plinio multis locis.Itē Galeno:cæteris.Et ſupra : SOLIS LVNæq; DEFEctū. Lego:defectuum:non defectum.

Ex eodem.ii.

VIDIT IN QVIETE RADICEM SYLVESTRIS ROSæ: QVAM CYNORHODON VOCANT:QVAMq; BLANDITAM SIBI PRIDIE IN FRVTETo MITTEREt FOLIO BIBENDAM IN LACTE.Legendum eſt ut ſenſus conſtet:& exemplaria uetera ſequamur:Vidit in quiete ut radicem ſylueſtris roſæ : quam cynorhodon uocant: eblanditam ſibi aſpectu pridie in fruteto:mitteret filio bibendam in lacte.

Ex capite.iii.

STOMACHACEn MEDICI VOCABANt ET SCELETorBEN. Legendum eſt : Stomacaccen medici uocabant & ſceletirben.ex Strabone ſextidecimi libri fine:Vtrunq; morbum in Arabia ſenſere legiones Romanæ diui Auguſti tempore Hælio Gallo duce:ϛομακάκκην & σκελετύρβην.

Ex eodem.iii.

FIDA IN QVA CASTRA ERANT NOSTRIS DEMonSTRAVERE ILLAM.Codices Romani habēt friſa.Ipſe legendū puto:Friſi qua caſtra erant:noſtris demōſtrauere illā .Sunt aūt Friſi:ptinus ultra rhenū populi oceano appoſiti:ut Ptolomeus ac cæteri teſtant.De qbus intelligere hoc loco Plinii ſupiora ſtatim uerba ſignificāt:In Germania inqt trans Rhenū caſtris a Germanico Cæſare promotis maritimo tractu fons erat.

Ex eodem.iii.

NEC HIC QVONDAM AMBITVS.Legēdū eſt:Et hic quondā ambitus.ex uetuſtis codicibus. Argumētis.n.duobus utit hoc loco Plinius:qobrē mirū ſit Britanicā uocari herbā quæ nō in Britania:ſed in Germania ſit inuēta.Primū eſt ꝙ cū ſui iuris eſſet Britania:nec populo Romano ſubdita:ueriſimile nō eſt militē romanū herbā in Germania repertā:de noīe gentis alienæ q̄ libet confinis appellare uoluiſſe.Alterꝝ ꝙ cū hoc ambitu laborauerit antiquitas noībus ſuis adoptandi quas inueniſſent herbas : cur Britaniæ tribuerint quam Germania demonſtrauiſſet.

Universidad de Deusto
Biblioteca

Ex capite.iiii.

FOLIIS PENE PVRPVREIS. Dioſcorides:Floribus pene pur pureis.Item: SEMEN TRIONIS. Legendum Irionis:ex Dio ſcoride:hoc eſt Eryſimi.ita enim Græce dicitur Irion.

Ex capitis.v.inſcriptione.

HERMIPORA. Legendum Hermupoa. Quanq̃ hermubotane potius:& hic & paulo infra ex uetuſtis codicibus. Etiam ſi hermu poa idem eſt q̃ hermubotane.Itẽ:ALIAM VERO QVINVm CVBITORVM. Dioſcorides:Binum cubitorum.

Ex eodem.v.

HERMEMON VOCANT. Legendum: Hemioniont ex Dio ſcoride qui hemioniam hanc appellat. Addo q̃ hæc ſimilis eſt aſ pleno intantum ut difficile ſit internoſcere. Porro aſplenon etiam uocatur hemionion.Sunt tamen Codices in quibus Hermion le gatur: quod nomen apud Græcos inuenio communicatum etiam aſpleno

Ex eodem.v.

FOLIA PARVA.Lego aut folia ari:aut certe folia curua: ex Dio ſcoride.In herba hemioniti:hoc eſt μηροειδῆ ad lunæ formam ui delicet.Item:RAMIS HYSOPI SVRCVLOSAM. Legendũ Quidam ramis Hyſopi ſurculoſam: ut ſit ſenſus: alios Teucrion herbam intellexiſſe:non eam de qua modo eſt dictum: ſed rami hyſopi ſurculoſam folio fabæ: & cætera. ex Dioſcoride in teucrio: atq̃ ita codices habent uetuſti.

Ex eodem.v.

PAROTIDAS FVRENTES.Legendum:prœtidas furentes:ex Dioſcoride prœtion uocante hanc herbam.& Strabone:hoc eſt he legen & cælenen prœti filias:ut inquit Aelianus. Fabula eſt pro trita ex Ouidio:Probo:Victruuio:mille aliis. Item: ALIi BETæ INCIPIENTIS.Legendum eſt:Albi betæ incipientis.ex Theo phraſto Dioſcoride q̃.

Ex eodem.v.

VNO EIVS LOCO CIRCA EPYRVm.Scribendũ ex Theo phraſto:Circa pyrã.Vnde Plinius hæc ipſa mutuatus eſt ad uer bum:hoc eſt circa Rogum Herculis in Oeta monte. Nota eſt fa bula.Habent & hoc uetuſta exemplaria.Claudianus:Iuga deſeris oetes:Herculeo damnata rogo.Papinius: Cuſtodes iterum luſtra tus honeſti Ignis ab œtea conſcenderis æthera flãma. Caſtigauit locum hunc Sipontinus ſuppreſſa Theophraſti mentione. Domi

tius non tam carpendi libidine reprehendit q̃ q̃ ſine auctore di ctum rebatur:ſed Liuius quæſtionẽ diſſoluit in belli Macedonici li.vi.ipſe inquit.M.Attilius œten aſcendit:Herculiq̃ ſacrificiũ fe cit in eo loco quem Pyrã q̃ ibi mortale corpus eius dei ſit crema tum appellãt.Erat circa eundem montem & locus ut inquit Eu ſtathius ab eodem argumento dictus Phrygia q̃ ibi deuſtus fuiſ ſet Hercules.

Ex eodem.v.

QVOD ADVLTERATVR ETHOLICO. Theodorus ex Theophraſto legit: Apolico minus recte. Etenim Theophraſtus alio loco:id eſt libro decimo:Etolicum id cognominat. Item NI GRVM ALII EVCHYMON VOCANT. Theophraſtus entomon.etiam ſi Dioſcorides non nigrum ueratrum: ſed candi dum ſic appellat:utcunq̃ ab inſectione uocatur entomon.

Ex eodem.v.

SCABIEm QVADRVPEDVm CVM THVRe:CERa:ARo: PICE. Legendum ex Dioſcoride:Scabiem quadrupedũ cum thu re aut cera ac pice.Item: INCISVM FORFICVLIS VT DI XIMVs SCRIBANT.Hũtur codices in quibus nõ ſcribant:ſed cribrant legitur. Item:CLINICIS. Sunt qui corruptum hoc pu tent:nec quid loco eius ſubiiciant inueniunt. Et ſane Clinici fere uocantur non ægri ſed medentes.Scio tamen in litteris ſacris legi Petronillã: ex morbo clinicam fuiſſe quaſi paralyticã ſideratãue: propterea q̃ decumbentem grabato. quem Græci clinen uocant.

Ex eodem.v.

CAVSARIS VEL LATERE VEL FAVCIBVS. Legendũ: Cauſariis uel latere uel faucibus.Cauſarios inuenio: qui & ualitu dinarii dicantur:ſiue ſontici:aut qui omnino cauſam & admoni tionem habeãt ex morbo ſenectuteue.Liuius quoq̃ libro ſeptimo ab urbe cõdita: Tertius inquit exercitus ex cauſariis ſenioribuſq̃ a.T.Quinctio conſcribaẽ:qui urbe mœnibuſq̃ præſidio ſit.Vul pianus:Cauſaria inquit miſſio eſt quæ propter ualitudinem labo ribus militiæ ſoluit.

Ex eodem.v.

GALLI SAGITTAs INVENENATo HELLEBORO TIN GVNT. Scribe:in uenatu:auctor Gellius:q̃ hæc ipſa uerba mu tuatus hinc repetit.

Ex capite.vi.

MITRIDATIAm VOCATAM.Dioſcorides legit:mitridanion. neutrũ diſplicet.Itẽ:HIRSVTI CVBITALIs ALIQVAnDo & AMPLIORIBVs FOLIis p̃ INTERVALLa q̃nq̃ FOlia ut

Universidad de Deusto
Biblioteca

CANABIS. Tria errata: Legendum igitur: Hirsuti cubitalis aliquãdo & amplioris foliis per interualla quinquefolii aut canabis:
Ex eodem.vi.
PHORVO ET LICEO. Scribendum: Pholoe & lycæo: ex Dioscoride. Item: MEDETVR ET OVIVM MORBIS. Legendum Medetur & omnium morbis: Dioscorides: Cognominata inquit est & panacia: quoniã mederetur omnium morbis: atq; hoc ipsum innuunt antiqui codices.
Ex eodem.vi.
ANGVLOSO CAVLE PAVLVLVM ALTO. Legendũ est Palmũ alto: ex Dioscoride. Item: FLORE LYCHENIDIS. Legendum: Flore lychnidis. Item: GALLI EXACVM QVONIAM OMNIa MALA MEDICAMENTa POTVm E CORPORE EXICCAT PER ALVVM. Legendum: exigat: non exiccat. Item: ET VINI GENERI ASSIGNANT. Legendũ est: Et uni generi assignant.
Ex capite.vii.
GENTIANAM INVENIT GENTIANVS REX. Legendum est: gentius: non gentianus: siue Gentis rex: ut Dioscorides. Item FLOREM PVRPVREVM FRVTICOSVM. Dioscorides: Florem aureum: fruticosa hoc est ipsa herba lysimachios. Ité CVM VNA MATVRESCIT. Legendum est: Cũ uua maturescit: ex eodem auctore.
Ex eodem.vii.
ANYMPHA ZELOTYPIA ERGA HERCVLEM RHOPALO MORTVA. Verbum rhopalo superuacuum existimo. Nõ enim rhopalo: id est claua Herculis: sed zelotypia erga ipsum periisse nympha traditur: atq; ita sine uerbo illo uetusti codices leguntur: Nam rhopalon herba ipsa dicitur a radice clauæ simili. Et infra: BOEOTIAE TIMALON VOCANT QVAE SEMEN EDVNT. Triplex error: legẽdum enim ex Theophrasto: Boeoti madon uocãt qui & semen edunt. atq; ita fere in codicibus antiquis scriptum inuenias.
Ex eodem.vii.
IN SOLE SICCATVR ADVERSATVRq; ET ALLIVm. Lego: Aduersaturq; aluinis: hoc est Cœliacis auxilio est. ex Dioscoride. Nisi quis ita legat: Aduersat' q; ei allium: ut antipathiam cũ eo genere intelligas habere nymphæam: quod nusq̃ reperi sane. Item: In THESSALIA AMNE PEONIO. Legendum est: Peneo ex Dioscoride.

Ex eodem.vii.
APPELLAVIT EVPHORBIAm MEDICI SVI FRATRIs NOMINE ET MVSAE. Legendum arbitror: Appellauit Euphorbiam medici sui nomine & fratris musæ. Plinius libro quinto Iubam ait Ptolomæi patrem scripsisse gigni herbam in Atlãte Euphorbiam ab inuentore medico suo appellatam. Q d autem Euphorbius Iubæ medicus frater Antonii musæ fuerit/ostendũt uerba Plinii quæ sequũtur: Iidem fratres inquit instituere a balneis frigida multa corpora astringi. Et infra: IBI GERVLI QVI LeGVNT. Quid si scribatur Getuli: quippe qui uicina loca montis eius accolunt auctore Ptolomæo ac Plinio.
Ex capite.viii.
IVNGITVR HVIC BVGLOSSO. Legendum est Boglossos ex auctoribus Græcis Latinisq; omnibus. Item: AIVNTQVe EAM QVAE THYRSOS SEMINIS EMITTAT: EIVS RADICEM EX AQVA AD TERTIANAS PRODESSE. Legendum est ex antiquis codicibus & Dioscoride: Aiuntq; quæ tres thyrsos seminis emittat eius radicem potam ex aqua ad tertianas prodesse: Nam sequitur Quæ quatuor ad quartanas.
Ex eodem.viii.
QVIDAM CHALCIAM VOCANT. Lego Cachlam / ex Alcmame: χρύσειον ὅρμον ἔχων ῥαλυμαῖν πεταλοισι καχλαν. Eodem modo uocauit eam Dioscorides: Nam Chalcia siue Chalcios alia est ut supra significauimus.
Ex eodem.viii.
HAEC CVM CERA SCIRROMATA DISCVTIT. Vetus lectio Steatomata: item Dioscorides in Chrysanthemo: quam nos eandem cum Buphthalmo credimus: etiam si mentiones in Dioscoride geminas inueneris: quasi diuersarum: fieri potest ut altera earum legitima non sit auctoris eius: Sed quod fere solet contingere supposititia. In Buphthalmo certe ad duritias id est σκληριασ commendat eam: ad steatomata in Chrysanthemo.
Ex eodem.viii.
CESTRON AVT PSYCROTERON. Legendum Psychotrophon ex Dioscoride & uetustis codicibus.
Ex eodem.viii.
FOLIA FERE LAPATHI SERRATA SEMINE PVRPVREO. Forte legendum est Stamine purgureo/ex Dioscoride καὶ τὸ μέσον ἔφη τῶν φύλλων φοινικοῦν.

Universidad de Deusto
Biblioteca

Ex eodem.viii.

NEC ALIAS DEFVERE HISPANIAE HERBIS EXQVIRENDIS VT IN QVIBVS ETIAMNVM HODIE IN NVMERO SIT LAETIORE CONVICTV POTIONẽ EGENTEM HERBIS MVLSO ADDITIS CREDIDERE SALVBERRIMAM. Legendum arbitror: Nec alias defuere Hiſpaniæ herbis exquirendis ut in quibus etiamnũ hodie in uirorum letiore conuictu potionem e centum herbis Mulſo addidis credidere ſaluberrimam. Etenim uirilia conuiuia quæ græci Andronas uocant/a mulieribus erant diuiſa:publico fere ſed græcorũ maxime ut Vitruuius inquit inſtituto/ne matreſſamilias uirorum moribus accumberent:Nam Parthi ut Trogus inquit fœminis non conuiuia tantum uirorum ſed etiam conſpectum interdicebant.In Creta quoq; uiriles epulas ut inquit Strabo Andrias: pupillares Agelas hoc eſt greges appellabant.

Andronas

Andrias Agelas

Ex eodem.viii.

NVMERVS TAMEN CONSTAT IN NOMINE. Lego Numerus tantum cõſtat in nomine: hoc eſt multitudo herbarum iam nominetenus cognoſcitur duntaxat. Item: CONSILIGO PRODEST VT DEMONSTRAVIMVS SVO LOCO. Legendum eſt Demonſtrabimus/hoc eſt.xxvi.libro.

Ex eodem.viii.

ET OCCVLTA ITINEꝛ.Legendũ eſt Et inculta itineꝛ/ex Dioſcoride ἀγεωργέιτοισ τόποισ: Item ex ipſo Damocrate.ita enim uocat eũ Galenus ultimo de medicinis cõpoſitis uolumine:cuius ſenarios de Hiberide prætexuit ὅδοισ τᾶισ πάλαι τετριμμέναισ πα ῥᾶισγεωργόσ τάληκι ὑπωτῖῆροσε. Ex eodem.viii.

ITEM HELXINẽ A PARTV DICTã OSTENDERE VT INDICAVIMVS DICTAMũ VVLNERATæ. Vetus lectio Item Seſeli enixæ a partu.dictamnũ oſtẽdere ut indicauimus uulneratæ.Et.n.Helxine nõ a partu dicta eſt:ſed quia ueſtibus adhæreſcat: ut Plinio Placet libro.xxii. Idem auctor uolumine octauo A partu inquit duas habent herbas quæ Aros & Seſelis appellantur.Idẽ.xx.Seſeli maxime paſci dicuntur Ceruæ parituræ. De hac herba & Cicero de natura deorum. Sed quærat aliquis:ſi parituræ ceruæ Seſeli ueſcuntur: quamobrem hic legi uolumus Enixas a partu Seſelin inueniſſe? Puto & poſt partũ & ante partũ uti hac herba ceruas.Ceruæ inqt.viii.libro Plinius ante partũ purgantur herba quadã quæ Seſelis dr.ſ; de hoc alio quoq; loco diſputauim⁹.

Ex eodem.viii.

FLOS NVLLVS EI EST SEMEN VT CAVLIS. Legendum eſt: Flos nullus ei eſt aut ſemen aut caulis/ex Dioſcoride Theophraſto uetuſtis exemplaribus. Item: ET ELETRIVM IN EVBOEA.Legendũ eſt Et Telethrium in Euboea ex Theophraſto: item Strabone qui ait Telethrium in Oechalia Euboeæ mõtem eſſe:unde Telethrienſes Stephano. Item ET TOTAM ARCADIAM ET LYCAONIAM. Legendum eſt Et totam Arcadiam ac Laconicam/ex Theophraſto duobus locis & antiqs codicibus.Accedit q; Arcadia Laconiæ contermina eſt: Lycaones uero in Aſia Piſidarum & Cilicum finibus.

Ex eodem.viii.

VBERA PASCVIS. Scribendum ita ut initium ſit coli: Vberes paſcuæ his hoc eſt Arcadibus:atq; ita ueteres habent codices.Item QVONIAM BOVES OMNINO VORIFERI SVNT IN HERBIS.Legendum Quoniã boues omniuoræ ſunt in herbis.ait enim Theophraſtus πανφαγώτατοι.

Ex eodem.viii.

QVONIAM ESSEt ARISTE TECVSES.Vetus lectio:Quoniam eſſet ariſte Lechuſes. Item Dioſcorides ὅτι ἄριζα βοηθεῖ τᾶισ λεχουσαισ. Item: POLYMONIA. Scribendum Polemonia/ex Plinio ſuperius & gregatim aliis.

Ex capite.ix.

ID QVOD IN GALLIA NASCITVR INFIRMIVS HABETVR. Legendũ fortaſſe:Id quod in Galatia naſcit̃ infirmius habet̃.i.Gallograecia/Dioſcorides: Prouenit inquit Agaricũ & in Galatia Ciliciaq; in arboribus:ſed friabile atq; infirmũ.Alioquin & in Gallia quoq; naſci Plinius tradit:Galliarum inquit glandiferæ maxime arbores agaricũ ferũt.Deinde ſeqt̃ Antidotis efficax.

Ex eodem.ix.

QVIDAM ECHYON PERSONATAM VOCANT.Legẽdum forte ſit:Quidam Arcion Perſonatam uocant:ut in Corollario de Petaſite & Arcio diſſerui. Et infra: FLOS GLAVCVS: RADIX LONGA. Legendum Colos glaucus Radix longa/ex Dioſcoride. Ex eodem.ix.

EST EI SIMILIS VERBASCON HERBA: QVAE SAEPE FALLIT PRO EA CAPTA. Legendum eſt/Eſt ſimilis Verbaſco herba quæ ſæpe fallit p eo id eſt Verbaſco capta.Nõ.n. hic de Verbaſco agit̃/ſed inferius:Nã uerbũ Herba noiatiuus eſt.

Universidad de Deusto
Biblioteca

Ex eodem.ix.

GRAECI VOCANT PENTAPETON. Dioſcorides & uetuſti codices legunt Pentapentes:itemq; Pentapeges, Theophraſtus certe Pentapeton quaſi quinquepēnam/ut Theodorus interpretatur. Item HAEC MARCESCENS NIGRESCIT. Legendū ex Theophraſto Hæc inareſcens nigreſcit.

Ex eodem.ix.

ET EIVS RADIX QVAE SPARGANION VOCATVR Non ita legendum eſt ut radix eius herbæ / hoc eſt Quinqfolii/ Sparganion uocetur:Sed ita ut Sparganion per ſe atq; ſui generis ſit herba/Dioſcorides. Item: EX ALIIS VSVS FOEMINIS. Scribendum Ex aliis uſus ſeminis/eodē auctore. Item:EX CRETA DVLCIS: Vetus lectio Ex Creta radicis / hoc eſt Creticæ Dauci uſus etiam radicis eſt. Id & Dioſcorides confirmat.

Ex eodem.ix.

THEONARCA ALIA q̄ MAGICA. Legendum eſt Therionarca: ut uigeſimoquarto libro Plinius ubi herbas magicas enumerat. dicta ita/q; torporem afferat ſerpentibus:quaſi θηρίων μάρκη.

Ex eodem.ix.

GRAECI VERO ARCTION. Dioſcorides legit Arcion diuerſam ab Arctio. Galenus tamen utranq; appellauit Arction. Item: PEVCEDANVM LAVDATISSIMVM IN ARCADIA. Dioſcorides in Sardonia/non in Arcadia: Liberum ſit iudicium. Item: SVNT ET RANIS VENENA RVPETINIS MAXIME. Legendum Rubetis/non Rupetinis. Item:PHRYNOn. Legendum eſt Phrynion / ex Dioſcoride. Rubetam græci Phrynon uocant:herbam uero ipſam Phrynion.

Ex eodem.ix.

ALII POLYRRHISON. Legendum eſt Alii Poterion/ex Dioſcoride uetuſtis codicibus & Plinio inferius. Item:ALCIMA. Dioſcorides Galenuſq; Aliſma. Item:ALII PYRON. Vetus lectio & Dioſcorides Lyron/non Pyron.

Ex eodem.ix.

ALIAS ETIAM VENENOSA SIMILITER. Legendum Venoſa:cuiuſmodi ſunt folia Plantaginis. Item:CAVLE SIMPLICITER TENVI. Legendum eſt Caule ſimplici & tenui ex Dioſcoride.

Ex eodem.ix.

ANTIRINON VOCATVR SIVE PHANARINON. Scribendum Antirrhinon uocatur ſiue Anarrhinon/ex eodem auctore cæteriſq;. Item:LICHNIS AGRIA. Legendū Siue Lychnis Agria/ex Dioſcoride.

Ex eodem.ix.

SIMILIS LINO RADICE NVLLA. Theophraſtus non Lino ſed Aparinæ. Dioſcorides Anagallidi/non Aparinæ ſimilem facit. Item SEMINE VITVLINARIO. Legendum Semine uituli narium hoc eſt ſimili. propterea & Antirrhinum eſt appellatum: auctores Theophraſtus & Dioſcorides. Item:CALCALLA. legendum eſt Cacalia/ex Dioſcoride ac cæteris.

Ex eodem.ix

SIVE LEANTIDES. Legēdum eſt Siue Leontice/ex uetuſtis exemplaribus & Dioſcoride. Item:ALII CHRYSALION. Dioſcorides legit Alii Cryſtalion:fortaſſe ab algore/qualis in Pſyllio maximus cognoſcitur. Item:ALII CYNOMILAM. Dioſcorides & uetuſti codices Cynomyian/quaſi caninā muſcam. Item:FOLIIS CANINO CAPITI NON DISSIMILIBVS. Dioſcorides: Foliis Coronopodi non diſſimilibus. atq; ita ſane cernitur. Sunt tamen codices in quibus non Foliis ſed Floribus legatur. Præterea Dioſcorides Cynocephalion:& Plinius Cynoides a quibuſdā uocari Pſyllium ſcripſere/quaſi caninum caput.

Ex eodem.ix.

SEMINE AVTEM PVNICEO. Vetus lectio non Puniceo ſed Pulici:Itemq; Dioſcorides:Et quia ſequitur:unde inquit & nomē Nam Græci Pſyllam pulicem appellant.

Ex capite.x.

RHYSELIVM. Codices antiqui habent Tiſelium. Quid ſi quis Thryſelinon aut ſimile aliquid ſcribendum putet? quia non diſſimile ſit Apio quod Græci Selinon appellant. σρύσελι uero folium fici quidem maxime/ſed & aliarū quoq; ſtirpium quandoq;.

Ex capite.xi.

ANAGALIDA. ALIQVI ACORON VOCANT. Dioſcorides non Achoron ſed Corchoron. Item: MANDRAGORAM ALII CIRCELVM. Dioſcorides Alii Circæum cum ā. diphthongo. Fortaſſe Circeion hoc eſt κιρκείον a Circe.

Ex eodem.xi.

RADICIBVS BINIS TERNISVE RVFFVLIS INTVS ALBIS. legendum arbitror Radicibus binis terniſue/nigris foris intus albis/ex Dioſcoride. Alioquin ueteres libri nō habent Ruf-

Universidad de Deusto
Biblioteca

fulis sed foliis pro foris:corrupta de proximo lectione.

Ex eodem.xi.

EX HIS SEMEN CEV PIROꝙ ALBū.Legendū est ita:ut uer bū Albū nō ad semen sed ad clausulam sequentē ptineat:sitq; sen sus/De nigro genere mandragoræ dictū est:nunc de albo agendū. hoc inquit/alii Arsen hoc est masculum & cætera.

Ex eodem.xi.

HVIVS FOLIA ALBA. ALTERIVS LATIORA VT LA PATHI SATIVAE.Dioscorides:Huius folia alba q̄ alterius la tiora ut Lapathi satiuæ.Item:VTILIS VEL SVRCVLO. scri bendum/Vtilis hæc uel surculo:ut ad radicem referas mandrago ræ:cuius non succum modo sed corticem quoq; laudant atq; surcu lum/hoc est arentis eius librum/auctor Dioscorides:Delibratur in quit radix & ad usus cortex filo suspenditur.

Ex eodem.xi.

FOLIA SERVANTVR IN MVRIIS EFFICACIVS. AL BVS RORE TANTVM SVCCVS PESTIS EST.Quid si legero:Alias rorantium succus pestis est:aut recentium si cui pa rum placet rorantium:sequit̄ enim protinus:Sic quoq; id est etiā Muria domitis foliis noxiæ uires sunt : grauitatemq; inquit affe runt uel olfactu.Potest & rore tantum/sed ægre defendi. Et infra: ANTE SECTIONES PVNCTIONESQVE. Dioscorices Ante sectiones ustioneſq;.

Ex eodem.xi.

CAVLIS AVTEM EST VIRIDIS ET VRIt PLERVNq; VT IN PLATANIS. Vetus lectio non Et urit/sed Estur.Nec in Platanis/sed in Pastinis:unde uaticinor non ariolans ut ait Ci cero/sed coniectura prospiciens:ita corrigendum esse : Caulis au tem eius & uiridis estur plerunq; & in patinis.qui mos loquendi Plinio perq̄tritus est:Nam sensus ita quadrat:ut aliter non possit uel fingi.q̄uis inquit semen Cicutæ sit noxium:caulis tamen eius manditur & crudus & coctus. Nec me præterit recentiores medi cos Cicutas duas feciſſe/aquaticam frigidissimæ naturæ / alteram calidæ terrestrem:Sed sine auctore graui dissserunt.Illud quoq; te neo Cicutam inter ea collocari a Celso quæ corpus exedunt,sed & frigida id faciunt sæpicule/ut acetum.

Ex eodem.xi.

PINGVI CONCAVO VT COXENDICES. Legendum pin gui folio & concauo ut Coxendices/ex Dioscoride.

Ex eodem.xi.

STERGETON QVOD AMATORIIS CONVENIAT: ALII SPEGETON QVONIAM IN SVBGRVNDIIS FERE NASCITVR.Romani codices loco uerbi Stergeton/ha bent Erogenneton q; amatoriis conueniat : Loco uerbi Spegeton habent Hypogesson : quod Subgrundiariam herbam significat. Sed cum Stergeton quoq; ab effectu amoris dicatur/hoc est ἀπὸ τοῦ στέργειν:& Dioscorides ita uocari tradat:non uideo quāobrem audendum sit lectionem non plus ueterem q̄ ueram conuellere: alioqui Erigenneton magis est ut a uerno tempore cognominari uideat̄ q̄ ab amore:quoniā & Erithalles a uere dicitur hæc herba.

Ex eodem.xi.

QVAM GRAECI ANDRACHNEM AGRIā VOCANT ITALI CELEBRANt IN PASTILLOS LATIORIBVS FOLIIS.Scribo/Quam græci Andrachnem Agriam uocant Ita li ilecebram pusillis latioribus foliis : ex Dioscoride ad uerbum. Habet & lectio uetus Ilecebram/non celebrant:Item Pusillis/nō Pastillos.Item:EPHEMERVM FOLIA HABET PSYLLII Dioscorides Lilii non Psyllii.

CASTIGATIONES PLINIANAE HERMOLAI BAR BARI AQVILEIEN.P.EX LIBRO.XXVI.

Ex Capite primo.

Q.LECANIVS BASSVS.Romana exēplaria Lo canius.Dioscorides in præfatōe/Licanius ἢ τοῦ κρατί στου λικαρίου βάσσου πρόσσε διάθεσις ἧι ἔγραψεμεν συμβιάγορτες ὑμῖν, δι εῖγμα δυ σμικρὸν τῆς ἐμσοι κα λοκαγαθίας.Ex iis uerbis illud quoq; apparet Dioscoridem Plinio æqualē fuisse/q; uterq; Licaniū Bassū uiderit & quidē puecti iā & Ex capite.iiii. cōmentantes.

PROSERPINAta. Romani codices Personata:ſ; legēdū est Pro serpinaca.Differt aūt hæc ab illa manifestius q̄ ut docendū sit:præ sertī cū & in ea re Plinīū & Dioscoridē quos adire licet/habeamus

Ex capite.v.

DAMASON QVOD CAVCALIN VOCANT. Vetus lectio Damasconē quod Alcam uocant.Neutrum defendi potest:Proin de ita scribo:Damasonium quod Alisma uocant/auctor Dioscori des & alio loco Plinius. Accedit q; ad tumores Damasonium com mendant omnes:quod & hic statim subiicitur.Est quidē & herba

Universidad de Deusto
Biblioteca

Caucalis/sed longe diuersa. Ex inscriptione capitis.vi.

AQVILEGIA HERBA. Superfluo est adiecta imperitis quoniã dicatur Vbi nascitur Bechion subesse aquas/&hoc habere signum Aquileges.Nec in codicibus uetustis id uerbũ magnope cõperias.

Ex eodem.vi.

RADIX CHAMAELEVCE QVAE TVSSILAGO DICITVR COMMANDVCATA ET IN VINO MADEFACTA NON TVSSI TANTVM SED ET FAVCIBVS PRODEST. Vetus lectio longe diuersa est:pleriscq; codicibus hoc modo:Radix Cacaliæ cõmanducata & in uino madefacta & reliqua.Dioscorides quoq;:Radi em inquit Cacaliæ dant in uino madefactam ut Tragacanthum eclegma tussibus & faucibus scabris utile:quod & præstat inquit cõmanducata per se. Faciunt ad hoc & quæ sequunt:De Bechio quam proprie Tussilaginẽ uocamus

Ex capite.vii. Lde & græce Chamæleucẽ.

MOLON SCAPO STRIATO FOLIIS MOLLIBVs PArVIS RADICE QVATVOR DIGITOq; IN AQVA EXTREMA POTA. Vetus lectio/In qua extrema allii caput est.

Ex eodem.vii.

DAVCVm QVAE ET EPHEDRA AB ALIIS ANABASIs VOCATA. In uetustis codicibus non legitur uerbum Daucum. Est autem Anabasis non Daucus sed quæ Hippuris & equina seta dicitur/auctor Dioscorides & alio loco Plinius.

Ex eodem.vii.

SINGVLTVS HERMIONVM SEDAT. Lego Hemionium ex Dioscoride.est autem Hemionium idem quod Asplenion/cuius uim contra singultus omnes reddunt. Ex eodem.vii.

CHAMAEROPS MYRTEIS CIRCA CAVLEs GEMINos FOLIIS CAPITIBVS GRAECVLæ ROSæ. Legendũ puto Caulem/non caules.Item Geminis/non geminos.Plinius alio loco Mitridation uocari hanc tradidit ut coniicio iis uerbis:Folia ei duo a radice Acantho similia:Caulis inter utraq; sustinẽs roseum

Ex eodem.vii. Lfloré.

THEOCADIS AVT BETONICæ FARINA. Scribendũ forte Stoechadis:Nam de Theocade nusq; legi.

Ex capite.viii.

RADIX SVPERIOR EX SILPHIO. Scribendum E Xiphio: Vetus lectio & Dioscorides & Plinius hoc libro sæpius.Quod aũt paulo ante dicitur/Hinc nauigatur ad Phasin:alludit ad puerbiũ

ultimos esse Colchos ad quos nauigatione ueniatur.De qua re Sena riusεἰσ φάσιν ἔμπα παῦσιν ἔσχατος δρόμος.Meminit Strabo.

Ex eodem.viii.

CARIOTEN. Legendum Caryiten ex Dioscoride:quoniã fructũ eius nucem uocant:inde Plinius cognomen inquit dedisse græcos Itẽ HOC CIRCA OPPIDA NASCI SEMINE ALBO COLVMBIS GRATISSIMO & cætera. Vsq; ad sextũ genus Tytymali nõ de Cyparissia quod quintum est/sed de Helioscopio qđ est quartum intelligẽda sunt ex Dioscoride.Propterea codices habentur in quibus totum huius clausulæ circunductum/ante quin tum hoc est Cyparissiam uocatũ ponitur utiq; post illa uerba semi pedali altitudine succi plenis.Item ALII CODION.Legendum Alii Cobion/ex Dioscoride & uetustis exemplaribus.

Ex eodem.viii.

OPOS SCYLLA.Romani codices Aphros scylla:Sed legendum est Apios Ischas ex Dioscoride Theophrastoq;. Theodorus herbã Pirũ interpretatus est ímodico ne dicam parum necessario augendi rem latinam studio:quoniam Apios græce Pirus arbor dicatur Item IVNCOS DVOS SIVE TRES SPARGIt. Theophrastus Quatuor siue tres scribit eum spargere.

Ex eodem.viii.

SPECIES QVAE ELATE HORTENSIS. Legendũ arbitror Speciesq; est Batis Hortensis.Nam & Romani codices Láte Hortensis habent/pro Batis. hanc hodieq; Baticulam uocant Liguria tota : de qua Plinius uigesimoprimo libro . Item VEL MAGIS CEPAE SIMILIS PORTVLACAE. Legendum est/Vel magis Cepea:ut sit nomen herbæ similis Portulacæ/auctor Dioscori

Ex eodem.viii. Ldes & uetusta exemplaria.

ALII CORICON APPELLANT. Dioscorides/Alii Corion appellant.Item OLERACEo FRVTICE.Dioscorides Surculaceo frutice/hoc est φρυγανώδει.Porro Phryganon Latini sunt qui Cremiũ quoq; appellent.de quo Theophrastus & Theodorus in præfatione de Stirpibus prío libro.Nondũ tñ oío dãnamus Oleraceo.

Ex eodem.viii.

SEMINE SILIQVAE NIGRO. Legẽdum Semine in Siliqua nigro ex Dioscoride.Item QVOD ALII CARON APPELlãt. Scribendum Corín/ex eodem cæterisq;. Item FOLIO TAMARICI. lego Tamaricæ potius/hoc est Myricæ Dioscorides:nisi qs & Tamaricum & Tamaricã dici posse censeat.

Universidad de Deusto
Biblioteca

Ex eodem.viii.

SED PINGVIORIBVS FOLIIS ET MINVS RVBENTIBVS. Dioscorides/Sed pinguioribus foliis & minoribus ac rubentibus. Item LEVITER SVAVE ACVLEATVM. Codices sūt in qbus legit Suaue leuiter Aculeatū. Dioscorides: Suaue dicit hoc est ἔυχροον: Aculeatum nō dicit. Item MEDETVR ET PLEVRETICIS. Dioscorides legit Paralyticis: Alioqui Pleuriticis non Pleureticis scribendum foret: a morbo qui Pleuritis dicitur: nō ut medicorum officinæ Pleuresis: quemadmodum nec Phrenesis/sed Phrenitis/Hippocrates Galenus cæteri.

Ex eodem.viii.

SILAVS NASCITVR GLAREOSIS ET PERENNIBVS RIVIS CVBITALIS APII SIMILITVDINE. COQVITVR VT OLVS ACIDVM MAGNA VTILITATE VESICAE. Vereor aut corruptam esse dictionem & Silaus pro Philandrios siue Phelandrios scriptum fuisse/aut eandem cum ea esse. Phelandrios ut inquit Plinius herba in palustribus nata folio Apii: cuius semen propter calculos & uesicæ incommoda bibatur. Hanc a Dioscoride uocari Helioselinon: hoc est ut Theodorus uertit Paludapium existimant. Quod uero hic legitur/Coquēdam ut olus acidum: puto scribendū esse Olus atrū/non Olus acidum. Etenim olus atrum ad uitia uesicæ māditur coctum. Ipsum quoq; genus est Apii quod græce Hipposelinon dicitur.

Ex capite.x.de Vesicæ morbis.

CVM ZIO ET VRTICA MARINA ET DAVCVm. quid si scribas non cum Zio/sed Conyza: quippe quam ad uitia uesicæ Dioscorides commendet?

Ex capite.xi.

ET ONOTHERA SIVE ONEAR. Legendum Et Oenothera siue Onuris a uino dicta/ex Dioscoride ac Plinio superius. Est tamen ubi Onotheram græci quoq; scribant. Item supra: GREMIAS OCVLORVM. Nonius Gramias non Gremias. Sunt autem inquit Gramiæ oculorum pituitæ/unde Gramiosi oculi: a quo qui tristes sunt in hodiernū quoq; Gramiosi uulgo noiantur.

Ex capite.xiii.

EST AVTEM PVLVIS TERRAE EQVINAE SETæ SIMILIS. Fortasse legendum sit non Puluis/sed Pullulus: Aut ut codices Romani/Pilus terræ non omni quidem capillo sed eqnæ setæ similis. Quid aūt si Capillus terræ legeris? Itē ALII EPHE-

DRON. Dioscorides/Alii Phædran. Fortasse legendum sit Ephydron/qꝑ in humidis locis nascatur Equisetum. De hac & supra hoc libro dictum capite septimo: ubi Ephedra scriptū est & Anabasis.

Ex eodem.xiii.

NASCI IN AMBVSTIS MAXIME. Quidam legunt In arbustis: quia paulo supra Plinius iuxta arbores nasci eam tradat: atqꝑ ita uetusti habent codices. Item: MOLLIORIBVS CAVLIBVS CANDIDIORIBVSqꝑ. Dioscorides & antiqui codices Mollioribus, comis candidioribusqꝑ.

Ex capite.xiiii.

SCYTHAE VVLNERA SCYTHICAE CVRANT. Scribēdum: Scythæ uulnera Scythica curāt/hoc est herba Scythica siue Scythice: ita enim uocatur a Theophrasto σκυθικὴ. Item: VVLNERIBVS PERSONATIS. Legendum arbitror Vulneribus præsanatis. Plinius libro quarto & uigesimo de uirga sanguinea: Cicatrices inquit quæ præsanauere. Porro uetusti codices nō Personatis sed Præsanatis habent. Quemadmodum autem græce talia dicantur uulnera nō plane cōperi: nisi μεμυκότα: quanq̄ & quæ latitāt Personata quoq; dixeris.

Ex capite.xvi.

ACHARON QVOQVE VTILE EST INTERIORIBVS FEMINARVM MORBIS. Legendum puto Achoron ex Dioscoride. Item: CREMNOS. Legendum Crethmos ex Dioscoride ac Plinio superius. Item CANTILLIDES DVAE. Legendum Anthyllides duæ/iisdem auctoribus.

CASTIGATIONES PLINIANAE HERMOLAI BARBARI AQVILEIEN. P. EX LIBRO. XXVII.

Ex Capite Secundo.

c VM EO SOLO COLLVCTATVR VELVT PRAESENTIVS INVENTO SOLO. Vetus lectio/Cū eo solo colluctat uelut pari intus inuēto solo.

Ex capite.iii.

PER QVEM INTELLIGITVR EADEM ET PARENS RERVM OMNIVM ET MAGISTRA VTRAqꝑ CONIECTVRA PARI. Deesse puto uerbū Natura post uerbū Magistra.

Ex eodem.iii.

ALII LYCOCTONON, Theophrastus Dioscorides & uetusta

exemplaria habent Theliophonon.

Ex capite.iiii.de Aethiopide herba.

MVLTIS CONCAVVM IN ALIIS. Legendum est ex Dioscoride Multis concauum alis:hoc est πολλαῖσ μασχάλαισ. quod genus loquendi Plinius aliubi quoq; usurpat:ut in Linozosti. Et infra paulo: GLVTINOSAS GVSTV SICCANTI CRESCVNTq; VT CORNVA POSSINT VIDERI. Legendum ex Dioscoride/Glutinosas gustu/siccæ nigrescũt/duranturq; ut cornua possint uideri. Ex eodem.iiii.

NEQVE ALIA NIGRIOR EST AVT TVMIDIOR. Legendũ puto Humidior/ex uetustis codicibus. Item:ALIPHON CAVLICVLVS EST. Legendum est Alypon ex Dioscoride. Itẽ EA PVRGATIONE QVIBVS DATVR E GALLINACEO. Sunt codices in quibus legitur E gallinacco fere:ut scribendum putem E gallinaceo iure.

Ex eodem.iiii.

HAEC EADEM ERAT QVAE ALSINE. Dioscorides legit Hæc eadẽ erat quæ Helxine. Item:QVIN EMENDAT OMNIA QVAE ALSINA. Legendum est Helxine ut supra. Item NASCITVR IN MARITIMIS HISTRIAE. Dioscorides legit Syriæ/non Histriæ.

Ex eodem.iiii.de Androsemo.

COMAE TRITAE SANGVINEO SVCCO MANANtes ODORES TRES IN VSVS. Verba octo:errata quatuor insignia. Scribendum ergo sic Comæ tritæ sanguineo succo manant. odor ei Resinosus/ex Dioscoride ad uerbum fere: ἁματριφοῖσα δὲ ἡ κόμη ῥητινώδη ὀσμὴν ἀποδίδωσι. Item καὶ φύλλα δὲ τριφοέντα ὀμφώδη χυλὸν ἀφίησι. Item: ANCONIN QVIDAM ONONIDA. Legendum est Anonin quidã Ononida/codẽ auctore.

Ex eodem.iiii.

ANAGYROS QVAM ALIQVI ACOTOn. Dioscorides Acopon/non acoton. Item:QVOD DVRESCIT PER MENSEs Legendum Quod durescit per messes:Nam Dioscorides/Durescit

Ex capite.v. Linquit uua matureſcente.

APARINEN ALIQVI OMPHACOCARPON. Dioscorides legit Omphalocarpon. Sed Galenus & Aeginita Paulus Omphacocarpon. Placet tamen Dioscoridis appellatio/propterea q; semen huius herbæ hoc est Aparinæ Vmbilico simile describit. porro Vmbilicum Græci Omphalon uocant.

Ex eodem.v.

ARCTVRION VOCANT. Legendum Arcturum ex uetustis codicibus & Dioscoride. Item HVIVS FOLIORũ IVRE IN ACETO DECOCTO PER DIES TRIGINTA POTO. Legendum est Quadraginta/non Triginta ex eodem Dioscoride.

Ex eodem.v.

FLOREM AVREVM GRAVE SEMEN SERVLATVM Quinq; uerba sed tria errata. Scribendum igitur ex Dioscoride/Floris uirus graue:semẽ Securidacæ. Habetur hæc & in codicibus uetustis lectio. Est autem Securidaca herba/quam Pelecinon græci uocant auctore Plinio.

Ex eodem.v.

ASCYROn ET ASCYROIDES SIMILIA SVNT INTer SE. Addendum est & Hyperico/ex uetustis codicibus & Dioscoride. Item SEMEN IN CAVLICVLIS PVSILLVM. Lego Semen in caliculis pusillum ex eodem. Item:COMAE TINCTæ VELVT CRVENTATAE. Vetus lectio Tritæ/non Tinctæ:

Ex eodem.v. Item; Dioscorides.

APHACE TENVIA ADMODVM FOLIA HABET PVSILLA: ALTIOR LENTICVLA EST. Dioscorides & uetusti codices Pusillo/non Pusilla:ut sit sensus/paulo altiorẽ esse lenticula.

Ex capite.vi.

RAMIS TRIBVS AVT QVATVOR RADICE A CACuMINIBVS THYMI. Legendum Ramis tribus aut quatuor a radice cacuminibus Thymi.

Ex capite.vii.

ACTEA GRAVI FOLIORVM ODORE CAVLIBVS ASPERIS. Vetusti codices Actæa graui foliorum odore caulibus anisi. Ebulum hãc fere intelligo quã Græci proprie Chameacten uocant. nisi quis Sabucum pro Actæa capiat:quam dicunt Acten & fructum eius Action. Sed mirari subit/si Ebulus aut Sabucus est Actæa/quamobrem Plinius hoc testari omiserit. Fortasse non tam Ebulus q̃ Ebulo similis herba fuerit. Porro caules anisi propterea scribendum censuimus / q; Ebulus & Sabucus umbellas & capitula Coriandri & Anisi modo sustineãt ut inquit Dioscorides.

Ex eodem.vii.

FLOS QVEM IOVIS FLAMMã APPELLAMVS: IGNOBILIS. Vetus lectio:Flos quem Iouis flammam appellauimus in Violis/hoc est inter Violas:uigesimoprimo libro:ubi tamen Iouis flos/non Iouis flamma nominatur. nam Phlox &si flammam &

Universidad de Deusto
Biblioteca

genus floris apud eum significet: diuersus tamen est a Iouis flore. Plinius eo loco: Iouis flos colore tantum cõmendatur/odor abest sicut & illi qui Phlox inquit uocatur græce. Item: INFLAMMATIONES DISCVTIT CVM SALE ET NARDO GALLICO. Dioscorides non Cum sale/sed cum Sile/hoc est Seseli.

Ex capite.viii.

LITTERAS A MVSCIS TVETVR. Dioscorides A musculis siue muribus/non a muscis.

Ex eodem.viii.

PROBATISSIMVM IN TAPHNIS AEGYPTI. Legendũ est Probatissimũ in Taposiri Aegypti/ex Dioscoride antiquis exemplaribus & Plinio inferius libro trigesimosecundo. Est autem Taposiris oppidum in Aegypto. Stephanus Taphosirin: quia sit sepultus in eo Osiris: quanq; Taposires duæ/altera mari proprior/altera remotior: Strabo auctor.

Ex eodem.viii.

BALLOTEM: ALIO NOMINE PORRVM NIGRVM GRAECI VOCANT. Non hæc Librarii latini culpa/sed græci fuit: apud quem Plinius Prason non Prasion legit: eoq; Porrũ pro Marrubio conuertit. Etenim Ballote non Porro/sed Marrubio similis ostenditur. Dioscorides: Ballotẽ inquit Romani μαρρούβιον id est Marrubium appellant. Item: MAIORIBVS q̃ PORRI. Dicendum erat Maioribus q̃ Marrubii: ut mox indicauimus.

Ex eodem.viii.

CIRCESION CAVLICVLVS EST. Legendum est Cirsion siue crision ex Dioscoride: quoniã Varicibus auxilio sit: quas κίρσας uocat Hippocrates/Ixias Aristoteles. Itẽ: IN CACVMINE CAPITVLATA PVRPVREAS q; SOLVVNTVR IN LANVGINES. Lego ex Dioscoride: In cacumine capitula purpurea quæ soluuntur in lanugines.

Ex eodem.viii.

CRATEGONON SPICAE TRITICI SIMILE EST. Dioscorides Cratægonon Melampyro simile est. Theophrastus λίνῳ πυρίμῳ id est Lino triticeo: quẽ locũ Theodorus Lini mõ Ruffum cõuertit perspicuo errore codicis in quo πυρρόν id est ruffum/nõ πυρίμον id est triticeũ fortasse legeret. Itẽ: CALAMIS EX VNA RADICE MANANTIBVs. Antiqua lectio emicãtibus: q̃d uerbum Plinio perq̃sitatum est.

Ex eodem.viii.

CYNOSORCHIN SIVE CYNOSARCIMAM. Verbum Cynosarchimam superuacaneum esse docẽt multi codices/in quibus non habetur ea dictio: Sed nec in Dioscoride quicq̃ simile comperias. Item IN VINEIS FORTE INVENTI. Antiqua lectio In uineis fere inuenti. Item CVCVLI FOLIA. Dioscorides Cucubalum uocari tradit/nõn Cuculum.

Ex capite.ix.

BVLBAS q; SPINOSAS IN DORSI MEDIO. Legendum ex uetustis codicibus & Dioscoride Bullas non Bulbas. Itẽ ELATINE FOLIA HABET CASIAE PVSILLA. Lego Helxine nõ Casiæ/auctor Dioscorides: & ita uidi eam Romæ. Item NASCITVR IN MONTIBVS MARITIMIS FERE IN SAXo QVOD PROPIVS MARI FVERIT SALSA EST. Lego Nascitur in mõtibus maritimis fere in saxo quo propius mari fuerit minus salsa est/Dioscorides. Item QVO LONGIVS MAGIS q; TERITVR AMARIOR SENTITVR. Legendum Quo longius magisq; terrena amarior sentit̃/eodem auctore.

Ex eodem.ix.

EPICACTIS. Legendum Epipactis ex Dioscoride Galeno cæteris. Item de Filice NON GRAVES ODORe. Dioscorides ὑποαυσώδεις: hoc est non graui admodum odore/sed subgraui. Et infra. ALII NYMPHEOPTERIn. Dioscorides & uetus lectio Nymphæam Pterin.

Ex eodem.ix.de Filice fœmina.

EST AVTEM SINGVLARIS AT q; NON FRVTICOSa Legendũ uideretur ex Theophrasto ac Dioscoride. Est autem nõ Singularis atq; fruticosa. Etenim fœminam filicem auctores illi & fruticosam nec pediculo singulari esse tradunt. Porro uerbum Singularis/i Plinio μονόμοσχον significat/ut Dioscoridis uerbo utar siue μονόκλωνον & μονόκωλον ut Theophrasti. Vnum obstat huic sensui: q; Plinius breuiorem esse fœminam/Dioscorides altiorem putauit. Item FOLIIS AD CANANICVLATA. Romanus codex Caniculata. Quid si Foliis Canaliculata? hoc est Canalis speciẽ quandã præbentibus. quod uerbum Plinius & alibi usurpat.

Ex eodem.ix.

GALAPSIS. legendũ Galeopsis ex Dioscoride. Itẽ GALACTOBDOLON. Ex eodem auctore Galeobdolon: quod & uetusti codices confirmant. Item GLAVX ANTIQVITVS ET GALACTON. Antiqua lectio Glaux antiquitus Eugalacton uocabat̃.

Ex capite.x.de Glaucio.

DEINDE EXEMPTO SVCCO EXPRIMVNt EIVSDEM

Universidad de Deusto
Biblioteca

NOMINIS. Legendum est Deinde exempto succum exprimunt eiusdē nominis/ex Dioscoride. Item:CAVLEM HABET DVū CVBITORVM. Vetus lectio Palmorum/sed & Dioscorides. Itē FOLIA QVALIA ISATIS. Dioscorides legit Folia qualia nucis. Nec antiqui codices omnino dissonant.

Ex eodem.x.

GLAPHALIVm. Dioscorides & uetusti codices Gnaphalion a Tomenti similitudine qđ Græci Gnaphalon uocant ut subinde monstrabimus. Item:FOLIIS ALBIS MOLLIBVSqꝫ PRO LOMENTO VTVNTVR. Legendum pro Tomento id est ἀντὶ γναφάλου. Etenim quorum natura mollis candida & omnino lanea est γναφαλώδη græce appellantur: cuiusmodi sunt Dictamni folia ut inquit Dioscorides. & pars Cucurbitæ interior ut est apud Aetium. Proinde Græci ἐγνάφωσαν pro eo quandoqꝫ utūtur quod est ἐμαλάχθησαν hoc est emolliti sunt. Item: TENVIS VSQVE IN CAPILLAMENti SPECIē. Dioscorides Tenui radice usqꝫ in capillamenti speciē. Ex eodem.x.

HYPOPESTON. Legendum Hypophæston. Potest & ab equo uideri appellata Hippophæston. utroqꝫ modo recte scribitur a græcis. Item:EX QVIBVS FIVNT ENEAE FVLLONIAE. Dictum est de hoc uigesimoquarto uolumine: aut hic Venas/aut illic Aeneas legendū uideri: aut certe ut lectio habet romana/Cortinas.

Ex capite.xi.

ADHAERENTIS VELVT PAMPINI. Legendū est Adhærēt his uelut Pāpini. Et infra:ISOPHYLLON. Legendū Isopyron: ex oībus herbariis. Itē:PHASELION QVONIAm FOLIVM QVOD EST ANISO SIMILE IN PAMPINOS TORQVEt. Dioscorides & uetusti codices Phasiolū: quoniā foliū qđ est Aniso simile in Phasioli Pāpinos torquet. Itē: CAPITVLA SVNT IN SVMMO CAPITE TENVIA. Legendū ex Dioscoride:Capitula sunt in sūmo caule tenuia. Ex eodem.xi.

HAEC IN CæNA IN AQVA PVRA AVt MVLSA POta HYDROPICOs SANANt. uetusti codices nō in cæna/sed Vicena. Nec hoc a Dioscoride oīno discrepat. & infra:ROPADIOn VOCANT. Vetus lectio Rhapeion/itemqꝫ Dioscorides.

Ex eodem.xi.

CAVLE SEMIPEDALI LENI:CVIVS SEMEn IN CACVMINE. Legendum ex antiquis codicibus Caule Semipedali alæ multæ semen in cacumine. Id ipsum & Dioscorides.

Ex eodem.xi.

LICAPSOS. Legēdum Lycopsis/ex omnibus. Item:ADNATIS MVLTIS CAPITVLIS. legendū ex uetustis codicibus & Dioscoride: Adnatis multis cubitalibus. Item:ALII QVIDEM HE XOLYCHON. Scribendū: Aliqui hægonychon ex eodē auctore

Ex eodem.xi.

NEqꝫ IN ALIA HERBAꝫ FIDES ESt VSVS STATim AD QVAMCVNqꝫ MEDICINā NATAM. SIC EST AVTē EIVS SPECIES Vt ETiā SINE AVCTORE VISA STa TIm NOSCi POSSit. Legēdū arbitror: Neqꝫ ī alia herbaꝫ fides est uisus statim: ad quamcūqꝫ medicinā nata sit. Est autē eius species ut etiam sine auctore usus statim noſci possit.

Ex eodem.xi.

EX HAC IN TRES MODIOS SALINATI. Codices antiqui & Columella Saliuati. Est autem ubi & Saluiatum scribatur: omninoqꝫ potionis genus est/quo Veterinarii ac Mulomedici utūtur. græci ποτοῖ uocant: a Saliua ut puto/quam ueteres pro succo accipere consueuerūt: Nisi quis & Saluiatum aut Salinatū quoqꝫ legi probet a sale: ut in Saluiato uino diximus.

Ex capite.xii.

MEDION FOLIA HABET IRIDIS SATIVæ. Dioscorides legit Seridis: nec displicet/quandoquidem Seris in satiuam syluestremqꝫ diuidit: Iris nō diuidit: cum ut inquit Theophrastus nullū cultū desideret. Itē:ELIGMATE. Scribendū Eclegmate: quod nos in linctum dicimus. frequentissimū id medicis omnibus.

Ex eodem.xii.

TENVIBVS CAVLIBVS EX TALEIs PRODEVNTIBus Dioscorides ex Alis/non ex Taleis ἐκφύεται τε λεπτὰ καυλία ἐκ τῶν μασχαλῶν. Item:ALII POLYGONON A FREQVENTIA GENICVLORVM. Dioscorides: Alii Polygonaton. Est autem γόμφος semen: γόμφυ uero geniculū. Itē:ALii CARNINOTHron. Lego Alii Carcinothron / ex eodē auctore ac uetustis exēplaribus.

Ex eodem.xii. de Polygono.

ALii HALMADA. Vetus lectio Athalida/nō Halmada. Fortasse Asphaltida ex Dioscoride: q eā uocari Asphaltē scribit aliqñ. Item ALii DEMA. Legendū Alii clema/ex uetustis codicibus & eodē auctore. Item:DENSIS GENICVLIS & IN SE FRACTIS Dioscorides Farctis/nō Fractis ἀλλήλοις ἐγκείμενα. Item:PENE ARDORIS FRVTICE. Lego: Pene arboris frutice. Item:

SEMINE SVB FOLIIS ROTVNDO MINVS CANDIDO q̄ PAPAVERIS. Dioscorides: Semine sub foliis rotūdo minore q̄ candidi papaueris. Et infra de Periclymeno: QVOD DIFFICILE VELATVR. Legendum est per duo. l. uellatur/ex Dioscoride: ne quis putet uerbum Velatur/pro eo quod est tegitur accipiendum esse: ut quidam ridicule uoluit intelligi.

Ex eodem. xii.

PONTIRRIS. Legendū Poterion ex Dioscoride ac Plinio supius Item: VOCANT PERAENION. Legendum Vocāt Phrynion iisdē auctoribus & uetustis codicibus. Ex eodem. xii.

PLYTENA. Vetus lectio Phyteuma/itemq; Dioscorides. Et infra: QVOD EST INCIPIENTE OLIVA. Dioscorides Q d̄ est simile incipiēti oliuæ. Itē: PHALERIS. Scribe Phalaris/ex eodem. Itē: SEMĒ SIMILE SESAMæ. Idē auctor/Semē Milio simile.

Ex capite. xiii.

A CAPITIBVS CAVLIVM ORBICVLATO Vt APII. Dioscorides: Capitibus cauliū orbiculatis/ut Anethi. nec uetus lectio magnope aliena est. Item: DATVR ISCHIADICIS Cū CRETANIO. uetus lectio Dat̄ Ischiadicis cū Cretamo. Sed Crethmo potius quā & Batin uocamus. & ifra: THLAPSe DVū GENEr; Lego Thlaspi siue Thlaspe/Dioscorides & Plinius.

Ex eodem. xiii.

BILEM ET PITVITAM VTRVNq; EXTRAHIT. Legendū est Vtrinq;/hoc est per inferna supnaq; : Dioscorides ἀφοτέρωθεν κάτω. Item PERSICONAPA VOCANT. Lego Persicū Napy: eodē auctore. Est aūt Napy idem quod Sinapi. Et infra de Trago Scorpio : FRVTICOSA FOLIIS PVSILLIS RACEMIS. Lego ex Dioscoride ac Plinio superius: Fruticosa sine foliis/pusillis racemis. Itē: GRANO TRITICI ACVTO ACVNINE. scribendū Grano tritici acuto cacumīe: id est ὀξὲι ἐπάκρου Dioscoridis.

Ex eodem. xiii. Edes.

EST & TRAGOLOGON. Legendū Tragopogon ex Dioscoride Plinio Theophrastoq;. Item: PEVCEDANū ET ARISTOLOCHIA AC VITIS SYLVESTRIS: ANNO IN VMBRA SERVANt̄. Legendū uidet̄ ex Theophrasto: Peucedanū & Aristolochia quinq; aut sex uitis sylueſtris anno in umbra seruantur. Item: E DIVERSO GRAECIæ PHRYGIAEq; OMNINO NON NASCI. Ex Theophrasto nō Græciæ/sed Thraciæ.

CASTIGATIONES PLINIANAE EIVSDEM HERMOLAI BARBARI EX LIBRO. XXVIII.

Ex Capite Primo.

c VM PLAGIS HOC OMNIVM FERARVM. QVIDAM ANIMO FERIORE FAS SIT DIXISSE HVMANO. Legendū arbitror: Cum e plagis hunc ne ferarum quidem admoueri ori fas sit humano. Aut sic: Cum plagis hoc id est oſculū ne ferar; quidē admoueri fas sit homini: ex uetustis codicibus: in quibus uerbū Admoueri legit̄. uerbū Omniū/& uerbū Dixisse/nō leguntr̄. Sūt codices in qbus scriptū est ita : Cū plagis admoueri ora mos sit humanus.

Ex eodem. i.

CALVARIA INTERFECTI. Vetus lectio Calua/non Caluaria Cæter; utroq; modo recte: Celsus & Plinius id sæpe usurpāt. Caper Caluā inqt. Cælius & Varro Caluariā dicunt: id est Cranon.

Ex eodem. i.

SICVBI LACERTIS PVERPERARVM VSVS. scribe Lactis/non Lacertis. Sensus est: Nos inquit ex homine remedia non quæremus extraq̄ communia & facilia sicubi lacte mulierū sicubi saliua sicubi aliquo tali opus fuerit. Cætera quasi piacula uitabimus. Item: QVISQVIS EST TALIS. Legendum: Quisquis es talis. sequitur enim Moriere.

Ex capite. ii.

ALIA COMMENTATIONIS. Vetus lectio qñq; nō Cōmentationis/sed Incantationis/aut Cōmendatiōis: quā Græci ἐπῳδὰς in deprecationibus appellant: nos intercessionem interuentionēq;. Sed cū uirgæ genus qua in sacris utebantur & summouebant obuios/Commentaculum uocari scribat Festus : mutare non audeo. Item: EA OMNIA APPROBANTIBVS OCTINGENTis XXX. ANNORVM EVENTIBVS. Legendum est Octingentorum/non Octingentis. ratio in promptu. Erant enim Octingenti. xxx. non euentus sed anni ab urbe condita cū proderet hæc Plinius. Item: MISSIS OB ID A SE LEGATIS. Scribendum est A Senatu/non A se. Nota est historia.

Commentaculum

Ex eodem. ii.

DEFIGI QVIDEM MIRIS DEPRECATIONIBVs NEMo NON METVIT. Legendū est Diris/non Miris. Et paulo infra

Universidad de Deusto
Biblioteca

HVC PERTINET VT OVORū EXORBVERIt QVISqꝫ CALICES COCHLEARVMQVE PROTINVS FRANGI AVT EASDEM COCHLEARIBVS PERFORARI. Vetusti codices: Huc pertinet ouorū ut exorbuerit quiſqꝫ/calices & reliqua.item nō Eaſdem/ſed Eoſdem:Nam & ouoꝝ & cochleaꝝ calices dicuntur.Hic mos hodieqꝫ multis locis cuſtoditur.

Ex eodem.ii.

NEqꝫ ESt FACILE DICTV EXTERNA VERBA Atqꝫ INEFFICABILIA DEROGANT FIDē VALIDIVS ETIAM LATINA & cætera. Vetus lectioꝝ: Neqꝫ eſt facile dictu externa uerba atqꝫ ineffabilia derogēt fidē ualidius an latina & reliqua.

Ex eodem.ii.

CVR PVBLICIS LVSTRIS ETIā NOMINA VICTIMAs DVCENTIū PROSPERE LEGIMVS.Scribendū:Proſpera eligimus.Cicero diuinationū primo:Cū Impator exercitū & Cenſor populū luſtraret bonis noibus qui hoſtias ducerent eligebanť. Quod idē in delectu Cōſules obſeruāt ut primus miles fiat bono noīe.etiā ſi omine ac ominibus qñqꝫ apud Ciceronē ſcriptū eſt.Feſtus:In publicis inqt uectigalibus lacus Lucrinus primus locatur eruendus ominis boni gra:ut in delectu cenſu ue primi noiantur: Valerius:Saluius:Staterius. Ex eodem.ii.

FVLGETRAS ADORARE CONSENSVS GENTIVM EST.Antiqua lectio:Fulgetras poppyſmis adorare conſenſus gentiū eſt.Ariſtophanes ī Comœdia quæ Spheces īſcribiť καὶ γράψω ποππύσσουσιμ.Enarratores aūt eius loci morem tradūt fuiſſe τᾶισ ἀγραπᾶισ ποππύζειμ hoc eſt fulgetris applodere. Huc pertinet & illa conſuetudo de qua in Vatinium Cicero: Ioue inquit fulgente cum populo agi nephas eſt. Cōtra Getæ ut inquit Herodotus:Cū tonuit aut fulſit cōminantur & iaculanť in cœlū.Eſt aūt Fulgetra ſiue fulgur quiddā minus q̄ fulmē:& oīno futurū fulmen ſi flāma plus uiriū habuiſſet auctore Seneca.Plinius:Fulmē inqt eſt cū flatus in nube aut uapor erūpit ardēs:cū longiore tractu nitiť fulgetra.Eſt igitur applodere fulgetris nihil aliud q̄ fauere ac teſtari honorem illo motu.Seneca: Vnam inquit rem adiiciam/& fauere ac plaudere te iuuabit. Silius: Aſper equus nec qui ceruicis amaret applauſæ blandos ſonitus. Itaqꝫ ποππύζειμ hoc uidetur quod iliſis manibus inter ſe/īmo palma cum palma collata plauſum edere.quanq̄ & uacuas manus complodere ut inquit Appuleius doloris & mœſtitiæ ſignum eſt.Fabius:Complodere inquit manus ſce-

nicum eſt/pedes applodere interim licet. huius inuentionis teſtimonium Politiano reddimus.

Ex eodem.ii.

INCENDIO INTER EPVLAS NOMINATO AQVAM SVB MENSA PROFVNDI.Diſtinguendū ita ut uerbū Abominať/qđ ſtatim ſequiť/ſtatim etiā legať: nec principiū fiat inſequētis clauſulæ.

Ex eodem.ii.

NONDVM ENIM PLVRES q̄ CONVIVAE NVMERABANTVR. Deeſt numerus.Propterea legi poteſt aut Nondum enim plures tribus conuiuæ numerabantur:'a numero uidelicet Muſaꝝ quas tres initio fuiſſe tradit Pauſanias/Meleten/Mnemen/Aœdem.hoc eſt meditationem/memoriam/cantilenam.Poſt a Piero Macedone inuentas nouem:quibus nunc feruntur uocabulis. Aut ſi non tribus:ſaltem quatuor uel quinq. Archeſtratus poeta ἔστωσαμ ἀΐ τρεῖσ ἢ τέτταρεσ οἳ ξυμέπαμτεσ ἢ τῶμ πέρτε γέμη πλείουσ ἤδη γὰρ ἄμ εἴη μῖσθοφόρωμ ἁρπαξιβίωμ σκαμὴ σρατιωτῶμ. hoc eſt conuiuæ aut tres aut quatuor aut non plures quinq; ſunto alias manipulariū & rapto uiuentium conuentus fuerit.Iulius Capitolinus in uero: Eius inquit cōuiuium tale fertur in quo primū duodecim accubuere. Cum ſit notiſſimum dictum de numero cōuiuarum:ſeptem conuiuium:nouem conuitium.etiam ſi Platonis Sympoſium octo & uiginti celebrauerunt.In Timæo quatuor aut quinq; requiruntur illis uerbis: εἷσ δυὸ τρεῖσ ποῦ δὲ τέταρτοσ. Et Athenæus auctor eſt:olim nō plures qnq; in conuiuiū adhiberi ſolitos.

Ex capite.iii.

IN INSVLA NILI TENTIRII. Lege Tentyri ſiue ut Ptolomæo placet Tentyra. Inſulani certe apud Strabonem Tentyritæ noiantur.Item:VT VENEFICIO FIANT VENENA PASSIM.Vetus lectio:Vt uenefici fiant uenena paſſi:hoc eſt/ut q uenenum percuſſi ſenſerunt uenefici ſentiantur ab aliis.

Ex capite.iiii.

ELIDE SOLEBAT OSTENDI PELOPIS HASTA QVā EBVRNEAM AFFIRMABANT. Codices antiq nō habent Haſta/ſed Hoſtilia.Neutrum placet: Fortaſſeq; legendum ſit Coſtilla uel Oſſicula/quæ eburnea affirmabant. Notum eſt de humero Pelopis eburneo. Pauſanias in Elide ſcribit monſtrari conſueuiſſe Pelopis oſſa ex humero:quæ diu merſa mari fuerant.Graiis autem Ilium proficiſcentibus ceciniſſe uates non potituros eos hoſtico/niſi Pelopis oſſe quod Olympiæ ſitum erat/prolato. Id ex

Universidad de Deusto
Biblioteca

Humero ademptum naufragio ad Eubœam periſſe:capto Ilio Damarmenum quendam piſcando rætibus extraſſiſſe.Sciſcitanti cuius eſſet hominis:Apollinem reſpondiſſe/Pelopis. Et Eleis per idē tempus fato quodam opem a deo contra peſtilentiam poſcentibus iuſſiſſe reſtitui/liberatos ita morbo illos : & Damarmenum poſteroſq; eius oſſis cuſtodiæ præpoſitos. Idem auctor ſuo tempore abſumptum id fuiſſe nec oſtendi præterea ſolitum confirmat : ἡ δ' ὦ μοπλάτη τοῦ πέλοποσ ἡ φάμι ϛο κατ' ἐμέ ὅτι ὥσ ἐμοί δοκεῖμ ἐκέκρυ ϖτο κατα πολύ ἐπί τοῦ βυθοῦ.Omoplate quid ſit docet Cornelius: Oſſa inquit duo lata utrinq; ad ſcapulas tendunt:quæ noſtri ſcoptula operta Omoplatas Græci uocant.

Scapula
Omoplatæ

Ex eodem.iiii.

PERCVSSIS A POENA. Scribendum uel Percuſſus a pœna uel Percuſſis pœna. Et infra: MATVTINA VELVT QVOTIDIE INVNCTIONE.Præpoſtera lectio.proinde ſcribo:Matutina quotidie uelut inunctione. Et infra:SALPAE TORPOREM SEDARI. Legendum Salpe uel Salpa hoc eſt ſcribit. Et enim auctoris id nomē eſt & quidem fœminæ Plinio. Eſt & piſcis genus Salpa:quem & Salpum Ariſtoteles appellat:ſed nihil ad rē Quod autem hic de more in ſinum ſputandi ſuum dicitur:ad'uerſum illum Elegi poetæ facit:Deſpuit in molles & ſibi quiſq; ſinus. quaſi redimentes & coarguentes uidelicet mollitiem & ignauiam ſuam : q; ſenibus amore ſatagentibus ipſi marceant ac deſideant. aptius hoc fortaſſe q̄ qđ de comitiali ꝫ morbo dicit᷑ : q ut ait Plaut⁹ inſputari ſolet:atq; ita ut Plinii uerbis utar regeri contagia. Item q̄ illud q; magnū aliquid deos poſcentē moris eſſet ſinū cōſpuere.

Salpa

Ex eodem.iiii.

NOS SIC HAEC CREDAMVS RITE FIERI EXTRANEI INTERVENTV. AVT SI DORMIENS EXPECTETVR INFANS A NVTRICE TERNA EXPVI.Lego Nos ſi hæc & illa credamus rite fieri:extranei interuentu aut ſi dormiens ſpectetur infans a nutrice terna expui:Partim ex uetuſtis:ptim ex romanis codicibus.ad uerbū terna ſubaudit᷑ aut uice aut deprecatiōe.Q đ aūt ſtatim ſequit᷑:Q VANq̄ RELIGIONE MVTAt & FASCIAS. Vetus lectio habet:q̄q̄ religiōe mutat᷑ & faſcinus/hoc eſt ipſa faſcinatio⁹: Nā & alio loco Plinius ꝑ faſcinatiōe faſcinū uocauit. Erit uero ſenſus illo modo:Fore ut faſcinatio regerat᷑.Nec tā ꝑbo id:ſ3 nihil obeſt admoniſſe. Pōt & expectet᷑ ꝑ ſpectet᷑ dictū fuiſſe.Plinius li.iii.Expectante inquit Veſuuio.

Ex eodem.iiii.

ET CVRRVS TRIVMPHANTIVM. Verba hæc male ſeparantur a ſequenti clauſula.Etenim uerbum Currus pluratiuo numero & accuſandi caſu ponitur:ut ſit ſenſus: Triumphales currus tueri pendentem ſub ipſis medicum:qui mos ex hiſtoria petendus erit.Non occurrit niſi quis de Morione illo ſiue cauillatore intelligat:qui triumphantibus comes addebatur.Similis inquit medicina linguæ ut ſit exorata a tergo fortuna gloriæ carnifex.Item nō multo poſt:Vltimo inquit probro maius ſedenti Lucullo dicebat᷑ pudenda re ſeruo ſuo facilius parere q̄ ſibi.Item libro tertio ac triceſimo:Vulgoq; inquit ſic triumphabant : & cum corona ex auro Etruſca ſuſtinebatur a tergo anulus tamen in digito ferreus erat æqua fortuna triumphantis & ſerui coronam ſuſtinentis.

Ex eodem.iiii.

ET REDVVIA SANARI. Lego Et Reduuias ſanari. Quid ſit Reduuia Pompeius docet/ipſi credo/ſupra monſtrauimus. Item: QVIN ET EIECTVS CAPILLVS CALCVLOSO ALLIGATVS. Legendum uidetur:Quin ex eiectis capillus & reliqua.Qui autem eiecti partus dicantur/nemo ignorat.

Ex eodem.iiii.

EAE SVBABSTINERE A CIBO. Legendum Eæ ſunt Abſtinere a cibo. Item:VEHEMENS ENIM FRICATIO SPISSAT. LENIT. MOLLIT. Scribendum Lenis/non Lenit. Si enim ſpiſſat uehemens fricatio:ſequitur ut leniat quæ mollis fuerit.Celſus:Frictio inquit paucis uerbis a uetuſtiſſimo auctore Hippocrate comprehenſa eſt : qui dixit Frictione ſi uehemens ſit durari corpus/ſi lenis molliri.

Ex capite.v.

CERTA EXPERIMENTA SVNT TOTIVS CORPORIS VALITVDINIS IN VARIETATE VICTVS INOBSERVATA. Scribendum eſt : Varietate/ſine illa præpoſitione In : ut ſit ſenſus Valitudinem totius corporis promitti non obſeruata uarietate uictus/hoc eſt non obſeruantibus cibos. Valitudinarii enim fere ſunt ac male habiti/qui certo ciborum genere quaſi ad mēſurā ueſcunt᷑.Proinde Hippocratē aiūt ſcribere/q prādio abſtineāt eoꝝ præcordia celerius ſeneſcere.Q đ aūt ſequit᷑/Sed hoc inquit Remediis cecinit nō Epulis:hunc ſenſum habet:Non hæc Hippocratem præcipere ad crapulā ut hortet᷑ helluari/ſed ad remedia:ut ab illa uidelicet exacta uictus norma recedatur.

Universidad de Deusto
Biblioteca

Ex eodem.v.

VLTIMOq; PROBRO MAIVS IN CIBIS TRIVMPHALIBVS SEDENTI DICEBATVr VEL IN CAPITOLIO EPVLANTI.Quidã legunt In Ciſiis triumphalibus ſedẽti/non in cibis:ut ſupra. Currus inquit triumphantium ſub ipſis pendẽs defendit medicus inuidiæ.Eſt autem Ciſium idem fere quod Currus a quo Ciſiarii uocantur.Mentionem eius uerbi apud Ciceronẽ Iuriſconſultos & poetam Auſonium & complures alios inuenias. Victruuius Rhedæ torni Ciſia.Nec reiicio/nec recipio.

Ex capite.vi.

ET SI QVIS MVCO NARES VT TRADVNT OSCVLO ATTINGAT.Lego Muris/non Muco.Plinius hoc ipſo libro grauedinem finiri ſcribit ſiquis murinas nares deoſculeť.Verborum autem quæ ſequuntur STERNVTAMENTA & SIGVLTVM:hic ſenſus eſt/ſingultum emendari ſternutamentis: auctor Plato in Sympoſio. Romani codices uoluntarie caſtigati ſunt in hæc uerba:Siqs manu nares ut tradunt & oculos attingat.

Ex eodem.vi.

QVIPPE CVM HERCVLANEVM PRODIDERIT.uetus in pleriſq; lectio/Quippe cum Hercules eum prodiderit. De Nodo Herculis in Mercurii caduceo Macrobius primo libro: itemq; nõnihil Plinius ſequentis uoluminis tertio capite/ubi de anguino

Ex capite.vii. Louo ſcribit.

MVLIERIS QVOQVE SALIVAM IEIVNAE VNA POTENTEM DIIVDICAT OCVLIS CRVENTATIS. Legendũ uidetur ſine uerbo Vna/ex uetuſtis codicibus. Item IPSA IN MENSE CONNVDATAS.Legendum Ipſa in menſe cõnudata.Eſt autem ſenſus:quando ſunt ipſi menſtrua ſi nudetur ar

Ex eodem.vii. Lceri tempeſtates.

CARBONE AC RADICE BRASICæ VEL MYRICE VEL TAMARICI IN EO SANGVINE EXTINCTO. Legendũ arbitror Carbone e radice Braſicæ uel Myricæ uel Tamaricis in eo ſanguine extincto. Videť enim & Tamarix recte dici & Tamarice: Tamaricus non recte. Illud mirum / q; cum Tamarix & Myrice idẽ ſit/quãobrẽ Plinius hoc loco ea tanq; diuerſa noſarit.

Ex eodem.vii.

HEBETARI ASPECTV SPECVLARẽ NITOREM IISDEM ADVERSA RVRSVS CONTVENTIBVS OMNEMq; TALEM VIM RESOLVI SI NVLLVM PISce

HABEANT SECVM. Lego ex uetuſtis codicibus non nullum ſed Mulum piſcem:quin & tota clauſula in hũc modum reddenda: Hebetari aſpectu ſpeculorum nitorem:iiſdem rurſus aduerſa contuentibus omnem talem uim reſolui:ſi Mulum piſcem habeãt ſecum. hic græce Trigla dicitur.alioqui ſenſus eſſet ineptiſſimus.

Ex eodem.vii.

VESTIS OMNINO ITA INFECTAE PORTIVNCVLa ACV VEL PELLICEO BRACHIALI INSERTAE. Lego Inſerta/non Inſertæ:Itemq; Licio fortaſſe/non Pelliceo. Eſt autem Brachiale pars ea manus quam græci Carpon uocant.

Ex capite.viii.

CVM LEMMA RVBRICA. Legendum eſt Cum Lemnia Rubrica ex Plinio Galeno Dioſcoride:Nam qui Lenniam ſcribendũ putant/non Lemniam:uidentur neſcire in Lemno inſula Rubri-

Ex eodem.viii. Lcæ id genus colligi.

TREMVLIS ISCHIADICIS EXILIENTIBVS.Legunt fere uetuſti codices non Iſchiadicis ſed Spaſticis hoc loco.Sunt autem Spaſtici quibus aliqd intus conuulſum eſt.Iſchiadici uero Coxẽdicum lumborum ue dolore torquentur. Item AVT PER SE EVVLSOS FELLE PRIVSq; RENASCI NON LIBEAt. Scribendum puto Aut per ſe felle/euulſis prius quos renaſci nõ libeat:Atq; ita fere uetus habet lectio.

Ex eodem.viii.

HAVSTAM PRODESSE AGRIMONIO VETERI. Codices quidam legunt Acrimoniæ ueteri hoc eſt προσ' παλαιασ' θρυμμύτηΙασ.Quidam Argemo ueteri.Dicitur enim & Argemos & Argema uitium in oculis. de quo ſæpiſſime Cornelius & Plinius & cæteri.Sunt codices in quibus ægrimoniæ/nõ acrimoniæ legať.

Ex eodem.viii.

NON ELICI DEOS NEC COLLOQVI SIVE LVCERNIS SIVE VISV SIVE PLVVIIS SIVE AQVA SIVE PILA.Fuit quando non Pluuiis ſed Peluibus legendũ cenſuerim Plinius uolumine trigeſimo: Nanq; inquit & ex aqua & ſphæris & ex aere & ſtellis & lucernis ac peluib⁹ ſecuribuſq; & multis aliis modis diuina promittit.Sunt autẽ ut arbitror q peluibus utuntur ii quos græci ἐγγαστρομάντεις uocant. eſt enim Gaſter genus uaſis / cuius formam alii aliter accipiunt. Sed & Pluuiis defendi poſſe uideo/quos græci uocant Hyetomantis.Proindeq; apud Euphorionem Cornix ales ita cognoſcatur iis uerbis ὕετομάντις ὅτε

κρώζει κορώνη. Ex eodem.viii.

SVNT ENIM CANI. Scribo Caui/ex Plinio ſtatim ſupra: Canini inquit eius dentes ſatis febres arcent repleti. Item: IOCVNDO NIDORE REFRACTA. Sunt codices in quibus legitur Farcta: ſunt in quibus refercta. Quid ſi nos legamus Arefacta?

Ex eodem.viii.

SED MAXIME QVI CAPTOS ORYZA TANTū PASCVNT. Vetus lectio Sed maxime ſui captos & cætera. ut coniectari liceat ſcribendū/Sed maxime Sturni quos captos Oryza paſcunt. Aut ſic: Sed maxime qui Sturnos captos Oryza tantum pa

Ex eodem.viii. Ⱡſcunt/ex Dioſcoride.

PER SINGVLA MEMBRA DESECRATVM. Sunt codices in quibus legitur Diſſecatum/hoc eſt per Anatomen exēteratum. quod enim græci ἀνατομήν nos diſſectionem & conſectionem uocamus: Id ex Celſo Plinioq; accipias. alioquin & deſecratum pro cōſecrato ſiqs tueri uelit: habet uerba quæ hic haud ita multo poſt ſcribunt: Mirū inquit quibus monſtris conſecret. Prior lectio cōmodior. Ariſtoteles Chamæleō inquit diſſectus totus ſpirare præterea diu poteſt. Item: SPINAE TANTVM VITIO ACRE CVRVATVRA. Vetus lectio: Spinæ tantum acutiore curuatura. Plinius octauo libro: Spinam Chamæleontis ſimili modo ut piſcium haberi tradit. Ariſtoteles ſecundo libro: Spina inquit Chamæleontis piſcium modo eminet.

Ex eodem.viii.

EX EADEM SIMILITVDINE EST STINCVS. Legendū eſt Scincus Dioſcorides Galenus cæteri. Et infra: HIPPOPOTAMI PLVRIMI SVPER SALTICAM PRAEFECTVRā. Legendum Saiticam inter Aegypti præfecturas a Plinio Strabone Ptolomæo dictā ab urbe Sai. Nicander ἵππου τοὺ μέγιστος ὑπὲρ σαΐμ ἀμφαλόεσσαν βόσκει.

Ex eodem.viii.

HOC CINERE POTO PRAEPVTIA VIRORVM EIuſDEM ASPERSV FOEMINARVM LIBIDINES INHIBERI. Lego ex uetuſtis codicibus Propudia uirorum non Præputia: ut Propudia hoc loco immodicam aut certe obſcenam uenerem ſignificent: & ut alio loco dicit Probroſam molliciem. Et infra: ITAQVE EAM PROTINVS PEDIBVS OBRVERe TRADITVR. Vetus lectio/Itaq; eam ꝓtinus terra pedibus aggeſta obruere traditur.

Ex eodem.viii.

EADEM AVTEM ET VNGVLARVM DOLOR MONSTRATVR IN REMEDIO. Lectionem corruptam omnino eſſe conſtat. ſed quemadmodum reſtituenda ſit/non conſtat. Cæterum uaticinor ſcribendum ita: Eadem autē & ungularum/auriū dolori monſtratur in remedio. Aut ſenſum eſſe talem: Eandem hoc eſt urinam Lyncis ad Regium morbum mōſtrari in remedio. Plinius ultimo uolumine: Calculos inqt ueſicæ eo poto elidit & morbo Regio occurrit: ut fortaſſe hic locus legatur: Eadem autem & ungula morbo regio monſtratur in remedio. Aut ſimpliciter: Eadē autem & morbo Regio monſtratur in remedio. Aut certe ungularum dolori. Sed quis obſecro in homine dolor ungularum ſit? cur non aut oculorum potius aut angulorum/aut quemadmodū dixi aurium dolori? Habēt & quædā exēplaria Iugulorum dolori.

Ex capite.ix.

NAM VT IN ACHAIA BVBVLVM BIBERENt PHTHISICI SINTECTICIq; DIXIMVS. Legendum eſt: Nam ut in Arcadia bubulum biberent Phthiſici Sintecticiq; & Cachectæ diximus libro uidelicet.xxv. Tradunt inquit Arcades non medicaminibus uti: ſed lacte circa uer. Et paulo poſt: Bibunt autem inqt lac uaccinum. Poteſt tamē & Achaia legi: cuius mediterranea maxime tenet Arcadia. Verbum autem Cachectæ in uetuſtis codicibus inuenies a Cachexia dictū.

Ex eodem.ix.

ADDITIS TOTIDEM CYATHIS MVLSI SVNT HEMINAE LACTIS. Dioſcorides non ſimpliciter Mulſi: ſed aceti mulſi. Et infra: CVM FERVET ET CIRCVMFVNDATur PRAESTAT CYATHVS ARGENTEVS. Idem auctor: Cum feruet ne circumfundatur/præſtat cyathus argenteus: προσὸ μὴ ὑπερχεῖν τὸ γάλα ξεχάριον ἀργυροῦν πλῆρες ὕδατος ψυχροῦ

Ex eodem.ix. Ⱡκαθιέναι.

BIBITVR AVTEM EFFICACISSIME HEMINIS PEr INTERVALLA SANIS DIEBVS QVINq; A POTV ILLIVS SOLITIS GESTARI. Dioſcorides: Bibitur autem efficaciſſime heminis per interualla ſingulis uſq; ad quinas a potu illius ſolitis geſtari: ποτίζεται δὲ ἓκ διαζήματος κατὰ κοτύλην ἀχρὶ πέμτε κοτυλῶν ἓν δὲ τοῖς μεταξὺ διαζήμασι περιπατήτωσαν οἱ

Ex eodem.ix. Ⱡπιόμτες

PHYTOCAMPES VENENIS. Legendum eſt Pityocampes ue

Universidad de Deusto
Biblioteca

nenis. Est autem Pityocampe/quam nos erucam Pinorum uocamus. Auctores tot eius rei sunt quot & medicinæ artis. Item QVI COLASTRVM BIBERINT. Legendum putant: Qui Colostrum biberint. Ego ex uetustis codicibus & Dioscoride Qui Colchicon biberint

Ex eodem.ix.

VERTIGINI PRAETERq̄ PVRGATIONIS GRAVEDINE TVSSIENTIBVS LIPPIS. Legendum Vertigini præterq̄ purgationis gratia/grauedini: tussientibus lippis. partim ex Dioscoride: partim ex uetustis codicibus. Item: CVM MELLE QVOD SAPRVM VOCANT QVI CVM SALE & reliqua: Legendum Cum melle. Saprum uocant: Ita ut uerbum Cum melle/finis sit præcedētis clausulæ: uerbum autem Saprum/sequētis sit initium. Etenim caseus putris σαπρος graece dicitur: ad multa ut hic probatur utilis.

Ex eodem.ix.de Axungia.

QVAMOBREM NON DE ALIA LOQVEMVR SVE. Quidam rentur corruptum esse locum: atq; ita legunt: Quamobrem non de alia loquimur q̄ e sue: hoc est nullum adipem exungiam uocamus q̄ e sue. Frigida sententia. Ipse locutionem probam defendo: ut sit sensus: Non de alia sue loqui cum q̄ de ea quæ radicibus uescat/cuius adipem uiribus pollere dixerit: quasi nō ita sentiendum sit de illis quas Caricis aut Cicere aut alio quo ad saginam ac luxuriam cibo pascimus: ut est apud Aristotelem: unde Aprugnū aut Suillū iecur maxime sunt mirati ueteres e sue fico pasta: quod græci ut inquit Aetius Sycoton appellant: hoc est

Ex eodem.ix.

Ficatum.

TAVRINO PRAECIPVA ETIAM IN AERE. Vetus lectio Taurino præcipua potentia etiam in ære. Item: FLAMINIo SACRORVM EQVVM TANGERE NON LICET. Legendum Flamini sacrorum: Nisi quis Flaminium pro collegio atq; ut ita dicam magistratu flaminum accipiat. Atq; ut Dialitium/ita flaminium quoq; sacerdotium dici posse credat. Item: QVIN ET SANGVIS EORVM STIPTICAM VIM HABET. Legēdum Septicam ex Dioscoride/hoc est erodēdi. Proinde huiusmodi medicamenta Græci uocant Septas.

Ex eodem.ix.

ITEM VENTRES QVI CENTIPELLIONES VOCANTVR FVGIVNT. Codices antiqui non Ventres sed Vermes habent. Quod quidem si uerum est: nec Centipelliones/sed Centipedes legendū putauerim. Sed & Ventres probo q; Centipelliones uocantur: ut uerbum Fugiunt/cum sequenti clausula iungendum sit. Quid autem significet inter uentres Centipellio: uulgaris & tra Lanionum uox ostendit. quartum uentrem interpretatur Gaza ὑπυγρον quem & Abomasum uocauit. Quod genus edulii Iulius Pollux Taconas a Cratete Comico putauit appellatum: etiam si aliter in ea uoce multi sentiant. Coriū certe uetus hodie quoq; uulgus Taconas uocat: propterea & Centipelliones fortasse nominati.

Ex eodem.ix.

MEDVLLA PERVNCTOS SEVO VE CERVI AVTVM NALI. Vetus lectio: Medulla peruncTos seuo ue cerui aut uituli. Dioscorides quoq; ceruinā & uitulinam medullas anteponit omnibus. Item. SARDINEAM EVM TANTVM FERRE SOLITAM HOC INTERESSE ARBITROR. Lego: Sardiniam eum tantum ferre solitam. Hoc interiisse arbitror. Cæterum Pausanias in Sardinia prodit animal haberi Lupum suo rempore uocatum/sed Capro syluestri similem: hirsutiore tantum pectore: cornibus non in directum eminentibus/sed pone auriculas muricatim intortis: tantæ uelocitatis ut nullum ei comparetur.

Ex capite.x.

CARYCE. Legendū Pharicon ex Dioscoride Nicandro Praxagora. ueneni genus id est: Athenæus etiā Phariacon appellat. Item: DE EQVIS FERIS Nō SCRIPSERūt GRAECI. Vetusta lectio: De Equiferis. Plinius quoq; infra hoc capite: Imprimis inquit efficax Equiferorum sanguis. Potest & seorsum legi / De equis feris: ut.viii.libro Plinius. Item: PRVRIGINI CVM VINO PRODEST AD HANC ET CORNVS CERVINI CINIS E VINO. Scribendum arbitror nō Prurigini sed Porrigini. Lepida græci appellant uitium in capite furfuribus simile: testis est Celsus. agitur enim hic contra morbos capitis.

Ex eodem.x.

VTq; NON TEDIVM ANIMALIS EIVS CAPILLIS IN CRESCAT. Antiqua lectio: Vtq; non tedia animalium capillis increscant/hoc est pediculi. Et infra: PILIS ET PALPEBRARVM VITIIS SINGVLIS OCCVRRIT. Vetusti codices: Pilis & palpebrarum uitiis angulorumq; occurrit. Sunt autem anguli oculoꝝ quos græci Canthos uocant. Item: CALLIBLEPHARI PARI MODO FVLIGO IN HOC VSV TEMPERATVR. Exemplaria manu scripta: Calliblephariq; modo & re-

Universidad de Deusto
Biblioteca

liqua.ut sit sensus:ad hunc usum.i.contra pilos incõmodantes fuli ginem præparandam Calliblephari modo.Est autem Calliblepha ron ut ipso nomine ostenditur / medicamentũ quo fucant' ornan turq; palpebræ. Ex eodem.x.

OPTIME ET LYCHNO PAPYRACEO. Legendũ non tam Lychno quod lucernã significat/q̃ Ellychnio quod ex papyro tor tum in lucernis uritur:ut si quando Lychnion quoq; in hoc signi ficatu legitur/Ellychnion scribendum putem . Item:CONTRA RVPTAS FVNICVLAS CVM LACTE MVLIERIS.Le go non Funiculas/sed Tuniculas:id est μὴμη γγασ ὀφθαλμῶμ. Et in fra:FEL BVBVLVM CVM OLEO CITREO ET ROSa CEO.Scribendum fere putant non Citreo/sed Cicino . Commen datur enim Cicinũ a Dioscoride auriũ dolori. De oleo Citreo Pli nius libro.xv.Dioscorides nullo loco.

Ex eodem.x.

LIENE ITEM EQVI CVM OLEO INFVSO PER AV REM . Legendum Lichene item equi & reliqua. Quid autem sit Lichen equi/& Dioscorides & Plinius hoc ipso loco docent. Et in fra:NOTVMq; QVASDAM QVOTIDIE.DCC.CVSTO DITO NVMERO FOVERE. Plinius libro undecimo quin gentas asinas a Poppea trahi solitas dicendo coniecturam fecit ali quibus:hoc quoq; loco non.dcc.sed quingentas scribendum esse. Verum contra est:Non enim hic septingentas/sed septingẽties le gendum existimo,ut sit sensus:nõnullas cutem fouere solitas quot diebus usq; ad septingentas uices.

Ex eodem.x.

ETIAMNVM LEPRAS AC FVRFVRES TAVRI FEL: ADDITO NIGRO . Legendum Addito Nitro/ex Dioscoride. Item : EFFICACIOR EST AD ID SVBVLO SERVORũ GENERIS . Legendum est Ceruorum/non Seruorum:ex Plinio multis locis.Etenim ita nominantur a cornuũ effigie subulas imi tantium:Eos græci πεΤταλίασ dicunt.Alioquin & Tibicines Etru sca lingua Subulones appellabant' ut.M.Varroni placet:a Sibilo ut qdã arbitrant'.Ennius:Subulo finitimas propter astabat aquas

Ex eodem.x.

MATVTINIS SVMPTVM AD MENSVRã LINGVAE. Vetus lectio Ad mensurã Ligulæ : hoc est cochlearis & acetabuli. Item:ASININI PVLLI FIMVM QVOD PRIMVm EDI DIT POLEAM VOCANT . Aristoteles Polion appellari tra

dit:hoc est πώλιον initio partionis ante fœtum equa effundit. Pli nius tamen Poleam duobus locis.Item TAVRINI CORNVs VETERIS EX PARTE IAM CINIS INSPERSVS PO TIONI. Lego non ex parte iam/sed ex parte ima : alioqui sensus nullus.Sed & supra quoq; Plinius hoc ipso capite:Ex cornus in quit bubuli summis partibus cinis.

Ex eodem.x.

CVM CHARTA ARMENIACA.Vetus lectio Cum charta & Arrenico.Est aũt Arrenicum idem quod arsenicum & auripigmẽ tum:cuius uis reprimi & tolli excrescẽtia dubiũ nõ est auctore Pli nio Dioscoride Galeno cæteris . Armeniaca uero charta uel nusq̃ gentium refertur esse:uel huc nullo modo pertinet.

Ex eodem.x.

CVM CAVLIBVS HEDERAE TRITIS AC APPENDI CIO.Legendũ est Ac Perdicio:ex uetustis codicibus. Scio Appen dicem genus spinæ dici. sed hic de Podagris agitur: ad quas Per dicion siue quod idẽ est Helxinem medici cõmendant:inter quos est Dioscorides . Præterea ut Appendicẽ latine dicas Appendiciũ qs dixerit? Itẽ non multo post:CVM ET HELSINES PARte AEQVA.Helxines scribendum non Helsines. Item:INFVMA TVM PRIVS IN FOLIIs . Quid si legas in Soliis? Simile quid & supra hoc uolumine.Sunt autem Solia in balneis ut con stat πυελοὶ græce dicta.

Ex eodem.x.

COMITIALIBVS DATVR ET LACTIS EQVINI PO TVS LICHENAEq; IN ACETO . Scribẽdum Comitialibus datur & lactis equini potus Lichenq; in aceto.Quid Lichen sit su pra ostendimus. Item:SIDERATVS VRINA PVLLI ASI NI NARDO ADEMPTO PER CONIVNCTIONEM PRODESSE.Scribendum est ex uetustis codicibus non per cõ iunctionem/sed perunctione : hoc est Τῆ χρίσει καὶ Τῆ ἀλοιφῆ . Itẽ ET IN FOLLITVDO FELLIS . Legendũ est Et in folliculo

Ex eodem.x. fellis.

EST GENVS FEBRIVM QVOD EPHEMERINON Vo CANT.Vetus lectio Amphimerinon. Differt enim hoc ab Ephi merino / q̃ Ephimerinon unius est diei febris nec ex putrilagine coorit' : Amphimerinos uero quotidiana est & ex humoribus cor ruptis præsertĩ pituita coalescit:Galeno Paulo Aetio.Itẽ:QVAR TANIS MAGI EXCREMENTA FELLIS CVM DIGI

Universidad de Deusto
Biblioteca

TO BVBONIS ADALLIGARI IVBENT Et NE RECEDANT NON REMOVERI SEPTFNO CIRCVITV. Scribendum arbitror aut Ni recedant:aut Ne recidant.priore modo ſenſus erit/Niſi quartana protinus receſſerit/non eſſe remouendum id quod alligatum fuerat. Secundo:ne recidiuum malum ſit in ſeptem uſq; acceſſiones continendum id iuberi.

Ex eodem.x.

LETARGICOS EXCITAT ASINI LIEN. Vetuſti codices Lichen/non Lien. Quid autem ſit Lichen in aſino & equo notum eſt ex Plinio Dioſcoride q; ac cæteris. Et infra:HYDROPICIS AVXILIATVR VRINA VESICAE APRI. Dioſcorides Capræ non Apri.

Ex eodem.x.

DE PVNICE QVI IN VACCARVM VTERO. Legendum Pumice/non Punice/auctor Plinius libro undecimo:In iuuencaq; inquit ſecundo uentre pilæ rotũditate nigricans tophus nullo põdere.

Ex eodem.x.

ADEO VT ETIAM CONTRA ILLITA NOXIA VALEAT. Scribendum puto:illata/non illita.i.contra ueneficia ex ueteruſtis codicibus.

Ex eodem.x.

OPISTHOTONICOS. Sunt qui a morbo dictos putent q Opiſthoton uocetur: idq; ſe magno labore ſuo inueniſſe prædicent:cũ multi alioquin magni nominis inquit uiri neſcire fatereñ iactatam rem medicorum omnium ſubſelliis ignorari potuiſſe miror a doctis uiris:ſed illud multo magis q; Opiſthoton id genus ægritudinis appellari tradant:cum non Opiſthoton ſed Opiſthotonos pnuntiari debeat. Meminit Dioſcorides Galenus Oribaſius Paulus Aetius:demũ quiſq; unq; quocunq; loco lingua natione de medicina ſcripſit:atq; ut medicos & auctores priſcos præteream: nõne id noſter Merula in quodã cõmentariolo copioſe/ut ſolet omnia/expoſuit.quiſquis es obſecro ne hanc inuidiam ætati facias/ut res cõmentariis omnium detrita/noſtris hominibus incõperta fuiſſe uideatur. Neu tantũ gloriæ tuæ cupias/ut publicæ facias iniuriam: præcipue cum id ipſum in quo te miraris/neſcias.

Ex eodem.x.

SOMNOS FIEri LEPORE SVMPTo IN CIBIs CATO ARBITRATVR VVLGVS ET GRATIã CORPORI NOVEM DIES FRIVOLO LOCO. Scribendum eſt Ioco/nõ Loco. Itemq; Somnioſos potius q̃ ſomnos:idq; adhuc uulgo creditur.

Præterea in ſeptem dies potius q̃ in nouem/Martiale teſte:ſiquando leporem mittis mi Gellia dicis:Formoſus ſeptem marce diebus eris:Si uerũ dicis ſi uerũ lux mea narras Ediſti nunq̃ Gellia tu leporẽ. In Alexãdri quoq; cæſaris uita mentionẽ facit huius rei Lampridius citato Martiale:quoniã quotidie iqt Alexãder leporẽ hñet: locus inqt poetis emerſit q; multi ſeptẽ diebus pulchros eſſe dicũt

Ex capite.xi.

Leos q leporẽ comedũt.

TALISq; SVũ DISCORDIa VIM QVANDã INESSE IN INCENDIIS. legẽdũ:Taliſq; ſuũ diſcordiã quandã ineſſe in incẽdiis.ut ſit ſenſus:Antipathiã quandã in incẽdiis hñe Talos Suil los. Q d aũt ſequit:ſi fimi aliqd egerat & reliq̃. ſeparatũ habet intellectũ:hoc eſt nec ouẽ nec boues abactas recurrere faciliuſq; aut furto aut alia cauſa extrahi:ſi fimi aliquid egeratur a ſtabulis. In Romanis codicibus loco uerbi Suum/habebatur Similium. Item VEL SI PELLICVLA EX EO COLLo INDVta GALLI INTERERIt. Vetus lectio uidet ſenſũ aliũ præferre meliorẽ his uerbis:Vel ſi pellicula ex eo collo inducta galli inierint.i.gallinas ſcanderint pellicula uulpina collo eorum circundata.

CASTIGATIONES PLINIANAE EIVSDEM HERMOLAI BARBARI EX LIBRO.XXIX.

Ex Capite Primo.

q VÆ TEMPERAta & PERTINENTIA ERANt. Vetus lectio nõ Tẽpata/ſed Tã parata:ut ſit qd græci uocãt ἐυπόρι ςα: Scripſit & Galenus περί τῶν ἐυπορίςων φυμακέων. & ante Galenũ multi:hoc eſt de parabilibus facultatibus. Itẽ:SEq; INTER INITIA SCRIPSIT ILLO MOX RECEDENTE A VITA SVA PLACITA PVTAVIt.ſcribẽdũ:Sed quæ iter initia ſcripſit:illo mox recedẽte a uita ad ſua placita mutauit. Aut certe ut antiq̃ exẽplaria:ſeq; iter initia aſcripſit:illo mox recedẽte a uita ſua placita mutauit.ſũt aũt placita quæ græce dogmata. Itẽ:MVLtos PRæTERea MEDICOS. Legendũ forte ſit Prætereo nõ Prætereа/ut ſenſus cõſtet. Itẽ QVæ STERTINVS IMPVTAVIT PRINCIPIBVS. Legendũ puto. Q. uero Stertinius &c̃.nõ enĩ ſenſus aliter conſtiterit. Si.n.imputauit.ccl.q poterat qngena? Sũt aũt qngena ſexcenaq; idẽ qd qngẽta ſexcẽtaq; Palæmone auctore. Ex eodem.i.

CENSVS QVAE QVANq̃ EXHAVSTIS OPIBVS NEA

Universidad de Deusto
Biblioteca

POLI EXORNATA HEREDI SEXTERTIA.CCC.RELINQVERET.Lego Censusq; ut sit q; coniunctio/non relatiuū ꝓnomē. Est aūt sēsus eas fuisse eius opes atq; censū ut q̄q̄ Neapoli maximo impendio uiuus exornauisset /hæredi tñ tercēta sextertia reliquerit. Romani codices aptius hoc mō:Censusq;/q̄q̄ exhaustis opibus Neapoli:ita auctus ut hæredi.HS.ccc.relinqueret.

Ex eodem.i.

QVANtū ATHENA ID EST ARVNCIVS SOLVS.Lego Quadragena Aruncius solus/hoc est sextertia quadragena hæredi solus reliqt. Nā si mercedis loco solus itelligaē habuisse q̄dragena hoc est.cccc.sibi esset ipse cōtrariº:qñquidē Stertinio & fratri eius maior infundebaē:& ipsi Arūcio.ccl.mercedē annuā fuisse dictū ē

Ex eodem.i.

NVLLIVS HISTRIONū PAR EX QVO DE COMITIo E QVADRIGARIO COMITATV REGRESSVS IN PVBLICO ERAT. Vetus lectio: Nullius histrionū par:exquo de Trigario comitatu regressus i publico erat. Et.n. Thessalū hūc cuius arrogantiā ipudentiāq; taxat/Neronis principatu/insolentē factū & ei familiarē fuisse intelligit.Neronis porro studiū auriga tiōis quis ignorat?Plinius superiore libro:Ferūt inqt Neronē prīcipē hac potiōe recreari solitū:cū sic quoq; se Trigario approbare uellet. Huius uerbi a Triga dicti mentionē Plinius ultimo quoq; huius opis uolumine facit: Ne equos quidē inqt in trigariis præferri ullis uernaculis animaduerto. Ita.n.scribendū puto potius q̄ Tricariis/Publii Victoris testīonio q de regiōibus Vrbis scripsit: Trigariū iuxta campū Martiū fuisse memorātis.Apud Capellam quoq; Marcianū Trigarii mētio est libro.ix.q de musica inscribiē Trigariū inqt supplicātis semp germanitatis adueniet:hoc est:trigemina inqt illa mulier siue tres i unius noīs uocabulo cōspirātes. Thessalū Galenus mille locis in medicina conuicit imperitiæ.

Ex eodem.i.

EVM CRINAS MASSILIENSIS.Vetus lectio nō habet Eū/ſ3 Tum: quoniam paulo mox dicitur:Auctoritate inquit eum præcessit. Sunt qui non Crinas sed Critias legendum putent. Item: M.CATONE: CVIVS AVCTORITAS TRIVMPHVS ATq; CENSVRA ETIAM QVANTO NON MINIMū CONFErūt:TANTO PLVS IN IPSO ESt.Vetus lectio purior & Pliniana grauitate dignior.M.Catone/cuius auctoritati triumphus atq; censura minimū conferūt:tāto plus in ipso est. ut sit

sensus:Illud qđ ex triūpho & censura.M.Catoni accessit auctas & gloriæ/id uideri minimū.qđ aūt ipse præstitit uirtute ac industria id esse maximū.Paulo quoq; infra ubi legiē AD EXPEDIENdū fortasse cómodius sit Ad experiendū siue ad expēdendū/scripsisse.

Ex eodem.i.

NOS QVOq; DICTITANT BARBAROS ET SPVRIOs NOSq; MAGIS q̄ VLLOS HIPPICOS APPELLATIOne FOEDANT.Codices antiq:Nos quoq; dictitāt barbaros & spurcius nos q̄ alios Opicos appellatiōe feedāt.Quid aūt sit Opicus arbitramur esse uulgo cognitū:de quo multa in eū uersum dicuntur ab enarratoribus poetæ:Et diuina opici roserūt carmia mures. Eudoxus Opicos Italiæ gentē quandā uocari tradidit a linguaꝝ colluuione dictā siue a serpētibus quasi Ophicos.De Opicis & Strabo:sed & Aristoteles Theophrastus Thucydides: qui haud aliter fere Cāpanū omnē tractū & uicina ei loca noiant. Ex eodem.i.

SOLā HANC ARTIū GRAECAꝝ NONDū EXERCVErat ROMANA GRAVITAS. Vetusti codices nō hāt Exercuerat sed Exercet.Multū refert ad ueritatē historiæ utro legaē mō.mihi certe plus placet antiqua lectio. Ex eodem.i.

IAM VERO Et ADVLTERIA ETIā IN PRINCIPū DOMIBVS VT EVIDENS IN LIVIA DRVSI CAESARIS ITEM VALENTIS IN QVA DICTū ESt REGINA.Legendū puto ex uetustis fere codicibº nō Vt euidēs/sed Vt Eudemi aut nomen alterius huiusmodi.Nec uetusti codices admodū repugnant.Mouet me uerbū Valentis genitiuo casu positū.nota historia:hoc.n.ipso libro Plinius inter initia Vettius inqt Valēs adulterio Messalinæ Claudii Cæsaris nobilitatus.Credo & Liuiæ Drusi uxoris adulterū noīatim in scriptoꝝ cōmentariis citatū esse: eo legētes hæc remittimus. Ex eodem.i.

AC MORTIS ARMA AVT ARCHANA PRAECEPTA Vetusti codices nō hāt Mortis arma/sed mortis arram:ut ad illud quod supra mox dixit pertinēs dolorꝝ indicaturā. Et paulo infra: NOTū ESt AB EODē ARCHAMIde.uetus lectio habet Charmide:ut sit is de quo Plinius supra:Ciuitatē inqt Charmis ex eadē Massilia inuasit. Ex eodem.i.

TYRIACE VOCATVR.Legēdum Theriace:a qua & Theriaci Pastilli nominantur/q; e uiperarum carnibus constet aut certe cōtra bestiarum uenena proficiant: ex Dioscoride Galeno cæteris. Et infra: OSTENTATIO ARTIS ET PORTENTOSA

Universidad de Deusto
Biblioteca

SCIENTIAE VENDICATIO. Legendum Venditatio. Huius uerbi honestissimus apud ueteres habetur usus: Ciceronem Fabiũ & complures alios. quod & Nonius Marcellus in annotamentis suis testatũ reliquit. Est igit᷑ uenditare ꝓ eo qđ est ostentare: hinc & forma & oꝝ uendibilis quasi plausibilis & allectrix.

Ex capite.ii.

AESOPVM VOCANT. Scribo Oesypum ex Dioscoride ac Plinio inferius/ab oue dictũ quã græci Oin uocant/quasi ὄϊ᾽οσ ῥύπος id est ouiũ sordes. Item: QVIDAM IN TESTA TORRENDO CONFICIVNT: NE PINGVEDINEM AMITTAT VTILEM TALEM EXISTIMANTES. Vetus lectio & Dioscorides: Quidam in testa torrent: donec pinguedinem amittat utile tale existimantes: id est μέχρισ ἀμτεφρωθεὶ ἀποβάλητὸ λίποσ.

Ex capite.iii.

NON OPVS ESt EAS IN HOC VSu RVDICVLis ESSE CVRATAS. Legẽdũ Radiculas nõ Rudiculis. Est aũt radicula quã græci Struthiõ appellãr. ea candorẽ lanis efficit: & Lanaria ob id uocat᷑ a nostris. In hũc ergo usum Dioscorides & Plinius ἄγρου εἴσ᾽τουσ lanas quæri tradũt: hoc est nõ curatas radiculis. & ita manu scripti codices lectitant᷑.

Ex eodem.iii.

FIVNT Et TOTA LVTEA QVæ VOCãt SITISta. Alii codices habent Sicista. Ipse legendum fere arbitror Schista: quoniã ab incubatu exempta quasi diuidant᷑ & discedat uitellũ a cãdido. Nã & luteum & candidum dicit Aristoteles de animalium generatione tertio/membranis inter sese distingũtur: & incubante aue concoquenteq; animal ex alba parte oui secernit᷑/ augetur ex reliqua. Itẽ & paulo infra: OEI TANtũ MENSVra PARI. scribe

Ex eodem.iii. ℒ Olei/non Oei.

ANGVES EA NVMERVS ESt OVOꝝ CONVOLVti SALIVIS FAVCIũ CORPOrũqꝫ SPVMIS ARTIFICI COMPLEXV GLOMERANt᷑. Scribendũ arbitror: Angues innumeri æstate conuoluti saliuis fauciũ & reliqua. Item: VTILISSIMũ AD PERFECTIONES. Legendũ Vtilissimũ ad perfrictiones.

Ex eodem.iii.

ADIPE AVIũ CVRATO VT DICEMVS ADDITIS ERISCEPTRO XYLOBALSAMO: PHOENICEO TVSO ITEM CALAMO: SINGVLOꝝ PONDERE QVI SIT ADIPIS CVMINO. Quaterna ertata: Scribo/Adipe auium ut diximus Curato additis Erysisceptro xylobalsamo Phœnice elate

Item calamo singulorum pondere qui sit adipis cum uino. omnia ex Dioscoride. Quod autem Diximus non Dicemus legendum sit liquet ex superiore libro. Est autem Phœnix elate/quam Plinius alio loco Palmam Abietem uocauit.

Ex capite.iiii.

ET IN COENIS DEOꝝ ETIAMNũ PONITVR: CATVLINA ADDITA TALIBVS QVIDé EPVLIs CELEBREs FVISSE: PLAVTI FABVLAE SVNt INDICIO. Legendũ: Et in cœnis deoꝝ etiãnũ ponit᷑/Catulina. Adiicialibus quidẽ epulis celebrẽ fuisse Plauti fabulæ sunt indicio. Quæ aũt sint adiiciales cœnæ/plena sunt glossulariorꝝ excartabula. De his mentio uel frequens est in Plautinis comœdiis. & nos uolumic.x. notauimus

Ex eodem.iiii.

QVæ ARGVISSE NON MINVS REFERt q̃ CONTRA SERPENtes REMEDIA DEMONSTRASSE: QVONiã HæC MORBOꝝ BENEFIcia SVNt. Quid si legas Veneficia? nõne sensus erit illustrior? ut cũ illo dicto cõferas qđ supiore libro p initia fere legit᷑: Quis inqt ueneficia innocentiora effecit q̃ remedia cõtra eos disserẽs q singulorꝝ uiscerꝝ mẽbrorꝝ excremẽtorꝝ hois sapores dixere: quoiusmodi Xenocrates fuit: ut Galenus memit & incessuit. Itẽ: CAPVt QVID DISSECANt SCYTHæ, Legẽdũ est: Caput quidẽ dissecãt Scythæ.

Ex eodẽ.iiii.

FIVNt EX VIPERA PASTILLI: QVI THERIACI VOCANTVr A GRæCIS. TERNIS DIGItis VTRINq; AMPVTATIS. Plinius hoc ipso libro Quaternis: Quatuor inquit digitorꝝ mensura præcidi. Cæterꝝ/Dioscorides cõmentitiũ ait esse qđ præcipiũt certã aliquã utrinq; mensurã amputari oportere. Itẽ BVBONES PEDES VSTI Cũ PVLPAGINE HERBA. Vetus lectio: Bubonis pedes usti cũ Plumbagine herba. Hæc ipsa herba reddit᷑ a Plinio supius. xxv. libro/ Molibdena græce dicta: quoniã plũbũ qđ est genus uitii ex oculis tollit.

Ex eodẽ.iiii.

EPIPHORIS INFLAMMATIONIbus FASTIDIIS. Dioscorides Inflatiõibus. Itẽ: QVã SOLã EX OMNI TACITO DIXISSE FAS SIT. Vetus lectio nõ Tacito sed Atocio. Est autem Atocion quæcũq; medicina conceptũ adimit/hoc est partus spem

Ex eodem.iiii. ℒ intercipit.

VOCAt᷑ & RHACHINA NIGRO SIMILIS ORE MINIMO SVB ALBO. Trigeminũ erratũ. Lego igit᷑ ex Aetio: Vocat᷑ & Rhagio Acino nigro similis ore minimo sub aluo. Et sane Rhagion apud græcos Acinum paruum significat.

Universidad de Deusto
Biblioteca

Ex eodem.iiii.

IDEM ERAt ASIORCION.Vetuſti codices Aſtercion.Fortaſſe Aſtorgion/quaſi diſcordialē.Itē:MYRMECION FORMICAE SIMILIS.nō aliud eſt hoc genus a ſupiore de quo paulo ante ſcribiť Plinio:Vnū inqt ſimile formicæ & reliqua.ſi græcos auctores præſertī Aetiū ſequare uti ſubdubitē fere Pliniū hoc loco nō tā errore q̄ obliuione ſupioris dicti hæc addidiſſe/ut q̄ multos auctores legendo in Opiſtographos ſuos eaſdē plerūq; res ex diuerſis cōtu-

Ex eodem.iiii. Liſſet.

TETRAGANTII DVO GENERA.legēdū Tetragnathii duo genera/ex Aetio:ita uero inqt noīantur a maxillaꝝ numero: quas græci Gnathos uocāt. Itē:HVNC GRæCI COLOrē VOCAut ET ASCALABOTē & GALEOTē.Vetuſta exēplaria nō Colorē ſ; Coloten.Ariſtoteles Coloton:hoc eſt κωλωτοȳ.quē Lacertæ genus facit.Meminit & Plinius Coloti ut dixmus. Itē:NEC NISI PILOS ATTINGERE.ſcribendū Attigere:ut ſit ſenſus:Nō ſe

Ex cap.v. Lrire ſcorpiōes niſi pilos attigerūt.

LACERTA QVā HYSEPa ALII CHALCIDICEN VOcāt Legendū Sepa/nō Hyſepa:ex Dioſcoride.recto caſu Seps dī a maleficio uidelicet:qa erodat quos momorderit.Eſt & ſerpēs alia hoc noīe:de qua Lucanus Tabificū ſepa dixit:& Auſonius:An Libyæ ferale malū ſit Romula uox Seps.Nicāder Sepedona talē uocauit

Ex capite.vi.

ET MVSCARVM CAPITA RECENTIA PRIVS FOLIO FICVLNEO ASPERATA. Scribendū Aſperatis:hoc eſt Alopecias ipſas folio ficulneo prius aſpatas replēt muſcaꝝ capita. hūc.n.curatiōis eius morē docet Galenus Paulus Aetius & cæteri Itē:CVM CRETA CYNIOLIA.legendū eſt Cimolia. De hoc Cretæ genere ſequētibus indicādū erit.Itē ſupra mox uerbū PRuRIGINES forte ſcribendū ſit Porrigines ut ſupiore libro dictum

Ex eodem.vi. Leſt ex Celſo.

ITē RESIPū OSSA E CAPITE VVLTVRIs ADALLIGATA.Alii codices nō Reſipū ſed Eripū uel Eſipū. Fortaſſe legendū ſit Itē ægypii oſſa e capite aut uulturis adalligata.Et.n.græci ægypios & gypas uocāt/quos latini uultures fere.Sed Nicāder i Theriacis diſtinguit ἀιγύπιοι γυπεσ τε κόρακ τὸμβρήτα κρώζοντ. Ariſtoteles ſi Theodoro credimus Interpreti nō diſtiguit. Romani tī codices ꝓ eo uerbo qđ eſt ægypū/hōt etiānū. Quid ſi Oeſypū ut cū priore medicina iūgas? Quid autē ſit Oeſypū alias docuimus ex

Ex eodem.vi. LDioſcoride ac Plinio.

HYSOPVMQVE CVM MYRRA CALIDVM. uetus lectio

Oeſypum nō Hyſopū. Etenim hic non de medicinis herbaꝝ agiť principali uſu:ſed de medicinis earum rerū quæ habentur ex animalibus: cuiuſmodi eſt pinguedo illa cum ſordibus lanitii ouilis: quam Oeſypum uocari dictum eſt. Eodēq; modo uerba illa quæ ſequunť:Vt oía hyſopo illinanť:legēda erūt:Vt oía œſypo illināť

Ex eodem.vi.

AVT FELLE RECENTI AXIONIS.Plinius aliubi & Theodorus & uetuſti codices Aſionis per.ſ.non per.x.Noctuarum id genus maximū:quos græci quandoq; Scopas uocant:aliquando Noctcoraces/id eſt ululas:& quandoq; Otos quaſi auritas: quoniam plumeas eminētes hñt aures ut inquit decimo libro Plinius. Item quod ſequitur:PLVMA AVRI MODO MICAT.Legendum arbitror Pluma aurium emicat: Ariſtoteles ὁ δὲ ὠτοσ κατὰ τὰ ὦτα πτερυγια ἔχει.Scopas tamen homericos Plinius:Satyricis cū inſident motibus inſignes fabuloſos exiſtimat.Erāt & Aiſcopes quaſi Semperaſiones.Item:APOLLONIVS PRITANEVS.uetuſti codices modo Putaneus modo Tyanæus.Fortaſſe aut Pitanæus a Pitana urbe uel Troadis: de qua Plinius Mela Pomponius & cæteri:uel Pelopōneſi. Fuerunt enim Pitanæ geminæ ut monſtrauimus.Aut Tyanæus:de quo Philoſtrati & Hieronymi & alioꝝ nō plus teſtimonia q̄ præconia.

Ex eodem.vi.

THVRIS MAMMA VNA. Lego Thuris manna. Quid autē ſit Manna thuris duodecimo uolumine & in corollario ac Dioſcoride. Item:MEDICAMEN ID ENTHEON VOCATVR. Lectio antiqua Echion quaſi dictum a uipera quam græci Echin nuncupant.Scio & Entheon a præſtātia remedii nominatū uideri poſſe. Itē: HINC ETIā SAL PECORI DAť.Scribendum Hic/nō Hinc:ut ſenſus magis quadret.Itē:CONTRA SERPēTES ADDIť & ATTOLLIť.Lego Cōtra ſerpētes addiť & ad totidē:ut uerbū Hoc/initiū ſit ſequētis ambitus:hoc mō quidā & ad totidē uipis utunť in cibis.Aſtipulaťr & uetus fere lectio.

Ex eodem.vi.

FEL PERDICū Cū MELLIS AEQVO PONDERE PER SE VEro AD CLARItatē DIOSCORIDIs Et HIPPOCRaTIs Vt PVtāt AVCTOritate.Lego Fel Perdicū cū mellis æquo pondere per ſe uero ad claritatem Dorcados Hippocratis ut putāt auctc.Eſt aūt Dorcas quā Theodorus apd Ariſtotelē Capreā cōuertit.Dioſc.capræ fel ſylueſtris mire ad oculoꝝ deſideria cōmendat.

Universidad de Deusto
Biblioteca

Moueor/cum ex uetuſtis exemplaribus fere:quorũ me Politianus Florentiæ primus admonuit:tum ꝙ Hippocratis auctoritate alioquin contentus eſſe poterat/nec priorem ipſo Dioſcoridem nominauiſſet. Illud autem monendi ſumus:Dioſcoridem/cuius nos uolumina in latinum uertimus/Plinio aut contemporaneũ/aut non multo poſteriorem fuiſſe.tantum abeſt ut eius teſtimoniũ hoc loco citatũ eſſe crediturí ſimus.Multos porro Dioſcorides fuiſſe non diſſenſerim.ſed de hoc aliubi.

Ex eodem.v.

ARCVATIM REPENS TRACTVꝙ CONTRAHENS SE.Legendum Tactu/nõ Tractu. Item de Blattis:ALTERVM GENVS MYLOCHON. lego aut Myloecon hoc eſt μυλοικον ex uetuſtis codicibus & ex interpretatione Plinii : quia molarum fere ſit incola:aut Mylacrin ut Ariſtophanes : quanq̃ & gallinam Mylacris in comœdia ſignificet/Polluci.

CASTIGATIONES PLINIANAE EIVSDEM HERMOLAI BARBARI EX LIBRO.XXX.

Ex Capite Primo.

n EC POSTEA QVISQVã DIXIT QVOMODO VENISSET THELMESSVM RELIGIOSISSIMAM VRBEM QVONDAM TRANSISSETꝙ AD THESSALAS VRBES.Vetus lectio:Nec poſtea quiſq̃ dixit quomodo ueniſſet Telmeſſum religioſiſſimam urbem quando tranſiſſet ad Theſſalas urbes. Telmeſſus in Caria:de cuius nomine Ariſtophanes quandam fabulam uocauit:ut Menander Theſſalam. Cicero in diuinationibus libro primo: Telmeſſus inquit in Caria eſt qua in urbe excellit Aruſpicum diſciplina.De hac urbe pluſcula nos libro.v.

telmeſſus

Ex eodem.i.

TROIANIS ITAꝙ TEMPORIBVS CHIRONIS MEDICINIS CONTENTA EST SOLO MARTE FVLMINANTE. MIROR EQVIDEM AC ILLIS POPVLIS FAMAM EIVS IN TANTVM ADHESISSE. lego Troianis itaq; tempibus cũ Chironis medicinis cõtenta eſſet ſolo Marte fulminante:miror equidem illis populis famam eius in tantũ adhæſiſſe. Alias ſenſus non cõſtat:& uetuſtos fere codices ſequimur.

Ex eodem.i.

EST ET ALIA MAGICæ FACTIO A MOSE ETIAMnũ ET LOTAPEA IVDAEIS. Legendum forte non Lotapea:ſed Iochapela ſiue Iochabela/ex Ioſepo : qui matrem Moſis ita nominauit.Hieronymus Iochabeda. Põt & Iotapata:quoniã & urbs hoc noie in Syria Ioſepho eſt/a cõditore/ut ueriſimile eſt/uocata. Magũ autẽ fuiſſe Moſem & Poſſidonius & Lyſimachus & Apollonius Molonis inſimulant:Sed eos ſecundo contra Appionem uolumine Ioſephus apertiſſime coarguit. Qualis autẽ Plinio ſit quã paulo poſt Cypriam appellat/non auſim quidem contendere : ſed de Chriſtiana cum ſenſiſſe ut ſuſpicer/argumento eſt/ꝙ apoſtolus Paulus cum Barnaba/qui & Cyprius erat / e Iudæa nauigauit in Cyprum:in eamq; primum inſulam/nouũ mundo Chriſti nomen intulit : ut probabile ſit/Sergium Paulum eius inſulæ Proconſulẽ miraculorum magnitudine attonitum/aut credidiſſe prædicanti: aut certe famam eius rei pertuliſſe Romam : unde religio Cypria uocari cœperit:quam Secundus noſter pluſq̃ uoluiſſet gliſcentem infenſus:ut tunc erant homines:appellare Chriſtianam horruerit. Fuit hæc ueteribus calliditas/ne dicam inuidia:quantum poſſent ſupprimendæ mentionis de Chriſto : intantum/ut quod Lactantius ſcriptum reliquit/multi per imperitiam Chreſtum non Chriſtum uocari crederent.Illud quoq; in Suetonio de Iudæis Chreſto impulſore tumultuantibus de ipſo Chriſto intelligendum uidet Oroſio. quod mihi minime placet:& ad illum modũ ſenſus ægerrime coierit.quanq̃ de Iudæis ſub Claudio eiectis Philon Iudæus qui eadẽ ætate fuit/multo cõmodius ac ſimilius uero q̃ Suetonius exequitur.Pauſanias Iudæum Heroa coli patris in Peloponeſo permittente Adriano principe commemorat:Chriſtum Andream ue intelligens quidem/ſed nominare tamen non ſuſtinens. Nã Dion Suetonius & Tacitus / quem Tertulianus mendaciorum loquaciſſimum appellat:ſicubi Chriſtianos uocant nec cõuiciis nec bile temperant.Reuerentiores multo Capitolinus & Ammianus ſunt Sed nec Cinaræos illos ſacerdotes in tẽplo Veneris Paphiæ ſignificat hoc loco Plinius . Sectam enim illam ut ex Tacito Cornelio ſumi poteſt/neq; Romani arcebãt neq; Græci.Magnã ſane Iudæorũ uim in Cypro inſula fuiſſe refert Euſebius in Traiano.

Ex capite.ii.

NANꝙ EA QVAE A SPHERIS ET EX AERE & STEL

LIS ET LVCERNIS AC PELVIBVS SECVRIBVSq; & MVLTIS ALIIS MODIS DIVINA PROMITTIT. lego Nanq; & ex aqua & sphæris & reliqua: ut libro.xxviii. diximus uetusta exemplaria secuti & q; Hydromantiã uocari eam magicæ partem cõstat quæ per aquam agitur: de qua & Plutarchus in Cæsare & Alexander in Topicis. Quam uero peluibus exerceãt: Lecanomantiam græci uocant: sicut Axinomantiã quã securibus: ut alibi est dictum. Strabo Lecanomantas & Hydromãtas in Persia frequentes tradit. Paulo autem infra ubi scribit: NEC QVICq̃ GENEROSIVS VALVIT. Ipse legerem Voluit/non Valuit.

Ex eodem.ii.

MAGVS AD EVM MITHRIDATES. Legendum censeo: Tiridates: de quo in Nerone Suetonius & Tacitus/& septimo itemq; tertio ac trigesimo libro Plinius. Erat & Romæ in septima regiõe quæ uia lata dicebat locus ab equo Tiridatis regis Armenioq; nomen habens ut. P. Victor ait. Et infra: NAVIGARE VOLVERANT. Lego Noluerat: ut sensus habeat/Nauigatione Tiridatẽ ut Magum abstinuisse: quoniam ut post Strabonem Eustathius quoq; affirmat ὅυτε ὀυροῦσιμ ἐισ ποταμουσ ὀυτε μίπτομται ὀυτε λύομται, ὅι μάγοι, Et ifra: MAGICIS ETIã COENIS EVM INVITAVERAT. Vetusti codices non Inuitauerat: sed Initiauerat.

Ex capite.iii.

ESOPVM CVM GALLA. Legendum hic & paulo inferius Oesypum: ut supra diximus. Item: ARANEORVM TELæ CANDIDAE: ET QVAE INTRA BVLBOS PARVAE TEXVNTVR. Lego Araneorum telæ candidæ & quæ in trabibus paruæ texuntur: ex Plinio aliubi dicente in contignatiõibus: quod hic in trabibus. Et infra: PRIVS ACV COMPVNCTVS. Lego Compunctas: hoc est Vitiligines.

Ex eodem.iii.

TAVRI VOCANTVr SCARABEI TERRESTRES HIrCINO SIMILES. Legendum est nõ Hircino sed Ricino: ex uetustis exemplaribus & Aristotele. Item: HAE QVOq; QVAS MELOLONTHAS VOCAMVS STOMACHI DOLOREM SEDANT APPLICATAE SAEPIVS. Legunt antiq codices hoc modo: ii quoq; quos Meliteos uocamus stomachi dolorem sedant applicati sæpius. De Catulis Melitæis Aristoteles Strabo Plinius aliubi. Habẽtur quidem & Melolonthæ: sed inter Scarabeos: ut est apud Aristotelem. Arbitrarium sit & hoc. Dicuntur autem Melolonthæ/ut inquit Pollux a quibusdam Melolanthæ: quia pomis arborum florentibus fere proueniant.

Ex eodem.iii.

LAVDATISSIMAE AVTEM SVNT AFRICANAE EXIIS OLITANAE. Quidam legunt Exin Olitanæ aut etiam Solitanæ: ut Plinius libro nono. Et infra: FLVVIATILES Et ALBæ VIRVS HABENt: NECNON SYLVESTRES STOMACHO VTILES. Legendum est Stomacho inutiles ex Dioscoride. Itẽ: QVIDAM TORRENTIs SEXTARIVM IN PATINA DONEC CANDIDAE FIANt EXCOQVVNt Vetus lectio: Quidam torrent ex iis sextarium in patina donec cãdidæ fiant.

Ex eodem.iii.de Gryllo.

TRYXALIS GRAECE VOCATVR. Aelianus Troxalin appellat sexto de aialibus uolumĩe iis uerbis μή σιωπῶσα Τρωξαλισ. Et infra GRAVISSIMVM VITIVM APVLEIOS APPELLATVR. Legendum forte sit non Apuleios sed Ileos: cum excrementa in stomachum resiliunt: atq; inde per os redduntur: omnino q; intestini gracilioris morbus ita dicit: Celsus Galenus cæteri.

Ex eodem.iii.

SISTIT ET ANATVM MASCVLORVM SANGVINẽ. Vetus lectio habet Sanguis/non Sanguinem. Et infra: PALVMBVS FERVS EX PŌSCA DECOCTVS AT HIPPOTIDIS EX VINO. Vetus lectio uice illius uerbi At hippotidis/habet Atipsodis. Neutrum menda caret. Ipse legendũ arbitror Apodes. sunt enim ut inquit Aristoteles & Plinius hirundinum specie quas & Cypsellos uocamus hodie in Venetia prouintia. Apodes uero quia usu pedum careant.

Ex eodem.iii.

SI CATVLI PRIVSq̃ VIDEANt APPLICENTVr STRIDVO. Legendum Triduo. Item: QVIDAM ADIICIVNT POMPHOLIVM. Lego Pompholigem. Quid sit autem Pompholix/& Dioscorides & Plinius in metallicis.

Ex eodem.iii.

SVCCVS COCLEARũ PVNCTIS EVOCATVS IRRITA DEPELLIT. Legendum est Illita/hoc est aluo: nõ Irrita: ex antiquis codicibus. Item: FVNDITII EVM IN AVGVRIO VITALIVM HABENT. Vetus lectio nõ Funditii eũ/sed Funditum. Qui sint Funditii nõ inuenio: ut propterea fere putem legendum sic: Eundem in augurio uitaliũ habent. i. Ricinũ. siquidẽ

littera .e. in litteram .f. per errorem ut fit mutata: facile præterea in reliquis eius uerbi partibus deprauatio consecuta est.

Ex eodem .iii.

QVIA NVLLVM ANIMAL FRAVDVLENTIVS INVIDERI TRADVNT. Legendum Inuidere: quandoquidem & stellare uerbū pro Inuidere ab huius animalis natura capitur: sed & maledicta hinc & stellionatus crimē & stellaturam accipere. In historia Spartiani: Tribunos qui stellaturas inquit militibus tulissent/capitali pœna affecit. De inuidia huius bestiæ Appuleius in magia. Et Plinius octauo libro: Senectutem ait deuorare stellionem ut præripiat comitiali morbo remedia. Et infra: PSEVDOSPECEN. Scribe Pseudosphecen quasi falsam mentitāq; uespā: σφῆκα Græci dicunt eam.

Ex eodem .iii.

ET IN TERTIANIS FIAT POTESTAS EXPERIENDI QVONIAM MISERIA SPEI DEIECTA AN NE ARANEI QVEM LYCVM VOCANT: TELA. Et paulo infra: PRODEST. Legendum est Profit/non Prodest. Verba porro illa Quoniam miseria spei deiecta/nullum sensum habent: ut decurtatum proinde locum esse nemo dubitet. Coniectura ergo unius uerbi uetustis in exemplaribus reperti emendauimus in hunc modū Quoniam eius erit copia spei de tecto. habetur enim uerbum Cōpia/in omnibus fere manuscriptis codicibus. Est autem intellectus experiri quēq; in tertianis posse remedium quod ex aranea ꝓmittitur: quippe quod parabile sit omnibus. eiusq; spei copia de tecto cuiq; suo constet.

Ex eodem .iii.

IGNI SACRO MEDETVr OESYPVM CVM POMPHOLONIO. Scribe cū Pompholyge: ex uetustis codicibus ut supra demonstratum est hoc ipso capite. Et infra: ITEM LACERTA VIRIDIS ADALLIGATA VIVA IN EO VASE QVOd CAPIAT. Fortasse legendum sit: In eo uase/quo cibum capiat. Et infra: CVM CINERE PVNICIS ET SALIS PARI PONDERE. Legendum puto aut Cum cinere Punici hoc est Mali granati: aut Pumicis/hoc est cum scobe Pumicis: quod & magis ꝓbāt uetusti codices: Nam & usum Pumicis ad ulcera cōmendāt Dioscorides Galenus cæteri. Erratum simile inuenias & alibi superius Satis abunde sit uel semel quæ minuta sunt attingere.

Ex eodem .iii.

REDIVIVAS. Lego Reduuias ex Festo: quanq̄ Placidus quidam

grāmaticus Reduuias etiam pro serpentium exuuiis intelligit. Et infra: CVM PICE LIQVIDA VEL SYMBOLO & MELLE. Lego Cum pice liquida uel simblio melle. Dioscorides: Prima inquit mellis auctoritas Hymettio: secunda Cycladum & Siciliæ. quod Simblium uocamus. Et infra: SVPERPOSITIS LANIs QVæ DEINDE SVFFVNDANTVR. Vetus lectio non Deinde/sed Subinde/hoc est frequenter. atq; ut proprie dicam/idem/tidem. & infra: CVM RADICE LAPPATORIA. Scribendū puto: Cum radice Lapathorum: nā radix lappatoria nusq̄ legitur.

Ex capite .iiii.

CANDOREMq; & LIVOREM CORPORI AFFERVNT Scribendum non Liuorem/sed Leuorem: id est λειότητα quod cōplanationem & tersitudinem significat.

Ex capite .v.

TYRIA VERO MACTATO CORPORE POTA & MēBRANA SENECTVTIS ANGVIVM TRIDVO INHIBET. Romana lectio non Tyria sed Phthires. antiqua Phthirias. Ipse Phthiriasen hoc modo: Phthiriasen a toto corpore pota membrana senectutis anguiū triduo inhibet. Si enim uerbo Phthirias addideris litteras duas sequētis uerbi: Phthiriasen efficies/hoc est pedicularem morbū. Plinius priore libro de uipera: Pediculos inquit ex toto corpore expellit: pruritus etiam summæ cutis. Cætera quæ ab aliis dicuntur hoc loco: nō minus sordida & obscena q̄ fabulosa sunt: Plinium uidelicet præcipere/deuorari pediculos. nec id satis esse: sed e corpore defuncti alicuius atq; adeo p uim occisi.

CASTIGATIONES PLINIANAE EIVSDEM HERMOLAI BARBARI EX LIBRO .XXXI.

Ex Capite Secundo.

a LIAE FRIGIDæ ALIBI CALIDæ ALIBI IVNCTAE. Vetus lectio non Iunctæ/sed Inunctæ: hoc est quas græci uocāt ὐδλαῖα λιπαρὰ. de qbus ifra hoc ipso libro Plinius: atq; ante ipsum Vitruuius. Item: SICVt INTREBELLIS. Scribendum Sicut in Tarbellis/ex Strabone Cæsare/Lucano/Plinio in Aquitania libro quarto. Item NVMERVM DEORVM NVMINIBVS VARIIS. Antiqua lectio

Nominibus.Item:ENARIA. ſcribendum Aenaria per.æ.a ſtatione nauium Aeneæ ut ait Plinius.Dicitur hæc & Inarime Pithecuſſaq; nunc Iſchia.De noīe oppidi Coxendicis imaginē præbētis

Ex eodem.ii. Lin monte.

IN PYRRHEA FLVMEN QVOD APHRODISION VocATVR STERILES FACIt. Theophraſtus & Athenæus in Pyrra/non in Pyrrhea ὕδωρ τι γέγονε παιδογόνον ἐν θεσπιαῖσ.ἐν πύρρα δὲ ἄγονον.Sunt autem Pyrræ multis locis. De Magneſiaca fortaſſe hic accipitur.quod ſi uerum eſt/fere ſubdubito/nō Aphrodiſium ſed Amphryſium uocari amnem eum. celebratur enim hic ī Magneſia Theſſaliæ/Straboni/Plinio/Poetis.Lucanus:Qui flumine puro Irrigat amphryſus famulātis paſcua phœbi.Papinius/Aut amphryſiaco paſtor de gramine carpſi . Plura de hoc & Ouidius & cæteri.

Ex eodem.ii. L

EVDICVS IN HESTIA.Heſtiæam lego Theſſaliæ partē fuiſſe Ptolomæo Straboni cæteris . Homero autem & Thucydidi oppidum in Euboea.Stephanus & in Acarnania urbē tradit Heſtiæā: Heſtia nuſq;. Item:CATHARIM CANDOREM FACERE. Legendum Crathim/Strabo:Plinius:Lycophron:Aelianus:uetuſti codices.Ouidius:Cratis & hinc ſibaris ueſtris cōterminus oris: dictus ἀπὸ τῆσ κράσεωσ quoniā duobus amnibus ī Aegis Achaiæ miſceť:unde nomē in Italiam tranſlatū eſt . Euripides ὅμ ὕγραίμει καλλι ζένῳμ ὃ ξαμθοσ χαίταμ πυρσαίμωμ κρᾱθισ.Notauit hoc & Merula:ne quem laude ſua/quod equidem compertum habeam/defraudē.Et infra:AD HALIALMONEM. Vetus lectio Ad Haliacmon.De hoc amne in Macedonia Strabo Plinius & cæteri.

Ex eodem.ii.

IN LEVCIS ARCADIAE. Vetus lectio:In Luſis Arcadiæ. Pauſanias quoq; Luſos urbem in ea terra collocat quā Polybius Luſas in montanis agri Clitorii apud quos a Melampode perhibentur Curatæ Prœti filiæ : In Dianæ fano . Inde haud procul fontem eſſe in agro Cynethenſium uicino : cuius aqua pota morſos a rabida cane liberet.ob id Alyſſon uocari Stephan' λόυσοι πόλισ ἀρκαδίασ ὅπου μελάμπουσ ἔλουσε ταῦ προῖτου ὅεεμ λουσίοσ καὶ λουσεύσ καὶ λουσιάτησ.

Ex eodem.ii.

AD TROPHONIVM DEVM IVXTA FLVMEN ERYNVM.Antiqua lectio non Erynum ſed Orchomenon.Eſt autem Orchomenus ad Lebadiam Bœotiæ ubi Trophonius colebatur:

auctoribus Strabone Pauſania cæteris . Et infra: MVTIANVS ANDRIAE FONTE.Lego non Andriæ fonte/ſed Andri e fonte. Plinius ſecundo uolumine:In Andro inquit inſula templo Liberi patris fontem nonis Ianuariis ſemper uini ſapore fluere Mutianus ter cōſul credit.Pauſanias λέγουσι φησὶμ ἀμβρίοι παρὰ ἔτοσ σφισὶμ ἐσ τοῦ διομύσου τὴμ ἑορτὴμ ῥεῖμ ὄιμομ ἀυτόματομ ἐκ τοῦ ἱεροῦ. Hoc ipſum fere in Naxo quoq; ac locis aliis contingere Diodorus ſcriptum reliquit.

Ex eodem.ii.

THEOPOMPVS IN SCOTIS LACVM ESSE DICIT.Vetus lectio:In Scotuſſis.Sunt aūt Scotuſſæ in Macedonia & Theſſalia:ut quarto libro diximus:quarum altera inſignis eſt uictoria Romanorum contra Philippum regem ad Canis caput:Ita locus appellabatur ubi. T.Quinto Flaminio duce pugnatum eſt: Nam Scotti Britanniæ ſunt populi non pridem cogniti ueteribus.quoꝝ mentionem Claudianus & Sidonius poetæ faciunt.

Ex eodem.ii.

DVO SVNT FONTES CYLLON ET GYLLON AB EFFECTV GRAECORVM NOMINVM DICTI.Vetuſti codices:Duo fontes Clæon & Gelon ab effectu græcorum nominum dicti:hoc eſt ab effectu plorandi Clæon:ab effectu ridendi Gelon.

Ex eodem.ii.

GANNONE EST FONS CALIDVS.Scribendum Cranone. Athenæus ἐμ κραμῶμι λέγιμ ὕδωρ ἥσυχῆ θερμοῖμ ὃ διατηρεῖ κραδέμτα τὸμ ὄιμομ ἐπί δύο καὶ τρεῖσ ἡμέρασ.Erat autem Cranon in Theſſalia ut Hecatæus inquit oppidum iuxta Tempe:in Magneſia Plinio & Straboni dictū:ut quarto libro expoſuimus: ubi nunq; plures duobus corui ſunt:quod & decimo uolumine oſtenditur . Fuit & in Epiro Cranon Theopompo Plinio Straboni Ptolomæo. Fabius Quintilianus urbem in qua triclinium illud ſupra conuiuas corruit/unde ars memoriæ inuenta ſit/alios tradit Pharſalū/alios

Ex eodem.ii. LCranonem credere.

SVNT ET MATTIACI IN GERMANIA.Quidā Mogunciaci.Inſigne id oppidum eſt Germaniæ uiſum a nobis Rheno appoſitum parte quæ Galliæ Belgicæ contribuitur / auctore Tacito Antonino Ptolomæo Ammiano. Sed Mattiacum tamen legendū eſt.In Germania id habetur/longeq; a Belgis atq; Rheno/ſtadiiſq; a Mogontiaco plus minus.M.cccc.ex Ptolomæi ratione. unde pilas Mattiacas poeta Martialis ,p ſapone dixit: quem alibi ſpumā

Universidad de Deusto
Biblioteca

causticam & ſpumam batauam nominat. Et infra:QVANq̃ IN TER VITIA OPERIS.Legendum eſt Inter initia operis.

Ex eodem.ii.

CTESIAS TRADIT SIDERIM VOCARI STAGNVM IN INDIS IN QVO NIHIL INNATEt SED OMNIA MERGANTVR. Strabo Silian non Siderim ἐμ τῆ τῶμ ἱρόλωμ ὁρείμῃ σιλίαμ ποταμοῦ εἶμαι ὃμ μηλεῦ ἐπιπλεῖ.Hoc autem nec Democritum nec Ariſtotelẽ uideri credidiſſe. In Diodoro amnis idẽ σίλλα non σιλία ſcribit:Sed & in Indica hiſtoria ſiue illa Arriani ſit ſiue alterius:unde populi quoq; Sillii.Eſt autem & amnis & fons eodem ibi nomine.

Ex eodem.ii.

NEPTVNI FONS LIMYRAE.Verbum Neptuni ſuperuacuũ eſt in uetuſtis codicibus:in quibus ſane Templum legitur nõ Neptuni:quanq̃ & hoc corrupte.tum ex Athenæo ac Plinio ſequenti libro:qui fontem eum in Lycia Apollini ſacrũ dixere/non Neptuno.Et infra:IN SICILIAE FONTE PHINTHIA.Ptolomæus urbem Siciliæ Phintiam & alteram non procul Lilybeo Pinthiam nominat: Nam quod in Plautino milite Phinthia legebatur/quaſi Regis nomen alicuius:nos Pythia correximus:ut ſupra

Ex eodem.ii. ℒquoq; dictum eſt.

CVIVS GVRGITE PERIVRI NECANTVR PARTHI VELVT FLAMMA VRENTE. Vetus lectio:Cuius gurgite periuri notantur pati uelut flammã urentem.In Sicilia quoq; Stephanus fontem eſſe tradit Palicænum uocatum: quoniam iuxta Palicos fratres ſit:in eum inquit tabella mittitur a iuratis: quæ ſi uerum dixere/fluitat:ſin falſum/mergitur: & ipſi continuo flammantur.Fontem ipſum decem fiſtulis aquam reiicere in altitudinem cubitorum ſenum: putes inundatum iri loca circum oia. ſed protinus coire denuo in ſeipſam.Quod autem hic dicitur BRIETVM:codices antiqui Briecium.ſed & libro quinto Plinius in Bithynnia Briazum & Aleon amnem cõmemorat:ut Appuleius fortaſſe ad hunc deum ſiue locum alluſerit octauo libro:ubi ait Gallos illos & Phrygas ad uillam poſſeſſoris Britin peruenisſe:protinuſq; phanaticos religionis ſuæ motus adhibuiſſe.

Ex eodem.ii.

AD FONTEM ALVIO APPOSITVM. Scribe Alueo: quod & ſequentia præcedentibus adiuncta & Romani ac uetuſti codices oſtendunt. Et infra:IN ACHAIA AD PHENEũ. Melius

in Arcadia q̃ in Achaia / ex Vitruuio Varrone Papinio Strabone Plinio Solino Pauſania:de quo uolumine ſecũdo latiꝰ. nũc & illud addimus/in Arabia quoq; & alibi Stygis aquæ genus fundi/ Ptolomæus auctor.

Ex eodem.ii.

NECARE AQVAS THEOPOMPVS ET IN THRACIA APVD CYCHRos.uetus lectio:In Trechea.Herodotꝰ ad Thermopylas aquæ calidæ ſũt:quẽ locũ uocãt Chytros. Theophraſtus quoq; li.v.de cauſis plantarꝫ Chytrõ locũ eũ uocat cauũ & ſtagnã tem inſalubremq; in Theſſalia.Porro Thermopylæ iuxta urbem Thrachina ſitæ ſũt auctore Plinio. Alioquin & Trachinia quoq; dicit Straboni/& Trachea Herodoto itẽq; Trechea.Etiã ſi Theopõpus auctore Stephano Chytropolin in Thracia locũ eſſe tradidit.ſed & oppidũ in Cypro Chytros appellat:a qua Chytrii dicãt. A Chytropoli Chytropolitæ potius.Fuit quidẽ Cychrios uicus ſ3 ppe Salamina/a quo & ipſa quoq; Salamis Cychræa cognoiat ut inqt Strabo.Vitruuius quoq; ubi de aqua tali meminit fœdiſſime corruptus eſt:Et Crobs in Thracia lacus inqt eſt ex quo nõ ſolũ q biberint moriunt/ſed etiã q lauerint.Nihil audeo mutare:occaſione diligẽtioribus & uacuis exhibeo: Ex eodẽ.ii.

IN PERPERENIS.Legendũ fere uideret quibuſdã In Parparoniis:ex Stephano qui ait:Parparon Aſiæ regio æolica/ubi Thucydides deceſſerit.Idẽ auctor & Perinẽ uocari eã tradit: Strabo tñ & Plinius Perparenẽ.Q d aũt in Macedonia ſepulchrũ Euripidis poetæ hñi ſcribit:idẽ Vitruuius confirmat: Pauſanias Athenis monſtrari dicit.ſed fieri põt ut cenotaphiũ id fuerit. Et.n.Euripidẽ canis morſu extinctũ in Macedonia legimus ad locũ Bormiſcum / a Bormio dictũ mõte ut cõiicio:cuius in Theſſalia mentio facta eſt. Canes eas ut ait Stephanus Eſterincas uocãt indigenæ: Poeta ipſe

Ex eodem.ii. ℒTrapezeas.

LEBEONEMq; ALLVIt RIVVS IN QVO SAXA IN ALTITVDINẽ CRESCũt. Vetuſti codices Lebedon nãq; alluit riuus & reliqua.Eſt autem Lebedos Colophoniorum prope Apollinis Clarii delubrũ in Ionia: cuius aquæ calidæ omniũ quæ mari proximæ ſunt balneis laudatiſſimæ ſuauiſſimæq; habẽtur ut inqt Pauſanias.Idẽ paulo infra:Eſt ales inqt Colophonæ fluminis oĩm qui ſunt in Ionia frigidiſſimus.Lebedo autẽ balneæ hoĩbus & miraculo ſunt & uſui.Auctor idẽ Auelonta uocat eum amnem cuius aquã in Colophone frigidiſſimã hñi ſcribit. Ex eodẽ.ii.

IN EVRIMENIS.Scribendũ p.y.Eurymenis.Sũt autẽ Eurymenæ Hecatæo oppidũ Theſſaliæ:Plinio Macedoniæ. Q d aũt ſeqt:

Universidad de Deusto
Biblioteca

IN SCYRETICO METALLO:de Scyro insula uidelicet intelligas.Strabo ἀι τῶμ ἀιγῶμ ἀρεται τῶμ σκυρίωμ καὶ τὰ μέταλλα τῆσ ποικίλασ λίθου τῆσ σκυρίασ.nã & Scyros ut inqt Eustathius appellata est/qa σκῦροσ dicat salebra & aspitas:præsertimq; id genus lapilli cum marmor cedit exiluit. Ex eodem.ii.

NAM MIOSæ IN MACEDONIA.Legẽdũ:Nã Miezæ in Macedonia.Est aũt Mieza oppidũ Macedoniæ qđ olim Strimonium uocabãt a Mieza Beretis Macedonis filia cognoiatum/auctor Stephanus.De Mieza uero & Plinius li.iiii.& cæteri.

Ex eodẽ.ii.

IN PHAVSIA CHERONNESI RHODO.Scribendum puto Rhodioȝ:de quo & inferius hoc libro:Rhodioȝ inqt fons in Cherõneso nono anno purgaméta egerit.Est aũt Cherõnesus hæc i Caria:ubi Gnidus oppidũ extrema eius obtinet/auctore Plinio Ptolomæo cæteris.q̃q̃ huic uicina Cherronessus ẽ altera:ubi Halycarnassus & fõs ut inqt Strabo Salmacis:de quo tñ multa græci latiniq;. Seneca:Est inquit in Chersoneso Rhodioȝ fons q̃ post magnũ interuallũ tpis fœda quædã turbidus ex imo effundit donec liberatus elaquatusq; est. ubi tñ corrupte nõ Rhodioȝ sed Chodiorum quandoq; legebatur:sicut hau[illegible]ulto post: Circa Messenem & illas:scribendum est Mylas.ita enim in Sicilia uocatur locus/ut secundo libro indicatum est.Idem Seneca:Fuit inquit aliq̃ aquarũ inops humus. sed cum Gallorum gens a Cassandro obsessa in illã se cõtulisset &c.Scribendũ est non Humus/sed Hemus/ex Theophrasto ac Plinio supiore capite.

Ex capite.iii.

ETIAM LIMI NON ALIIS INESSE PLVS AVT ANIMALIũ QVæ AMPLIVS FACIVNT TEDIũ. Verbũ Amplius/in uetustis codicibus nõ legit. Et infra:VNVS IN TOto ORBE TRADIt FONS AQVæ IOCVNDE OLENTIS IN MESSOPOTAMIA CABILLE.Vetus lectio Cabure.Sed & Plini libro ꝓxime sequẽti Caburã nõ Cabillẽ scribit.Porro Cabiria inferioris Asiæ Cappadocũ ciuitas est: q̃q̃ & i Bœotia populi sunt Cabirii.Est & Cabile urbs/sed in Thracia:ut auctor est Polybius.Et infra de aqua Martia : FORNICIBVS INSTRVCtis PER INDVCTũ.Vetus lectio Fornicibus structis pducta.Item paulo infra:IN VILLAS & SVBVRBANA DECOQVENTIBVS PVBLICã SALVtẽ. Antiq codices hñt Detorquẽtibus non Decoquentibus.Extimandum relinquo.

Ex eodem.iii.

DONICVM AD AQVAM VENTVM EST SINE ARENA TOPHVS SVRGIt.Vetusti codices sunt e quibus ita restituenda uidetur esse lectio:Cum ad aquam uentum est sine arenato opus surgit.sequitur enim ratio:ne uenæ obstruantur. Vitruius octauo libro unde Plinius hæc accepit:Secundum inquit puteum dextra ac sinistra defodiantur æstuaria:ita enim quemadmodum per nares spiritus exacti dissipabuntur. cum hæc sic explicata fuerint & ad aquam erit peruentum tunc sepiatur structura ne obturentur uenæ . Est autem Tophus lapis qui græce dicitur Porus a Vitruuio/producta prima. Ex eodem.iii.

ATHENIS & NEACHRONos NIMBOSA AESTATe FRIGIDIOr ESt.Legendũ:Athenis Enneacrunos & reliq̃.Nomẽ fontis est Enneacrunos a Pysistrato cõditi:auctors Pausanias & Thucydides:a numero salientiũ dictus:quos græci κρουνουσ appellant hoc est fistulas aquæ ductusue.Nostri uero ut dixi Saliẽtes uocãt: Vitruuius Frontinusq;.Verba sane illa quæ hñtur paulo ante:hoc est simili ratione portus & oppidi:uidentur ad clausulam hanc referri ex Vitruuii octauo:Hæc inqt maxime considerãtur Athenis ibi enim ex eiusmodi locis & fontibus nasci usq; ad portũ Pyrrheũ ducti sunt Saliẽtes:e qbus bibit nemo pp eã cãm sed lauationibus &reliqs rebus utunt. bibũt autem ex puteis & ita uitãt eoȝ uitia. Itẽ NIMBOSA AESTATE FRIGIDIOR EST DEINDE MAXIMO AESTV q̃ PVTEVS IN IOVIS ORtu.Nec in uetustis codicibus nec in Romanis uerba illa tria repiunt:deinde maxio æstu.uidẽt.n.ex præcedẽti clausula ut fieri solet plerũq; repetita.

Ex capite.iiii.

VELVt IN NARMENSI AGRO. Vetus lectio Velut in Narniẽsi agro.nã municipes eius loci Nartes appellabant:ut antiqua marmora ostendũt.

Ex capite.v.

ARETHVSAM SYRACVSIS FIMVM REDOLEre PROPTER OLYMPIA.Vetusti codices non propter Olympia/sed per Olympia . Strabo ἐμ ὀλυμπίᾳ βουευσιῶμ . & Seneca iis diebus Olympia sunt:uictimarumq; stercus secundo flumine illic redundat: Vt sensus sit:aquam fontis eius q̃diu ludi aguntur Olympii olere fimum : quoniam inquit Alpheus in eam insulam sub ima maria permeet.Celebrantur autem Olympia in Elide:cuius oppidum Pisam amnis Alphæus præfluit . Arethusa inquit Plinius fons est Syracusanus in quo redduntur iacta in Alphæum: qui p Olympiam fluens Peloponnesiaco lateri infunditur . Timæus &

Universidad de Deusto
Biblioteca

Phialam quæ in Alphæum ceciderat: & ſordes alias in Arethuſa reddi per id tempus ſcribit: quod & apud Strabonem legitur: etiã ſi non credat ipſe Silius: Hic Arethuſa ſuum piſcoſo fonte recep tat Alphæum ſacræ portantem ſigna coronæ.

Ex capite.vi.

COMMISSVRIS PIXCIDATIS. Scribendũ Pixidatis. Huius autem de quo hic agitur præcepti ratiõem interpretationẽq; Fron tinus & Vitruuius penultimo libro continent. Et infra: SICVT IN SEGESTA SICILIAE. Scribendum Egeſta. Philon ἐγέ ſα πόλι σ σικελίασ ἔμ θα θερμὰ ὕδατα ἀπὸ ἐγέ ζου τρώσ. Strabo τὰ μεί σελημούμ τι α ὕδατα κατὰ ἱ μέραμ ᾶλμυρά ἐ ςι τὰ δὲ ἀιγε ζᾶια πότιμα

Ex eodem.vi.

PHTHIADE ASPIDE RESPERSIS. Legendum Ptyade aſpi de reſperſis. Sũt enim aſpidum tria genera/Chelidoniæ/Cherſææ/ Ptyades: a ſputo dictæ. Ptyaden fuiſſe quam Cleopatra ſibi admo uerit teſtis eſt Galenus.

Ex capite.vii.

IN BACTRIS DVO LACVS VASTI ALTER AD SCY THAS VERSVS ALTER AD DARIOS. Legendum fere ſit Arios/non Darios: quanq̃ Bactriana inter eos quaſi media loca tur Arios a Meridie/Scythas a Septentrione ſpectans auctore Pto lomæo: Alioquin & Daritis regio uocatur Arianæ quædam pars: teſte Plinio: ut & Darios quis poſſit defendere. Et infra: AD STI TIVM IN CYPRO. Vetus lectio Ad Cittium. & infra quoq; ubi dicitur QVEM STITIVM APPELLAMVS. Scribe Cit tieum: ab oppide Cypri Cittio/unde Cittieus Zeno: auctores Stra bo Plinius cæteri.

Ex eodem.vii.

APVD BACTROS AMNIS OCHVS ET XERXES EX APPOSITIS MONTIBVS DEFERVNT SALIS RA MENTA. Legẽdum arbitror non Xerxes: ſed aut Iaxartes ex Pli nio in ſitu orbis/& Ptolomæo: aut Iaxtes. Claudianus Annue ſic: Nobis Scythicus famuletur Iaxtes. in quo uerſu tamen corrupte legebatur Artaxerxes. Sunt enim circa Bactrianã Sogdianãq; tam Iaxartes q̃ Iaxtes flumina: Inter Iaxartẽ inqt Ptolomæus Oxũq; duo habent amnes Polatmetos & Iaxtes. Aut tertio qd & magis ꝓbo lege/Apud Bactros amnis Ochus & Oxus & reliqua. & ita ſa ne codices hñt nõnulli ueteres. alioqn & Oxus & Ochus i Bactris ſũt & miſcẽt. qd q; Plini hoc ipſo cap. Ruff inqt ſal eſt circa Oxũ Q. Curtius: Supatis inqt Ocho & Oxo urbem Margurią ꝓuenit.

apud Claudianũ artaxer xes pro Iaxtes

Ex eodem.vii.

SPIRITV MADIDO SIC ADIVVANTE MOLLIENTes VT ADIVVENT AQVæ. Legendũ Adiuuant/non Adiuuent ut ſit ſenſus: Leuem in ſpecu ſuo ꝓpterea ſalẽ uideri mollientibus quia cuniculos ſpiritus ita eum ſuſpendit ut aqnæ inuectu ſuſti nere ſolẽt. Et infra: IN HISPANIA CITERIORE E GALE ASTE CEDITVR. Scribendũ eſt Egelaſte: ita.n. uocat oppidũ Straboni & Plinio/unde ſunt Egelaſtani.

Ex eodem.vii.

APVD THEOPHRASTũ INVENIO IMBROS. Lego aut Imbrios: Eſt aũt Imbrus Thraciæ ĩſula Mercurio ſacra quã uocãt Imbramũ: oppido quoq; in ea nomẽ eſt Imbrius/ex Stephano. Aut certe Vmbros: qđ & uetuſta ſequunt exẽplaria: fereq; i Theophra Ex eodem.vii. ſto legiſſe memini.

VVLGO HEMINIS IOCVNDISSIMIS. Codices uetuſti: Vulgo e Menis iocũdiſſimus: ut ſit ſenſus: Salẽ q e Muria Menaꝫ recocta ſit eſſe iocundiſſimũ. Et infra: AT E STAGNIS TA RENTINIS. Legendũ eſt: At e ſtagnis Tarentinus.

Ex eodem.vii.

AC ERIGVIS QVI TATEVS VOCATVR. Sunt codices in quibus legit: Ac Phrygius qui Tattæus uocat. Dioſcorides: E ſta gnis inquit ualidiſſimus omniũ eſt Phrygius: quẽ alii Tattæon alii Tritæon: alii Ganteon. Erit ergo ſenſus: e ſtagnis maxime ꝓba ri Tarentinũ ac Phrygiũ/q Tattæus uocat. E Cappadocia quidẽ Galatiæ cõfinio Morimenoꝫ gẽte ſtagno ibi ſalis natiui qđ Tattã uocãt/unde nomen. Sed quia magnæ tamen Phrygiæ pars ea fuit ut inqt Strabo: nihil mirũ ſi Phrygius quoq; ſal dici recte potuit. Et infra: RVBEVS MEMPHI. Legendum eſt Ruber Memphi: ex uetuſtis codicibus: Alioqn Rubens nõ Rubeus ſcribẽdũ fuerit.

Ex eodem.vii.

ADEOq; NECESSARIũ ELEMENTũ EST VT TRANSI ERIT INTELLECTVS AD VOLVPTATEM: ANIMI QVOq; SAMMIA SALES APPELLANTVr. Lego: Adeoq; neceſſariũ elementũ eſt ut trãſierit ĩtellectus ad uoluptates animi quoq;: nam ita Sales appellantur. Quidã legebãt Animi quoq; ſo latia Sales appellant. Sunt qui Samnia nõ Sammia hoc loco ſcri bãt. Samniones inquit Marcellus a Samniis dicunt: qui ſũt in di ctis fatui & in motibus & in ſcenis: quos græci μωρούσ uocant: un de Moriones Plinio Cæcilio Martialiq;. Terentius in Eunucho:

Universidad de Deusto
Biblioteca

Solus Samnio ſeruat domũ. Cicero de oratore: Quid enim poterã ridiculum quaſi Samnio quærere uultu imitantis moribus uoce deniq; corpore ridentur. Sales uero ꝓ ridiculis accipi quandoq; teſtis eſt Fabius libro ſexto: Salſum inquit in conſuetudine ꝓ ridiculo tantum accipimus natura non utiq; hoc eſt q̄q̄ & ridicula oporteat eſſe ſalſa. Cicero ad Papyriũ Pætum ſalis inquit ſatis eſt Samniorum parum. Probus Sanniones a Sanna dictos putat quæ ſit os diſtortũ inqt cũ uultu.

Ex capite.ix.

CONTRA CERASTé Cũ ORIGANO ET CERA. Legendũ uideť ex Dioſcoride: Cõtra Ceraſtẽ cũ origano aut cedria. Et infr: AD HECEROCRANAS. Legendũ Ad Heterocranas: hoc eſt ad capitis dolorẽ: q altera tantũ eius pte ſentiať: ſiue ad teredines/ex Dioſcoride Galeno cæteris. Et ifra: AD HOC MAXIME PROBAť ETATEVS. Lego aut Tattæus: q & Phrygius ſal uocať ex Dioſcoride ac Plinio ſupius: Hi duo inqt hoc eſt Tattæus & Tarentinus oculis utiles. Aut Tragaſæus: Sũt.n. exẽplaria in quibus non Tattæus pte hac/ſed Tragaſæus legať: quẽ & iumentoꝝ

Ex eodem.ix.

Loculis ꝓbari ſupra eſt dictũ.

CROCODILOꝝ MORSIBVS EX ACETO IN LINTEOLIS ITA Vt BATTVERENť ANTE ICTũ VLCERA. Dioſcorides legit: Crocodiloꝝ morſibus ex aceto in linteolis ita ut aſtringanť arcte uinctu loca: hoc ẽ ϛυφομέμων ἐμ δλέσμοισι: ut fortaſſe Plinius Τυπτομέμων legerit/nõ ϛυφομέμων. Vtcũq; nõ ante ictũ ſed uel ante ictu uel arcte uinctu legere oportet. Verbũ aũt Battuere ꝓ eo qđ eſt uerberare uſitatũ Comicis & gloſſematariis expoſi

Ex capite.x.

Ltum prætereo.

QVOD VOCANt HALMIGARA. Vetuſti codices Halmiraga quaſi Salſacinũ ꝓpter exiguitatẽ: græci.n. ῥάγα nominant: qđ nos Acinũ. Et infra: OPTIMũ COPIOSũ QVI IN CLITIS MaCEDONIæ. qđ ſi legať In Chætis Macedoniæ? Fuerũt aũt Chæte ut Ptolomæus inqt oppidũ haud lõge a Macedonici ſinus ora: in quo & Chalaſtrã Plinius in terraꝝ ſitu collocat. Quid ſi non in Chætis/ſed in Letis? Fuit aũt Lete ciuitas nõ ꝓcul Chalaſtra. Plinius: Chalaſtra inqt & intus Phileros & Lete. Scio & Cletũ Macedonẽ Pallenæ uirũ fuiſſe: a quo populi fortaſſe Cliti p ea loca nominent: quẽadmodũ a Pallene Pallenæi: ut in ea relatõe diximus. Dioſcorides certe Nitrũ in Bunis Macedoniæ cõmendat: ſiue nomen loci ſiue colles eo uocabulo ſignificet. Porro Bunos ciuitas eſt etiã Illyrica. Eſt & in Epiro Bunema oppidũ ab Vlyxe conditũ auctore Stephano.

Ex eodem.x.

SALINIS MARE INFVNDVNT. NIHILVM AVTEM NITRARIIS. Legendum puto non Nihilum/ſed Nilum/ex ſequentibus. Et infra: IN LACV ASANIO. Legendum Aſcanio: ex uetuſtis codicibus: unde ipſa quoq; regio dicitur Aſcania. quæ tamen gemina eſt: altera Phrygiæ: altera Myſiæ ut Strabo inquit. Sed & fluuius quidam Aſcanius uocatur in Phrygia. id nomẽ habuit ab Aſcania ciuitate quam condidit Aſcanius Aeneæ filius au

Lctore Stephano.

Ex eodem.x.

NAM CIRCA ACHATIM ET MEMPHIN. Vetus lectio: Nam circa Naucratin & Memphin. Eſt autem Naucratis in Aegypto ciuitas a Mileſiis appellatione indita: qui mari tunc potirẽtur & claſſe præpotentes eſſent: ex Strabone ac Stephano. Et infra. IN PANE SALIS VICE VTVNTVR CALESTRICO. Legẽdum Chalaſtrico/ex Strabone Polluce Stephano. Eſt autem Chalaſtra quam Leo uocauit Charaſtiam ad Thermæum ſinum: Straboni a Chalaſtra proximo portu dicta. Et infra: FVRVNCVLOS ADMIXTVM RESINAE EXTRAHIT. Legendum forte uideretur Exterit: hoc eſt ut inquit Dioſcorides ϛομõι quo uerbo utuntur græci cum aciem ferri ut exacuta ſit: exterendã ſignificant. ſed & aciem trahere dicuntur aquæ pro eo quod eſt exacuere: id ϛόμοσιμ græci uocãt: auctor Plinius. xxxvi. uolumine de

Ex eodem.x.

Cotibus.

PODAGRICIS IN BALNEIS VTI SOLIa NITRI PRODEST. Legendum eſt Solio/non Solia. Soliũ eſt quod græci Pyelon uocant: id ex Nitro quoq; fieri potuiſſet/cum ex eo uaſa quoq; utenſilia in Aegypto conficerentur/auctore Plinio: Sicut ex Aſio quoq; lapide ad podagras in balneis fieri ſolia præcipiunt Celſus & Dioſcorides & Plinius. Quidam tamen legere malunt Vngi ſolia Nitro ꝓdeſt. Et infra: SALNITRVM SVLPHVRI COn COCTVM IN LAPIDEM VERTITVR. Vetus lectio: Sal & Nitrum Sulphuri concoctum in lapidem uertitur. Quod quidem quo ad Nitrum pertinet ſuperius hoc capite monſtratum eſt Lapideſcit inquit in aceruis. Item: Liquatum inquit cum ſulphure coquentes ex eo uaſa faciunt. Porro Salnitrum ut modo in conſuetudine uulgi dicitur/factitium & ad tormenta ignium miſſilia repertum ueteribus fuiſſe uidetur incognitum.

Ex capite.xi.

MARIBVS DVRIORES ALIAS QVAS APPELLANT

Universidad de Deusto
Biblioteca

TRAGOS. Dioſcorides:E maribus duriores alias quas appellãt Tragos.Et infra:EX AQVA VERO COELESTI IMPOSITAE SICCANT RECENTIA NON PATIVNTVr INTVMESCERE.Vetuſti codices non habent Siccãt:ſed loco eius Secta:hoc eſt uulnera.quod & Dioſcorides hac parte præcipit. Et infra:IMPONVNTVR ET INTEGRIS PARTIBVS Et FLVCTVATIONE OCCVLTA LABORANTIBVS.Legendum Fluctione/Dioſcorides.Et infra:SI FERVEAT IMPETVS EX AQVA EADEM E CALLO SALSO MADIDAE. Vetuſti codices & Dioſcorides:Si ferueat impetus ex aqua: eædem & callo ſalſa madidæ:hoc eſt imponuntur & callo:madidæ aqua ſalſa. Item:INVNC AVTEM MOLLISSIMAE CIRCA MVROS ANTIPOLIS VRBIS REPERIVNTVR. Vetus lectio non habet Antipolis:ſed Antiphelli: quod & probamus. Sunt autem Antiphellos & Phellos urbes in Lycia: de quibus Strabo Ptolomæus Plinius cæteri.

CASTIGATIONES PLINIANAE EIVSDEM HERMOLAI BARBARI EX LIBRO.XXXII.

Ex Capite Secundo.

PINGVESCERE LACTATV. Vetuſti codices iactatu non lactatu. Item:SED QVAE VETERES PRODIDERE IN STAGNIS NON PISCINIS ADMIRATI. Legendum:Sed quæ ueteres prodidere in ſtagnis nos in piſcinis admirati.& infra:IN HELORe SICILIAE CASTELLO.Scribendum In Eloro Siciliæ caſtello a flumine id nominis obtinuit in quo e manu Veſci piſces Apollodorus meminit in chronicis & Nymphodorus & Athenæus / qui lupos & anguillas eſſe tales dixere.De hoc & ſupra libro tertio.

Ex eodem.ii.

IN MESOPOTAMIAE QVOq; FONTE CABVRA DE QVO DIXIMVS PISCE. Legendum arbitror:In Meſopotamiæ quoq; fonte Cabura de quo diximus:ut uerbum Piſce/ſuperuacuum intelligas.Etenim ſuperiore libro non de piſce ullo fontis huius:ſed de ipſo tantum fonte locutus eſt:Vnus inquit in toto orbe traditur fons aquæ iocunde olentis in Meſopotamiæ Cabura. quanq̃ non Cabura/ſed Cabile ibi legitur:ut teſtati ſumus.

Ex eodem.ii.

NAM IN LYCIA MIRIS IN FONTe APOLLINIS:QVẽ CVRIVM APPELLANT. Legendum ex Athenæo: Nam in Lyciæ Lymira fonte Apollinis:quem Dinum appellant. Et infra: AD APELLEM INSVLAM ET AD CLAZOMENAS. Vetuſti codices non ad Apellem inſulam/ſed ad Pelen habent.Plinius quoq; libro quinto haud procul locis iis Pelen conſtituit:etiãſi & ibi quoq; ſcribitur Apele:ut in ea relatione diximus. Thucydides libro octauo:Naues inquit cæteræ tenuerunt inſulas Clazomenis obiectas Marathuſam Pelen Drymuſam.

Ex eodem.ii.

CIRCA CEPHALONIã ET AMPELOPORON ET DELI PETRAS. uetus lectio:Circa Cephaleniam Ampelon Paron & Deli petras. Eſt autem Ampelos ad Samum inſula uel ꝓmontorium Straboni:Item Cyrenis & Toronæ: quanq̃ Toronæ multæ:& Ampeli quoq; præter iã dictas multæ. Et infra:PORCVM QVEM LACEDAEMONII OSTAGORISTVM. Lege: Orthragoriſcum ex Plinio inferius & Athenæo:qui lactantes porcellos atq; adhuc ſubgrumos ita nominari ſcribit Lacedæmone: ἀπὸ τοῦ ὄρθρου καὶ ἀγοράζεσθαι.quoniam matutinis omnibus uenales circumferrentur.Et infra:BENEVENTI RECENTIA REFICI CONSTAT. Lego Effici/non Refici:ut ſenſus ſit aptior.

Ex eodem.ii.

NVMA CONSTITVIT VT PISCES QVI SQVAMOSI NON ESSENT NI POLLINCERENt PATRIMONIa AD CONVENTVS ET CONVIVIA PVBLICA & PRIVATA COENASq; AD PVLVINARIA FACILIVS CõPARARENTVR: NI QVI AD POLLINCTVM EMERENT PRECIO MINVS PARCERENT EAq; PRAEMERCARENTVR.Legendum arbitror partim ex uetuſtis codicibus/partim ex coniectura in hunc modum: Numa conſtituit ut piſces qui ſquamoſi non eſſent/ni pollincerent patrimonia:cõmentus ut conuiuia publica & priuata cœnæq; ad puluinaria facilius compararentur: ni qui ad pollinctum emerent precio minus parcerẽt eaq; præmercarentẽ. Martialis Iã ſcrobe iam lecto iã pollinctore parato:Hæredem ſcripſit me numa conualuit.Quid autẽ ſit ad pollinctũ emere:aut quod idem eſt pollincere/de quo & pollinctores hoc eſt funeꝛ accuratores & redẽptores dicunt: Vulpianus Feſtus Nonius poſt Plautũ Martialemq; docebũt. At ſenſus

Universidad de Deusto
Biblioteca

uerborum talis:Numam instituisse uti ne pisces qui squamosi nō essent emerentur ad pollinctum a patrimoniis/patrefamilias defuncto.Excogitata ratione:ut publica & priuata cōuiuia /epulæq; Item sacræ prophanæq; impendio minore comparārentur ne pollinctores ea præmercati rerum precia ut fieri solet accenderent an nonamq; flagellarēt/hoc est duriorem facerent.Ob id græci eos ut inquit Pollux Timiopolas uocant/id est Τιμιοπώλας quasi precio non parcentes:propter quod annona solet ingrauescere.In funeribus cœnam delitiosam apparari solitam constat: quæ ut Probus ait ad rogum delata cum ipso defuncto cremaretur:ut illud Virgilianum/Congesta cremantur . Persius:Sed cœnam funeris hæres & reliqua.Festus Polluctores uidetur pronuntiare non Pollincto res:Quas inquit pollucere merces liceat/sunt Far Polenta Vinum Panis fermētatus Ficus passa Suilla Bubula agnina Casei Ouilla Alica Sesama & Oleum & Pisces quibus est squama præter squalum.Herculi autem omnia esculenta poscolentaq;. Plautus in Sticho:Hodie inquit pollinctura est.Nonius:Pollinctores inquit sūt q mortuos curant:auctoritatēq; Varronis affert in eo libro q Mulum muli scabūt inscribit:in quo menda est in oibus codicibus:p eo quod est Mutuū muli scabunt.Cuius prouerbii meminit Ausonius:etiamsi corrupta in ipso quoq; lectio est.De Pollinctoribus & Ammiani uerba sunt:Et qui cum Iustino floruit Christiani hominis fulgentii.Verbum autem Ni/pro eo quod est Ne/ueteres usurpasse testis est Apronianus in Virgilium eo uersu:Ni faciant maria ac terras cœlumq; profundun Quippe ferant uenti . Diximus & Poscolenta nō Poculenta/cum ex antiquis Festi codicibus/tum ex uetustissimo monumento quod Ferentini ostenditur.

Ex eodem.ii.

ACRI FERRAMENTO PRAECIDI HAC DE CAVSA CHERALIVM VOCITATVM. Lego ex uetustis codicibus Ciralion siue Ceraliū ἀπὸ τοῦ κείρεσθαι quod est eradi/stringi/demeti.siue Curallium ἀπὸ τῆσ κουρᾶσ. nec aliter sane appellatur a Theophrasto . Et infra : NEC SCABROSVM AVT LAPIDEVM.Dioscorides Nec scabiosum aut lapideū.Et infra:CONIICIENTIBVS GVMMI CVM SALE.Vetus lectio nō cum sale/sed cum sanguine : quod & probamus ex Dioscoride:qui hæc ipsa fere ad uerbum tradit.

Ex capite.iii.

QVONIā HAMMONIACI COLORIS ESSE DEBEANT

CIRCVNDATI.Dioscorides:Quoniā Hammoniaci coloris esse debeant tunicis circundati . Et infra: ADVERSVS CHALCIDAS.Forte legas non Chalcidas sed Chalcidicas:de quibus supra dixit uocari etiam Sepas. cuius rei & Dioscorides quoq; testis est. Cæterum cum Aristoteles Chalcida Lacerto paruo similē esse tradat/non ausim mutare:præsertim q; Chalcis alia uidet esse q̄ Chalcidice:ut hoc ipso libro demonstrabimus. Sunt tamen quidā enarratores Nicandri quibus Seps a Chalcide non differt.

Ex capite.iiii.

GEMINIS SIMILITER VICTVS IN AQVIS TERRAq; ET TESTVDINVM. Legendū Geminus/nō Geminis:ideoq; talia græce Amphibia dicūtur Plinio Varroni cæteris . Item mox infra : EFFECTVSq; PARI IN HONORE HABENDO. Scribendum arbitror Effectus quoq; pari honore habendi . Item statim post:FIGVRAEq; VERAE PROPRIETATEM.Vetus lectio:Naturæq; proprietatem. Et infra:MAS QVIDEM E GRæCIS EMIDAS APPELLANT:Codices antiqui:Has q; dem græci Emydas appellāt.Idem Aristoteles atq; Theophrastus: ut sit ἔμυσ ἐμύδοσ.Item:PEDVM REMAS.Dic Pedum rimas hoc est quas græci Rhagadas & Rhagadia.

Ex eodem.iiii.

AVCTOR EST HELOPI SCINCOq; APPELLES. Lego: Auctor est Pelops:Scincoq; Appelles:ut sensus constet:Item ex uetustis codicibus & Pliniano indice. Et infra:PECVLIARITER A CHALCIDE CERASTO AVT QVAS SEPAS VOCANT . Sunt aliquot exemplaria in quibus non Chalcide/sed a Chalcidice legatur:de quo superius diximus. Sed cum Chalcidice uideantur eædem esse cum iis quas Sepas uocant:placet Chalcide non Chalcidice . Item:AVT HELOPE DIPSADEVE PERCVSSIS.Legendum Helape non Helope/auctor Aetius : Pelias inquit & Helaps in serpentium numero ponuntur:Sed quia notæ sunt inquit descriptione non indigent.

Ex eodem.iiii.

EXTEMPLO ID INVENIRI NAM OBIECTA RANA FORMICIS CARNIBVSq; EROSIS SINGVLA IN OLEVM ADDI. lego In solium/scilicet feruentis aquæ/nō in oleū ut sensus stet. Item uerbum EXTEMPLO & uerbum NAM in uetustis aliquot exemplaribus non sunt : Repetitumq; id uidetur ubi præcedens uerbum EXEMPTO. Proinde ita scriptum repe-

Universidad de Deusto
Biblioteca

rio: Adinueniri obiecta rana formicis & reliqua. Item: ET IIS QVI SVCCVM CARPHATI BIBERINT. Lego Succum Carpati non Carphati: quem Dioscorides & cæteri Opocarpathon & Opocarpason appellant inter uenena.

Ex eodem.iiii.

SICVT CIRCA GRYMVM ET MVRIAM. Vetus lectio Sicut circa Grynum & Myrinam. Est autem Grynus siue Gryni oppidulum ut inquit Stephanus Myrinæorum. Hecatæus Gryneam uocat ubi Gryneus Apollo colebatur. Myrrina uero ciuitas est in Lemno insula: & in Aeolide item altera. De Grynea & Myrina utraq; Plinius quoq;.

Ex eodem.iiii.

GAVDENT PEREGRINATIONe TRANSFERRIq; IN IGNOTAS AQVAS SIC BRVNDVSINA IN AVERNO CONTRA ISTA ET SVVM RETINERE SVCVM ET A LVCRINO ADOPTARE CREDVNTVR In uetustis aliquot exẽplaribus loco uerbi eius CONTRa ISTa inuenio Compasta: quod & probamus collatione eorum quæ libro nono Plinius ita scribit: Postea uisum tanti est petere Brundusium Ostreas. At ne lis esset inter sapores: nuper excogitatũ est famem longæ aduectionis compascere in Lucrino. Et paulo supra: ADDVNT PERITIORES NOTAM AMIENTE PVRPVREO CRINE FIBRAS EOq; ARGVMENTo GENEROSA INTERPRETANTVr CALLIBIA PARATA APPELLANTES. Vetus lectio fere non Callibia parata/sed Caliblephara. Mouent autem me uerba Plinii quæ mox prætexui de crine purpureo. Etenim græce Calliblephara uocantur/ quæ pilos in facie præsertimq; genis & oculis honestant.

Ex eodem.iiii.

SED DICEMVS ALIENA LINGVA DIGNA QVAEq;. Vetus lectio cõmodior hoc modo: Sed dicemus aliena lingua: ut uerbum Digna/superfluat. uerbum autem Quæq;/initium sit sequentis coli. Propterea uero aliena lingua se dicturum describit: quoniam Mutiani uerba inquit subiiciam. Et infra: SICCIORA CORYPHATENIS. Vetus lectio Coryphantenis: quod & placet/a Coryphante q locus est in Aeolide. Plinius quinto libro: Heracleoticus inquit tractus & Coryphas. Strabo Coryphantida appellat κορυφαντίδα καὶ ἡράκλεια. Potest & a Coryphanta oppido Bithynniæ Coryphātenũ deduci. memĩt eodẽ libro Plini⁹ ,ppe calcẽ.

Ex eodem.iiii.

RANæ QVAS DIPHTHITAS & CALAMITAS VOCãt. Nusq̃ legi Diphthitas appellari ullas ranas. Proinde fieri potest ut non Diphthitas/sed Dryphytas scribere oporteat: alioquin uetusta exemplaria nescio quid affinius corrupta sint licet/præferũt. quod etiam infra castigauimus. De hac Nicander ὅστ᾽ἐρι σαμμοισι ἔιαρι προσφύεται μορόεισι λιχμώμενος ἕρσῃ. Et ifra: MADESCERE AVTEM CONCISA IN AQVA. Vetus lectio Madesce re autem debet concisa in aqua.

Ex eodem.iiii. de Ichthyocolla.

VTILEM Eã IN CAPITIS DOLORIBVS AFFIRMANt ET TETANICIS. Dioscorides non Tetanicis/sed Tetanothris Sunt autem Tetanothra eiusdem cuius Psillothra formæ: sed Psillothris ad pilos uellendos/ Tetanothris ad erugandam extendendamq; in facie cutem utimur. Porro Tetanicis a Tetano dicuntur qui ut constat morbi nomen est. huic Ichthyocollam auxiliari nemo scripsit unq̃. Et infra: MEGES PSILOTHRVM PALPEBRARVM FACIEBAt IN ACETO ENECANs PVTRESCENTES. Vetus in quibusdam lectio non Meges sed Mecenas Alioquin & in ipso libri huius indice Mecenas nõ Meges citatus est: Liberum & hoc relinquitur. Tametsi nõ ignoro apud Celsum Corneliũ celebrati auctoris nomen esse Megem inter Vulnerarios

Ex eodem.iiii.

IIDEM CHENI IECVR SICCATVM. Vetusti codices Tenui non Cheni. Ergo aut Tæniæ legendum erit/aut Channæ. Est autem Tænia piscículi genus Aristoteli Oppiano Athenæo: a gracilitate dictum & longitudine: quẽ Vittam interpretatus est Gaza. Est & Channa piscis: quem Hyatulam conuertit. Potest & Channus dici ut est apud eundem Oppianum πέρκαί καὶ ἰουλίδες ἀμφὶτε χάμμοι. Et infra: AVRIBVS VTILISSIMVM BATIAE PISCIS FEL. Legendum puto Bati/non Batiæ. Dicitur autẽ Batus itemq; Batis / quam nos Raiam uocamus. Est & Batis inter aues/quam Theodorus interpretatur Rubetram.

Ex eodem.iiii.

ITEM BACHI QVEM QVIDAM MYZEM VOCANT. Legẽdum ex Athenæo: Item Banchi quem quidam Myxona siue Myxinon uocãt. Est autem Banchus inter Mugiles ut eidem placet auctori/minimus: quem Aristoteles Chelonem hoc est ut Theodorus uertit Labeonem/uocauerit: quanq̃ Myxon quoq; apd Ari

Universidad de Deusto
Biblioteca

ſtotelem:ſiue Myxinos apud Athenæum ꝑ alio mugili q̄ Chelone capitur:Muconem Theodorus tranſtulit. Eſt & aſellus marinus quādoq; Banchos appellatus Plinio:propterea additum hic putauerim:quem quidam inquit Myxona uocant. Idem auctor:Tripatinum inquit appellabatur ſumma cœnarum lautitia: una erat Murenarum:altera luporum:tertia Myxonis piſcis.Aſellum piſcē M.Varro a colore nominatum ſcribit:ut umbram turd umq;.

Ex eodem.iiii.

GARI EXCELLENTIS SVCCVM CYATHVM MELLIS DIMIDIO AMPLIVS ACETI CYATHVM. Legendum ita ut uerbum Succum/dematur:alias nec ſenſus cōſtabit nec fides ueteris lectionis ſeruabitur:niſi quis loco eius uerbi Sociorū collocet.Garum enim tale cōmendatiſſimū fuiſſe ueteribus oſtēdi libro nono. Et infra:ET CYRIA VETERE ELVTA.lego Et Cybia uetera eluta. Plinius paulo infra:Purgant inquit & Cybia uetera.De Cybio quid eſſet libro nono expoſui.Et infra:SVB AEREA TESTA.Vetus lectio habet Sub æreo teſto. quod nō diſplicet:ut ſit quod græci uocant Clibanum:unde panis teſtaceus is dicitur apud nos/quē illi Clibanitin:ut in Dioſcoride mōſtrauim⁹

Ex eodem.iiii.

MVRICVM GENERIS SVNT QVAE VOCANT GRæCI COLYTIA ALII CORYTHIA. Videretur legendum ex Athenæo Colycia ſiue Corycia. Etenim Chamæ genus quoddam græcis ait uocari κωρύκους in Macedonia:quas Athenis κρείους dicant.Cæterum eas nō Muricibus/ſed ut dixi Chamis præſertimq; Tracheis aſcribit:quod & Plinio placuiſſe huius libri calce uideo Facit hoc generum affinitas.

Ex capite.v.

THETEAEq; SIMILES OSTREAE. Legendum Tethyaq; ſimilia Oſtreæ·Ariſtoteles. Hæc Theodorus Vertibula ſiue tubera & interim Callos tranſtulit:Holothuria quandoq; ab eodem philoſopho uocata.Item:OPTIMVM E SCORPIONIBVS ET DVRIDE. Scribendum Iulide non Duride/uetus lectio & Dioſcorides.Sunt autem Iulides inter ſaxatilia:de quibus fere omnes Græci:ſ3 Athenæus Aelianus Aetius & ante ipſos Ariſtoteles apd quem Theodorus Iulias interpretatur. Nam Iulus piſcis uocat alius:qui Balenis Cetiſq; dux eſt itineris: ob id ab Oppiano Hegeter appellatus.

Ex eodem.v.

PVRGANT ET MYES. Legendum Purgant & Myaces:ex uetuſtis codicibus & Dioſcoride:quanq̄ & Myes dicuntur ab Ariſtotele Oppianoq;.Item:CONTRa DORIGNIVM AVt OPOCARTVM.Lego Contra Doricnium aut Opocarpathū. Eſt autem Opocarpathon id puod Plinius aliquando Succum uocauit Carparhi:ut prædiximus. Item:DEGENERANT IN DVAS SPECIES IN MYTVLOS QVI SALEM VIRVSq; RECIPIVNT MVSCASq;.In exemplaribus aliquot uetuſtis non Muſcas ſed Myiſcas legimus.Athenæus tamē Myias hoc eſt Muſcas uocat.

Ex eodem.v.

LAVANTVR QVOQVE PLVMBI MODO AD GINGIVARVM CRASSITVDINEM. Dioſcorides Genarum/non Gingiuarum.Et infra:THETE TORMINIBVS. Legendum Tethya torminibus: ut paulo ante dixi ex Ariſtotelis ſententia. Inuenio tamen aliquando ſcriptum in Athenæo Τήθεα & Τήθη hoc eſt Tethea & Tethe:ſed neutro genere pluratiuo numero. Et infra:ENYDRI IECVR BLENDIORVM CINIS. Legendū puto Enydridis iecur Blennioꝝ cinis. Eſt aūt Enydris coluber in aquis uiuens:ut Plinius ſupra expoſuit/Lutrix a Theodoro dicta. Blennius autem ſiue quod magis probauerim Blennus ſimilis eſt Gobio ut inquit Athenæus:Oppianus quoq; ita uocat.hunc & Belennum uocari auctor eſt Sophron. In Ariſtotele libro hiſtoriarū quarto Balinus quoq; piſcis legitur:quem Theodorus Balerū: idē ſit an diuerſus/haud conſtat.Habetur & Barenus libro ſexto inter Amnicos:Balagrus a Theodoro dictus.Nec inuenio quamobrem eos ita uerterit:niſi ſi librarius corruperit.

Ex eodem.v.

INVENIVNt ET IN BRANCHIA PISCIS VEL CAPITE CEV LAPILLI.Codices uetuſti:Inueniuntur & in Brāchii piſcis capite ceu lapilli: ut fortaſſe Branchium piſcem pro Bancho ſit ſcriptum.Eſt autem Banchus piſcis Aſelli genus alterū ex Athenæi ſententia ut prædiximus:in cuius cerebro lapillos molari forma contineri auctor idem eſt. Plinius quoq; hoc libro: Ex Aſello inquit piſce lapilli/qui plena luna inueniuntur in capite.De Bancho Plinius libro quoq; nono meminit.

Ex eodem.v.

EX IIS MARES DORCAS VOCANt FOEMINAS ONYCHIAS. Athenæus: Ex iis mares alii Donacas alii Aulos/fœminas Onychas uocant.Codices quoq; manu ſcripti habent quidem omnino Donacas:non tamen Aulos:ſed corrupte Aluos ut a fiſtu-

Universidad de Deusto
Biblioteca

larum ſimilitudine tam Auli q̃ Donaces dicti eſſe uideãtur. etiam ſi Athenæus in genera hæc non pectines ut Plinius: ſed Solenas di uidit hoc eſt ungues & digitos ob uicinitatem ut arbitror naturæ confundentibus genera ut ſæpe fieri ſolet auctoribus. Quid q̃ idẽ Plinius in libri huius calce/Solen inquit ſiue Aulos ſiue Donax ſi ue Onyx ſiue Dactylus. Meminit & Oppianus. Et infra: SAL SAMENTA CORACINA. Melius Coracini hoc eſt piſcis: de quo multa Plinius aliubi.

Ex eodem.v.

SANANT INTERANEA ET SQVAMAE COMBVStæ. Vetus lectio Sciænæ interanea & ſquamæ combuſtæ. quod & pro bamus: Nã de Sciæna piſce Plinius hoc libro/Athenæuſq̃: ſed ante ipſos Ariſtoteles: unde. M. Varro Vmbram eum uocauit. Et infra: ITEM OPHIDION SCOMBRO SIMILIS. Vetuſti codices Gongro non Scombro: Aeſtimãdum relinquimus. Dubitãdi cauſa fuit/q̃ Ophidion a ſerpẽte cognominatus eſt/ut Gongro potius q̃ Scombro ſimilis uideri poſſit. Inter piſces & hunc Plinius in calce huius uoluminis enumerat. Ariſtoteles ſerpẽtis genus puſilli nominat Ophidion. is & Ophin Thalaſſion id eſt marinum anguem nominat.

Ex capite.vi.

IN PANNO LEVCOPHO. Scribendum Leucophæo: ita enim græci uocant λευκόφαιον ex Polluce: unde Leucophæatus Martiali. Sunt & medicamenta certi generis hoc nomine/quaſi ſuffuſca ſiue ſubcandida Vitruuio Celſo Paulo Aetio. Et infra: TERTIANIS MEDERI DICITVR ET SPONDYLVS PERCAE ADALLIGATVS. Multi codices habent non Pereæ ſed Per ſe: qui modus loquẽdi familiaris & perfrequẽs eſt Plinio ac omnino medicis. Perca quidem ſaxatilis eſt piſciculus. Verum quid in ea ſit Spondylus haud cõmode inuenias: Ergo Spondylus multa ſignificat quæ in huius libri calce notabuntur. hic autem uel pro piſcis uel pro ſalſamenti genere capiendum: ſi quis non Percæ ſed Per ſe ueterem fidem ſecutus legat. Forte autem Spondylus hac parte p uertebra ſumit᷑ quæ ſit in teſtudine: nã de ipſa loquebat᷑.

Ex eodem.vi.

STROMBI IN ACETO PVTREFACTI. Legunt antiqui codices modo Rhombi modo Scombri. Sũt tamẽ & Strombi ex huius libri calce/item Ariſtotele Oppiano Athenæo Inter Buccina. Theodorus turbinem & Cochleã conuertit. Et infra: THETæ

VTILES SVNT CVM RVTA AC MELLE. Vetus lectio Tethya utilia ſunt cum Ruta ac melle. Idem Ariſtoteles/ut diximus. Et infra: NERVOS PRAECISOS PVRPVRAq̃ CALLVM QVO SE OPERIVNT TVSVM GLVTINAT. In uetuſtis quibuſdã codicibus nõ Callũ ſed Cauũ legit᷑: nec cur diſpliceat inuenio: q̃quidẽ Callus genere uirili Plinio dicit᷑. Præterea nõ ſe operiũt callo ſuo purpuræ/ſ3 Cauo poti⁹: id græce πῶμα dicit᷑ Galeno, itemq̃ Oſtracon: ut in Dioſcoride notauimus.

Ex eodem.vi.

SECARI ARVNDINE FERRO EMINENTE IN VITIVMq̃ TRAHERE NATVRA DESERENTE. Vetus lectio Secari arundine ferro enim intingi uitiũq̃ trahere/natura deſerente. Nam & uerbum Natura deſerente: quaſi manũ præbet ad intellectũ noſtrũ. inficiunt᷑ enĩ & uirus morticina contrahũt: cum primũ natiuus eorum uigor diſſipari cœperit/euaniduſq̃ fieri. Et infra: INVENIũt VIRVS REMEDIO VERSO. Legendũ arbitror: Inuehũt uirus remedio uerſo. i. remedio in cõtrariũ cadẽte uenenũ afferũt.

Ex eodem.vi.

ET HALPE EXPVRGAT VLCERA. Lego Et Salpes expurgat ulcera. Vetuſti certe codices habent Alpes. Cæteq̃ & Salpes & Salpa dicitur hic piſcis de quo Ariſtoteles & Plinius & Athenæus Virgatum eum prodentes/multiſq̃ ac rubentibus lineis diſtinctũ de qua uarietate Colophoniũ ſiue Locrum Mnaſeam/qui Pægnia conſcripſit/Salpem nominauere: quanq̃ Leſbiã Salpem fuiſſe quæ Pægnia cõdiderit/nõnulli putãt. Et infra: VERRVCAS TOLLIT GLAVCI IECVR TRITVM. Antiqua lectio nõ Glauci ſed Glani habet. Eſt autem Glanus/ſiue ut Ariſtoteles & Athenæus uocant Glanis/idem qui & Silurus: ut libro nono dixi.

Ex eodem.vi.

LACTIS COPIã FACIT GLAVCVS. Antiq̃ lectio Glauciſcus q̃q̃ & Glauciſcus & Glaucus apd Athenæũ ſũt. De Glauciſco Plinius in calce huius libri. Et infra: OSTREATIVM. Scribũt uetuſti codices Oſtraciũ: qd & placet: ita. n. græce pnũtiat᷑ ὀστράκιον. Ab hoc uerbo relegatiõis illud genus deducit᷑ quæ uocat᷑ Oſtraciſmus/hoc eſt ut Aemylius Prob⁹ interpretat᷑ Collabefactari Teſtula.

Ex eodem.vi.

MIXTAq̃ CEDRO. Legendum arbitror Mixtaq̃ Cedria: aut mixtoq̃ Cedrio: Nam & uetus lectio habet Mixto/non Mixta. Quid ſit Cedrium & Cedria docebit Plinius: docebit Dioſcorides/itemq̃

Universidad de Deusto
Biblioteca

Vitruuius.ſed & res eſt aperta.Item:EX ACETO SCILLITO Scribendum Scillite ut græci:aut Scillitico ut noſtri.Et infra:VENEREM INHIBET ET CINIS HIPPOPOTAMI FRōTIS E SINISTRA PARTE PELLIS IN LINTEOLO. Vetus lectio:Venerem inhibet Echeneis & Hippopotami frontis e ſiniſtra parte pellis in agnina.Item IECVR RANæ DYROPHETES & CALAMITES.ſcribendū forte ſit:Dryopetes ſiue Dryophytes & Calamitæ:quoniā in arboribus frutetis arundinetiſq; uerſent̃:ut hoc illud ſit oīo qđ ſupius Diphthites mēdoſe legebat̃.Et infra:PHRAXMAtis RADIX.Dioſcorides Phragmitæ ſiue Phragmitis radix.Itē:CYPRI VERO:QVI & DONAX VOCAt̃.Legendū Cyprii/hoc eſt Calami:Dioſcorides ac Plinius

Ex capite.vii.

ANIMALIA.LXXVII.OMNIVM GENERVM.Vetus lectio Animalia centū.lxvi.omniū geneꝝ.Idē libro primo ex Indice.ſed & propior uero hic numerus eſt: ſi genera hoc capite notata ſupputes.utiq; demptis Ouidianis:quæ ab alio auctore noiari negat. Itē:OCEANO QVæq; NASCVNt̃.Legendū putamus Oceano quæ naſcunt̃:aut Oceano quotquot naſcunt̃. Item:PHYSETHRES.Legendū Phyſeteres ex Plinio ſuperius & Strabone.& enim φυσητῆρες ab effectu græci noīs uocant̃ q̄ſi flatores. Itē:PISTRICES.Ex Ariſtotele Oppianoq; Priſtes legunt̃:itēq; ex Plinio ſupius. q̄q̄ uero Priſtes apud græcos Serras ſignificēt:aliud tñ genus piſciū ſunt Serræ q̄ Priſtes:ut hoc ipſo capite mōſtrari pōt.

Ex eodem.vii.

FIBRI QVOꝝ GENEra NVSq̄ MAri ACCEPIMus MERgi. Vetus lectio:Fibri quorum e genere Lutras nuſq̄ mari accepimus mergi.Cæteꝝ & Lytras dici poſſe Varro docuit:qa radices arborū in ripa inqt ſuccidāt atq; diſſoluāt:hodie ī Boryſthenis ripa & Sarmatia tota plurimæ.Pōt tñ & a luēdo uideri noīata/q; in aqs ſe lutet:quoniā Enhydris græce noiet̃ a qbuſdā.Plinius.viii.li.Cauda inqt piſciū ſibro.cætera ſpēs Lutræ utrūq; aquaticū/utriq; mollior pluma pilus.ob id Germani ieiunioꝝ diebus cauda eius ueſcūt̃ q̄ſi piſce. Miror Domitiū in ſylua quadā Papinii tradidiſſe īmundas aquas græce Lutras uocari/auctore nullo:ut uerſū eius Poetæ non Lutras ſed Intras dicentem luxauerit: Hæc mira uirtus protinus auſonum Portus uadoſæ neſciit africæ Intras ad optatoſq; tuſcis Gurgitibus puer innataſti. Porro uerbum Neſciit ſcribendum eſt Neſcius & conſtabit ſenſus.

Error Domitij

Ex eodem.vii.

DRYNONES. Non inuenio Drynones apud Ariſtotelem: Dromones inuenio curſores a Theodoro dictos. Itē:COMMVNEſq; MARI TERRAE ANNI.lego Amni.Item: ALOPECA ANGVILLA.lego Alopecias caſu recto iuxta Diphilum Oppianūq; ῥῖμαι ἀλωπεκίαι καὶ ποικίλοι. Item:BOX BATEA BACCHVS. Lego Box Batis Banchus/ex Athenæo:quanq̄ Bacchus quoq; ſcribit̃ qñq;:ſed perq̄raro:ut eſt apud Diphilū.De Bati & Ariſtoteles: Raia latine dicta:ut oſtēdi li.ix.Cæteꝝ uetus lectio hac pte nō habet Box/ſed Boca.In quo ſciendū eſt/a Theodoro quoq; Vocā dici:

Ex eodem.vii.

Ⱡqui a græcis Box.

RVMBORVM GENERA. Vetus lectio Chrumborū:quaſi uel Caraborum ſiue Cammarorum genera/uel aliquid huiuſmodi qđ a littera.c.incipiat.Etenim hoc loco Plinius digeſtos litterarum ordine piſces explicat. Sunt autem Carabi modo pro locuſtis marinis: atq; ita hodie Ligures appellant.modo pro Cāmaris a ueteribus ut Athenæo placuit accepti.Dicat aliquis:ſed cum de Locuſta agatur paulo poſt:non uidetur hic Caraborum legi poſſe. An Locuſtæ quidē Carabi quandoq; nominant̃:nec alio fere modo Theodorus in Ariſtotele conuertit.Cæterum Plinius eſt ubi pro diuerſis habeat libro nono: ubi cum de Locuſtis ſcripſiſſet/de Carabis protinus ſubiūxit:quaſi genus aliud exiſtimaret/&ſi nō diuerſum maxie.Itē:CHALCIS GOBIO. Vetuſti codices Peſſimus Chalcis Gobio.Legendū forte Cyprinus Chalcis Cobio.ubi notatu digniſſimū eſt Cobionem per.c.non per.g.ſcripſiſſe Plinium græcos ſecutum.De Cyprino Ariſtoteles & Plinius libro nono:Pariūt inquit Mulli ter/ut Chalcis:Cyprinus ſexies.

Ex eodem.vii.

COLLVRus ASELLOꝝ GENEris NI MINor ESSEt COLLa Athenæus Callarias q & Gallarias & Galleridas uocatur ab eodē. Verbū aūt Colla/initiū eſt ſequētis clauſulæ. Piſcē uero Aſellū nō a corpis ſimilitudīe/ſꝫ a colore dicimus:ut Vmbrā atq; Turdū au-

Ⱡctor.M.Varro.

Ex eodem.vii.

COLLA SIVE PARIANus SIVE SAXTANVS A PATria BAETICA LACERTOꝝ MINIMA.legendū Colias/nō Colla Itemq; Saxitanus/ex Athenæo: Sarda inquit Coliæ piſcis magnitudine cōſpiciť.Colias uero glutinoſior & mordacior & peioris ſuci q̄ Scomber:alias corpus alit.Cōmendatur aūt Amyclanus & ex Hiſpania:Saxitanus inqt tenuiore ac dulciore callo. Papinius in

risu Saturnalitio ad Plotiū uideri pōt hoc genus accepisse cū dixit
Aut byzātiacos colūt lacertos. Itēq; Martialis:Mox uetus & tenui
maior cordyla lacerto Sed quā cū rutæ frōdibus oua tegāt. Alibi:
Secta coronabunt rutatos oua lacertos Et madidum thynni de sa-
le sumen erit.Alibi:Vel duo frustra rogat cybii tenuemue lacertū:
Nec dignā toto se botryone putat.Botryon uero non salsi genus li
quaminis/ut Domitius auctore nullo dixit: unde Botellus inquit
farcimen:sed ollares uuas & cōditicios racemos significat.græci.n.
Βότρυας & Βοτρύομας uocant. Vsurpat idem uocabulum & Hie-
ronymus p racemis. De Lacerto autem hoc q Colias græce noiet
Celsus:Pisciū inqt q ex media materia sunt qbus maxime utimur
tamen/grauissumi sunt:ex qbus sallāmēta quoq; fieri possunt:qua-
lis est Lacertus.De Saxitanis porro sallamētis Strabo & scriptores
fere cæteri:ab urbe Sexi de qua i situ Bæticæ. Noiat & Aristoteles
Colias τῶν κολίων οἱ πολλοί ἴσ τὸν πόντον οὐκ ἐμβάλλουσιν. The
odorus pax ut opinor recte Monedulas interpretat:quasi non κο-
λίας sed κολοιούς scribendū putauerit. Iulius Pollux:Inter pisces
inqt Thynni Coliæ Saperdæ Lesbiæ. Aristoteles in eo libro q ut
Athenæus inqt ζωικός aut de piscib» inscribit ῥωτόγραπτος ὁ βῶξ
σκολιόγραπτος ὁ κολίας hoc est picturas habet in dorso Box: hīt
& Coliæ/ſ obliquas.nisi qs nō σκολιόγραπτος sed κοιλιογραπτος
legendū putet:hoc est Bocas dorso/Colias aluo pictos esse.

Ex eodem.vii.

ABYSINON ELESSE CYBIū. Inuenio codices in qbus ita scri
ptū sit:Ab iis Motici & Cybiū.ut forte i hūc modū legi possit:Ab
iis Mæotici & Cybiū:ut sit sensus:ab iis id est post Parianos & Sa
xitanos Lacertos hīi etiā pisces Mæoticos & Cybiū & Cordylam.
qđ & sequētia declarāt. Accedit q; fere apud auctores cū Lacertis
iūcta mētio est Cybioȳ & Cordylæ:ut i iis quos supra retuli Mar
tialis uersib»:Vel duo frustra rogat cybii tenuēq; lacertū. Itē:Mox
uetus & tenui maior cordyla lacerto.

Ex eodem.vii.

VRANOSCOPVs CYNæDI SOLEæ PHISINVLæ.corrupta
scio noia:qppe quæ a lra.c.incipe oporteat:Nā de Solea manifeste
agit inferius.Antiq lectio: Vranoscopus Cinaedi soli pisciū lutei.
De Cinædis libro ultio:Cinædiæ inqt geminæ inueniunt in cere-
bro piscis eiusdē nois. De Vranoscopo Aristoteles Athenæus Dio-

Ex eodem.vii. Ascorides.

CHAMAECISTITE CHAMELEOS CHAMEPOTORI-

DES. Lego Chame Trachea Chame Leos Chame Pelorides/ex
Athenæo.Sunt enim e Chamis inquit aliæ Tracheæ hoc est aspe-
ræ tenuesq;:aliæ uero λεῖοι hoc est leues maioresq;. item Chamarū
inqt aliquæ Pelorides a magnitudine uocātur:aliæ minores sunt.
Horatius:Lucrina Peloris. Martialis: Tu Lucrina uoras me pa-
scit aquosa Peloris.Alibi:Et fatuam summa cœnare pelorida mē-
sa. Pelorides autem siue quod idem Iulio Polluci est Peloriæ etiā
basilicæ hoc est Regiæ dici solēt:ex eodē Athenæo. Plinius quoq;
Peloridas memorat:& ante ipsum.M.Varro:Peloris inquit & O-
streæ & Echinus.Alio loco Athenæus a Peloro Siciliæ promonto-
rio Peloridas appellari Cōchas innuit. Spartianus Ostreas & Li-
ostreas cum dixit in Heliogaballo/Chamas Tracheas & Chamas
Leas intellexit: etiam si Lithostreæ scriptum erat.id ex Athenæo
sumitur:qui ait Chamas Tracheas Ostrea quandoq; dictitata.

Ex eodem.vii.

CHAMAEGLYCIA MENIDES. Vetus lectio Chamæ Glycia-
merides:ut sit genus Chamarū quod ita nominetur:Nam & Ma-
crobius Glycimeridas uocauit in adiitiali cœna Lentuli flaminis
appositas: Patina inquit Ostrearum Peloriax balanos nigros ba-
lanos albos.Itex:Spondylos Glycomeridas. Sūt aūt Balani quas
Theodorus glandes inter uertibula hoc est holothuria conuertit.

Ex eodem.vii.

GLYCIA SIVE COROPHIA. Vetusti codices Colecia siue Co-
rophia.Fortasse Colycia siue Corycia ut superius quoq; dictum est
capite huius libri quarto ex Athenæi Cœnis.Cōiectura sit hæc nō
sni.Item:CVCVMIS. Quidā legūt peruerse Cuculus:quē græci
Coccyga uocāt. Sed & Cucumis inter pisces est ex Plinii libro.ix.
p initia.Itē:CYNOPOS.Legendū arbitror aut Cynopus/hoc est
canis pes:aut Cynops hoc est canis oculus:sicut Boops piscis/quia
paruus eēt & magnos hīet oculos ut inqt Athenæus.Itē:CAMY-
MARVS.codices uetusti Cāmarus:quē græci uocāt Astacon:etiā
si Athenæus auctor est aliquos eundē existimasse Carabū & Asta-
cū.i.Locustā & Cammarū. Ex eodem.vii.

DRACVNCVLVM. EST AVTEM GRACCVLAE SIMI
LIS.Forte Gracculo.quanq; Turanius Graccula cognomē habuit
non Gracculus.Est autē inter pisces Gracculus Theodoro ita Co-
racinū interpretante:quē & Coruulum uocari credidit inuitatus
affinitate nominis.Siquidem Coracinus non a Coruo/sed ut inqt
Athenæus ἀπὸ τοῦ συχρῶς κόρακι μεῖν dictus intelligitur:quasi

Universidad de Deusto
Biblioteca

Genimouus. Iam Coruus piſcis alius eſt q̄ Coracinus / ex Plinio Athenæo Auſonio. Præterea gracculus inter aues Monedulā potius q̄ Coruū ſignificat. Eſt aūt in piſciū genere Monedula: quam græci Coloeon uocāt. Propterea cū Plinius hac pte Dracunculū piſcem Gracculo ſimilē eſſe dixit: de piſce Monedula capiēdū exiſtimo. Dracunculum græce δρακαιρίδα puto noīatum Athenæo.

Ex eodem. vii.

FABRI SIVE ZEVGAVCISCI GLANEVS. ſcribo Fabri ſiue Zeus Glauciſci Glanius. Plinius libro nono: Faber inqt q & Zeus uocatur. De Glauciſco & Glani Ariſtoteles/qui Glaucū tamen nō Glauciſcum noīat. Glaniū uero dici eum qui ſit & Glanis auctor Stephanus iis uerbis: Glanis inquit fluuius eſt Cumæ a quo piſcis uocatur Glanius.

Ex eodem. vii.

CONGER GYRES. Scribendum Gonger ipſius Plinii auctorita te græcos imitantis: quippe qui Gongrū hoc loco inter piſces a littera. g. incipientes numeret. Item Gerres non Gyres/ex uetuſtis codicibus. Martialis tertio: Teq; iuuēt Gerres & pelle melandrya cana. Miror aūt quāobrem Domitius Plinium ſcripſiſſe tradat hoc libro Gerres Locuſtarum eſſe genus: cum hoc nuſq̄ legatur. Vilem & aleculariū piſcem eſſe Martialis alio quoq; loco tradit li. xii. fuiſſe Gerres: aut inutiles mænas odor impudicus urcei fatebatur. Apud nos quidem mænarum ſpecie candidiores tantum ac minores quidam piſciculi uiſuntur quos Girros & Girrulos uulgo dici conſtat. ſint hi nec ne/haud cōſtat. Theodorus quoq; Cerros uocat Mænas: genus illud qđ græci Smaridas appellāt. Sed Plinius tamen apertiſſime Gerres a Smaridibus hoc ipſo capite diſtinguit: ut probabimus. Nec illud præteribo tria græcis admodū germana reddi genera: Menas: Smaridas: Bocas. quæ omnia & a Plinio traduntur hac parte: uti mirum ne ſit confundi nomina interdum: & Smaridas aut Mænas accipi quæ ſint Boces. Speuſippus: Boces inquit ſunt Leucomænides hoc eſt Mænæ cādidiores: quas nos paulo ante Girros ſiue Girrulos uocari diximus.

Error nomin. Gerres

Ex eodem. vii.

ALI PLEVMON. Legendum ut unum ſit uerbum cuius initio aſpiratum ſit Halipleumon/hoc eſt marinus pulmo: cum q; de afflatis agitur hoc loco: tum q; uetuſta exemplaria confirmant.

Ex eodem. vii.

HEPARCOTINOS. forte legendū ſit Hepar Helacatenes. Eſt. n. & piſcis Hepar/hoc eſt iecur marinum: quem & Hepaton uocant Ariſtoteles Oppianus Athenæus cæteri. Theodorus uero Iecorinū Sunt & qui Helacathenes dicūtur ut idem Athenæus inquit: qui eos Cetei generis ſalſamentis idoneos hīi dixit. ſtatimq; poſt Hepatum enumerauit; quoniam uterq; litteram. h. principio reciperet ἥπατοι ἡλακαθῆμες. Proinde monēdi ſunt qui hæc adibunt/Plinium cenſuiſſe ut per. h. ſcriberentur Helacathenes: Athenæus contra.

Ex eodem. vii.

SVNT LACERTORVM GENERA. Scribe Lacertorum genera: ut intelligas initium eſſe ſui ſenſus/nihilq; ad præcedentem referri clauſulam/ſed ne ad ſequentia quidem uerba. ſicut ſuperius quoq; hoc ipſo capite ubi ait: Cancrorum genera: Concharum genera. Item: MELANVROS. Si Melanuros oculata piſcis eſt: ut Theodoro placuit: uideret erraſſe Plinius: qui paulo poſt de Oculata quaſi diuerſo piſce loquitur: ut alter eoꝝ neceſſario ſit lapſus. Item: MENA METIS MVRENA. Legendum forte ſit: Mæna Meryx Murena: ex Ariſtotele qui piſcem quendam Meryca uocet ab effectu ruminandi. eum Theodorus Ruminalem conuertit.

Ex eodem. vii.

MISMYLVS. Legendum aut Mormylus ut inquit Dorion Oppianuſq; : Aut Mormyrus ut Ariſtoteles. Theodorus Mormolarem quaſi Mormylum potius q̄ Mormyrum probaret/uocauit. Poteſt & diſtincte legi Mys Myllus: Nam de Mormyro ſiue Mormyra paulo inferius ex Ouidii ſententia loquendum eſt: uti duo piſces intelligātur Mys & Myllus. De primo Ariſtoteles. De Myllo Pollux Oppianus & Athenæus. Eum & Platiſtacon & Platacum appellari tradit utiq; maiuſculum ſicut media ætate Myllum: & cum puſillus eſt Gnothidia. Sunt tamen inquit nonnulli qui Platiſtacas & Platacos eoſdem eſſe cum Coracinis putent: Myllum uero qui dicatur a græcis uulgo Mylocopion.

Ex eodem. vii.

MISCVS. Lego Myſtus: ſiue ut Ariſtoteles Myſtocætus: quē Theodorus Muſculum conuertit. Athenæus & Mya. idem Murem piſcem dicit eſſe quendam/cui & Capriſco nomen ſit. Et piſciculus q Balenis oculorum uice fungitur/ut libri noni fine dicitur/Muſculi nomen habet & Iuli. Claudianus in Eutropium Eunuchum: Sic ruit in rupes amiſſo piſce ſodali Belua. & Oppianus quoq; meminit. Quid ſi legatur Mytlus/ſiue quod idem eſt Mytulus? De Muſculo ſupra quoq; Plinius hoc capite. Item Plautus in Rudente:

Universidad de Deusto
Biblioteca

Captamus inquit echinos:Lopadas Oſtreas Balanos:Marinã urticã Muſculos Plagoſias Striatas. Tria inuenio in mari quæ μῦσ dicuntur. primum Teſtudines ſunt:ideoq; nõ μύες in plurali/ſed μύλες & ἐμύλες uocantur.genus hoc aquatilis mus & lutaria teſtudo a Theodoro: marinus mus a Plinio quandoq; libro.ix.uertitur.Alterum inter piſces.Tertium inter Oſtrea pro Mytulo.

Ex eodem.vii.

OCVLATA OPHIDIVM OSTRIA EOTIA. Lego Otia nõ Eotia:hoc eſt marinas aures quas græci uocant ὠτία ex Athenæo: itemq; ὠτάρια. Hoc autẽ genus Oſtrei ut idem auctor eſt ὦὖς ἀφροδίτης uocabant Aeoles hoc eſt aurem ueneris.Ariſtoteles marinã aurem a quibuſdam ſcribit appellari ἀγρίαν λεπάδα hoc eſt patellam feram.Oculata uero is uidetur eſſe piſcis quem Plautus Ophthalmian appellauit:Pernam inquit Ophthalmiã Horræũ Scombrum & Trygonẽ & Cetum.Theodorus Gaza Melanurũ in Ariſtotele cõuertit Oculatam.Item:ORTHAGORISCVS. Legẽdum Orthragoriſcus:ut ſupra ex Plinii Athenæiq; ſententia docuimus.Eſt autem aper ſiue porcus piſcis.

Ex eodem.vii.

PICHVS.Legendum Phycus ſiue Phycis/ex Athenæo Dioſcoride Plinio Ariſtotele:qui & Phycon uocauit eum. Theodorus Fucam. ita uero dicitur/quia piſcium ſola nidificet ex Alga. Oppianus φυκίδες ἀσπάλιῆες ἀμολροσὶ ἐπωμυμίην ηλέφρομος ἠνδιάζαντο. uulgo has græcos recentiores Pephycariſmenas uocaſſe inuenio.Item SAXATILIVMq; PELAMIS. Lego Saxatiliũ:Pelamis.ut uerbum Saxatilium ad Phycin de qua modo ſupra dictũ eſt referas. Eſt enim Phycis inter ſaxatilia:Pelamis nequaq̃.

Ex eodem.vii.de Pelamide.

EARVM GENERIS MAXIMA APOLECTVS VOCATVR DVRIVS TRITON. Lego Pelamis earũ generis maxima Apolectum uocatur durius Tritone.Eſt autem ut coniectura conſequor Triton id quod græci Chelidoniam uocant. Apolectus uero quam Synodontida. Athenæus:Maior inquit Pelamis Synodontis appellatur durior q̃ Chelidonias.Item paulo poſt:Orcynus inquit ſimilis eſt Chelidoniæ cum magnus eſt. Confer hæc uerba cum Plinio:Orcynus inquit Pelamidum generis maximus nõ redit in Mæotin ſimilis Tritoni.Archeſtratus ἄμφι δὲ τήμῖ ἱεραὶ καὶ ἐυρύχωρον σάμον ὄψει θύμμον ἁλισκόμενον σπουδῆ μέγαν ὃν καλέουσιν ὄρκυν ἄλλοι δάὺ κῆτος τοὺτου δὲ θεῖσ χρὴ ὀψωνεῖν ἀπρέπει ταχέως καὶ μιᾶρι τιμῆσ. De Apolecto quædam & libro nono diximus.

Ex eodem.vii.

PECTINES LAVDATISSIMI MITILENIS RHYAS TYNDARIDIS SALONIS ALTINATIA IN INSVLA ALEXANDRIAE IN AEGYPTO. Vetuſti codices non habent uerbum Rhyas.Proinde ita uidetur legi poſſe:Pectines laudatiſſimi Mitylenis Tyndaride Salonis Altini Antii ĩ inſula Alexãdriæ in ægypto.Mitylenæos pectines ad Methymnam eius inſulæ oppidum Iulius quoq; Pollux & Athenæus celebrant. Tyndaris in Sicilia eſt urbs maritima Plinio Straboni Silio Diodoro cæteris.Salonæ in Dalmatia ſunt.De Altino & Antio quibus ſint in Italia regionibus conſtat.Inſulas quoq; in Alexandria Aegypti Pharon & Chœrades appellatas ſciunt omnes. Item:PECTVNCVLI PVRPVRAE PEGRIDES.Lego Pectunculi Purpuræ Percides.Sunt autem Percides idem quod Percæ ut Aetio uidet': de quibus fere omnes loquunt' Ariſtoteles Plinius Athenæus Dioſcorides.Quid autem Pectines a Pectunculis diſtẽt:alio nobis loco diſſerendum:ut illud tamen obiter:ne dilatum excidat/aperiamus:Pectines græce dici Ctenas:Pectunculos uero etiam pro Tellinis a Plinio quandoq; uideri acceptos.

Ex eodem.vii.

SALPA HORVS SCORPAENA. Verbum Horus mendam habet abſq; dubio:cum hic de piſcibus a littera.s.ordientibus agatur. Itaq; aut Saurus aut qd̃ magis ꝓbo Sparus legendum:uterq; piſcis in nomine eſt:Sauros Athenæo:Sparus etiã Ariſtoteli Oppianoq;.De Scorpæna libro nono.De Salpa multis locis diximus Item:SCYASCIA SCIAENA.uetuſti codices Sciadeus & Sciæna:ſatis placet.Etenim & de Sciadeo piſce legimus apd̃ Athenæũ: qui tamen cum Sciæna eundem uideri uoluit. De Sciæna uero & Ariſtoteles & Athenæus:qui & Sciathida eum uocari tradidit. Et Plinius libro nono lapidem habere ſcribens in capite. Nos ut ait M.Varro umbram. Oppianus duos piſces nominat/Sciænam ab umbra dictam:& Syænam a ſue:quem proinde græci recentiores Chœrillam interpretantur/hoc eſt porculum.

Ex eodem.vii.

MYRVS.Legendum Smyrus ex Ariſtotele. Poteſt quidem & Myrus legi/ut eſt apud Athenæum.Sed hic nomenclaturæ piſcium a lra.s.incipiunt. Theodorus Murũ.Item:AEGYPTA STROMBVS.Vetuſti codices Peptaſi Strombus. Forte legendum Sepiæ

Universidad de Deusto
Biblioteca

Strombus:aut Scepini Strombus. Sunt autem Scepini Athenæo piſces quos & Atagenos ut inquit appellamus. Vtcũq; certum eſt uerbum Aegypta nullo modo ferendum eſſe.Item:MARISTELLA.Vetus lectio Smarides ſtella. Sunt autem Smarides piſciculi quos & Marides uocari tradit Athenæus/& ſimiles eſſe Mænis ut paulo ante diximus.

Ex eodem.vii.

TYNNVS TRANVs.Vetuſti codices Timus Tianus.Nos Tomus Thurianus ex Athenæo:marinus inquit canis eſt: cuius fruſtra Romæ Thuriani Tomi ſiue Pulmenti nomine uendebantur tribus obolis in libras. Hoc & Thurſionem & Thurionem dici ſolitum affirmat latina lingua/ſuauiſſimum id ac lautiſſimum prodendo. Galeoten & Xiphian quoq; dici ab aliquibus hũc piſcem uideo ex Strabonis & Plinii ſententia hoc loco protinus:quem alii Xiphiã inquit uocant. Plura de hoc aliubi explicata ſunt a nobis. Forte uero Thurianum ſiue Thurionem dictũ quis putet a Thuriis oppido Italiæ:quod Sibarin & Anthiam mox & Copias appellant ut inquit Pauſanias & Stephanus/ceu illuc primo ſit conuectus e Sicilia:ubi frequẽs eſt.De Turſione Delphino ſimili & Roſtrato ut Canicula dictum eſt libro nono : ut inde forſitan & huic nomen datum ſit.

Ex eodem.vii.

STASSA TORPEDO TETHEA.Vetuſti codices Taſſa.Lego Theſſa ſiue quod idem eſt Thraſſa & Thratta.Eſt autem piſciculus marinus/quem Dorotheus Aſcalonites Theſſam ut Athenæus inquit appellabat minus caſtigate.Sunt & Thriſſæ piſces Ariſtoteli Straboni Oppiano Aeliano:quos Tiphernas Gregori⁹ & Theodorus Aloſas interpretati ſunt : Clupearum generis Tiberi iuxta Romam laudatiſſimos.Nam Tethea ut diximus etiam Tethe nominantur:quemadmodum in Peloponeſo locus Thyrea & Thyrẽ.Item Melea & Mele Lucretio:Et Muſea Mele : id eſt Τήθεα καὶ Τήθη.θύρεα καὶ θύρη.μέλεα καὶ μέλη. Porro uerbum Melos primam quidem habet correptam : ſed & longam quoq; Homero in hymnis:ut illud Perſii Pegaſeium credas Melos. etiam defendi poſſit: aut ita ſane legi/Pegaſeium Melos credas : etiam ſi nectar quoq; in quibuſdam ſcriptum eſt/non Melos.

Ex eodem.vii.

TRIPHONON PELAMIDVM GENERIS MAGNI. Vetuſti codices habent Tridonium. Lego Triton Pelamidum generis magni. Sunt autem Tritones ut prædixi/quos græci Chelidonias appellant/ex Athenæo.Pauſanias Tritonem uidiſſe meminit Romæ:nec Chelidoniam ſed Tritonem uocando : ut neſciam genus idem ſit cum Tritone Pelamide/an alterũ. caput ei reddit ſpecie comoſum ut ranis paluſtribus etiam colorem:ne diſcerni tamẽ capillus a capillo queat.Cæterũ corpus ſquamoſum ut Squatinæ: branchias ſub aures : naſum hominis:os amplius : dentes ferinos: oculos glaucos.manus præterea & digitos & ungues Concularum teſtis ſimiles:ſubtus aluum caudam uice pedum/ut Delphini.

Ex eodem.vii.

EX EO SERENA CIMBIA FIVNT.Lego Ex eo/id eſt Tritone ſiue Chelidonia ut mox docuimus:Cybia fiunt. Quod autem hic Serena dicitur:fateor nondum ſcire : niſi quis ita legat : Ex eo Vræa Cybia fiunt:ſiue Horæa.Eſt autem Vræon ſalſamentũ caudæ pximũ/ex Athenæo Plinioq;. Varro:Cybium inquit & Thynus:cuius partes Melandrya & Vræon. Horæum uero cuius mentionem & Plautus quoq; noſter habet.Athenæus idẽ quid ſit oſtẽdit:Salſamentum inquit aut Horæum eſt aut Thunnium.In Horæo macra pinguibus : in Thunnio macris pinguia præferimus. Quæ Cybia inquit dicuntur/inter macra ſunt. inter pinguia Cordylæ. Quanq̃ uero forte nihil attinet hoc loco : meminiſſe tamen quid oberit:Sacellum Romæ quod Sereniæ diceretur fuiſſe ad caput Sacræ uiæ/auctor.M.Varro.

Ex eodem.vii.

VENERI EVAX XIPHI.Legendũ forte ſit:Vrenæ uua xiphiæ. De Vrenis.M.Varro:Soleæ inquit Muſtellæ Vrenæq;.De Vua & Xiphia/hoc eſt gladio/Plinius libro nono capite ſecundo:Rerum inquit in mari non ſolum animalium ſimulacra ineſſe licet intelligere intuentibus uuam gladium ſerras cucumin.

Ex eodem.vii.

POMPIVM QVI SEMPER COMITETVR. Ex libro nono legendum uidetur:Pompilum : ſiue ut Aelianus quandoq; Pomphilum/e Thunnorum genere. Oppianus καὶ πώμπιλοσ ὃν περὶ μαῦται ἄζομται ἔξοχα γάρ μήεσσι γεγηθότεσ ὕγρὰ θεούσαισ ἔσπορ͂αι

Ex eodem.vii.

SVDIS LATINE APPELLATA A GRAECIS PHYRE OSTREAE SIMILIS NOMINE. Lego Sudis latine appellata a græcis Sphyræna Roſtro ſimilis nomine.Eſt autem Sphyræna piſcis Oppiano & prius Ariſtoteli:quem Theodorus Maleolũ

Universidad de Deusto
Biblioteca

uocauit:quia σφῦρον græci Maleolum/siue ut Plinius uoluit:intelligi rostrum calcarq; significet.Non fuisset necesse Theodoro fingere uocabulũ:si locus hic emendatus fuisset.Athenæus & Pollux Sphyrænã cũ Cestra eandẽ esse uoluerunt. Nec illud quis inutile putauerit/si locum in Varrone corruptissimum ac pene demortuũ uitæ reddidero.Is in piscium quorundam mentione:Anguilla inquit lingula casudis . Legendum est Anguilla:Lingulaca:Sudis. De Lingulaca nono libro dixi:ut Plautinũ salem prætereã:a græco sumptum id pisci nomen:qñ Aristoteles Glottida eum uocauit: si Theodoro credimus:aut Buglosson ut:ix.li.dixim⁹.Ex eodẽ.vii.

INTVS PRO SPONDILI GRANDIS CARO EST.Lego Intus pro Sphondylo grandis caro est . Sphondylus a uerticilli credo similitudine callum siue carnem significat interiorem Ostreorum omniũ ex hoc ipso libro . Vtitur Martialis & pro animaliũ ossiculis in Santram libro septimo:Rosos tepenti spondylos sinu condit. Est & salsamenti cuiusdam genus Sphondylos Athenæo. piscis Plinio est hoc ipso capite:insectũ Aristoteli Sphondyle.Plinius septimo & uigesimo uolumine:Nullum inquit animal radices a nobis dictas attingit excepta Spondyle:quæ omnes persequitur.genus id serpentis est. Athenæus id quod in capite Mugilum echinata specie conspicimus Sphondylum tradit appellari.Sed & Calculus is æneus quo suffragia sua iudices Athenis dabant Spõdylos uocabatur:ut est apud Iulium Pollucem.

CASTIGATIONES PLINIANAE EIVSDEM HERMOLAI BARBARI EX LIBRO.XXXIII.

Ex Prologo.

T AVRVM IAM ACCESSV EIVS.Codices uetusti/Et aurum accessione.Sed legendum:Et aurum iã accessio est:quasi dicat/principalia luxuriæ irritaméta sunt gemmæ.accessoria uero aurum argentumq; . Est autem uerbum iuris ut constat Accessio.Plinius paulo supra:Sordere inquit cœpere & auri argentiq; nimium fuit.Proinde sequit̃: Vtinamq; inquit posset e uita totum abdicari aurum:ut non solũ accessionis loco habitum uilesceret:sed etiã oĩo repudiaretur.

Ex Capite Primo.

EX QVA CONSVETVDINE MVLTA LEGVM ANTI-

QVARVM.Legendum Mulcta.Item:ETIAM IN SERTORII VSV. Lego Etiã consertoris usu:hoc est pugnatoris bellatoris q;

Ex eodem.i.

AEDICVLAM AEREAM FECIT IN GRATO TASIO: QVI TVNC SVPRA COMITIVM ERAT . Legendum: In Græcostasi quæ tunc supra Comitium erat.Meminit Cicero in epistolis . De hoc & septimi libri fine dictum .M.Varro:Sub dextra inquit e Comitio locus sustructus ubi nationum subsisterent legati qui ad senatum essent missi.Is Græcostasis appellat̃ a parte ut multa.Senaculum supra Græcostasin ubi ædes Cõcordiæ & basilica opimia.Hæc Varronis uerba eo libẽtius apposui/q; erãt mẽdosissima:ut duos auctores nobilissimos una iuuaremus opera.Potest & p diminutionẽ Græcostasiũ dici : qđ &.P.Victor ita uocat. eũq; locũ in regiõe octaua/qua Romanũ forũ erat/collocat.

Ex eodem.i.

INTER SCIPIONEM QVOq; ET DRVSVM EX ANVLO IN AVCTIONE NAVALI INIMICITIAE COEPERE:VNDE ORIGO SOCIALIS BELLI ET EXITIA RERVM.Videtur legendum:Inter Cepionem quoq; & Drusum ac reliqua:Vt enim Cicero inquit Drusus cum.Q.Cepione inimicitias exercuit.Subiiciam de Cepione hoc siue altero etiãnum Põpeii Trogi uerba:De auro Tolossano:qđ magno inqt post tpe Cepio Romanus consul omne abstulit fere auri põdo centũ.x.milia. argenti pondo quinquies decies centum milia : quod sacrilegium causa excidii Cepioni exercituiq; eius postea fuit:Romanos quoq; Cimbrici belli tumultus uelut ultor sacræ pecuniæ insecutus.Meminit &.A.Gellius & Strabo:qui nisi uitium in codice est Scipionem eius facti non Cepionem scribit auctorem fuisse.ob id & deũ ira extorrem in exilio uita functum.

Ex eodem.i.

ALIA PER SESE AVRO MERO DECORANT. CVIVS LICENTIAE ORIGo NOMINE IPSO IN SAMOTHRACIA ID INSTITVTVM DECLARAT . Quidam uetustos codices secuti non In Samothracia sed In Samo legunt.Ipse in Samothracia defendo.Habet autẽ hoc genus ornamenti nomen Dardanũ/ex Plinio inferius:Cuius inquit sceleris nos coarguimus illum primum qui auro dignitatem per anulos fecit ut habeant in Lacertis iam quidem & uiri quod e Dardanis uenit / & Dardanũ uocabatur.Porro Samothracia insula:est quam prius Dardaniam

Universidad de Deusto
Biblioteca

uocabant a Dardano/qui Palladium Mineruæ ſecum eo ferens cõ fugiſſe traditur:poſt Samiis inſula bello eiectis cũ eo ſe in Thraciam ex Aſia reciperent indidere nomen ut pro Dardania Samothraciam uocarent Pauſanias & Stephanus.Mentionẽ Dardanoꝝ & iuriſcõſulti faciũt:ſed ꝓ iis capiunt q̃ preciis ĩmanibus annonas flagellãt:ut apud nos Cenomani mõticolæ:item Becuni ques Plinius Focunates uocat.

Ex eodem.i.

ALII BRATTEAS INSERVNT LEVIORE MATERIA PROPTER CASVM GEMMARVM TOTAM SOLICITVDINEM PVTANT.Legendum forte ſit nõ Putant/ſed Amputant.Item MARCIFERES LOCIFERESVE. Scribendum Marcipores Luciporeſue:a Marco & Lucio: Sequitur enim Dominorum gẽtiles:hoc eſt autem heris ſuis cognomines.auctor eſt & Varro qui & Satyrã inſcripſit Marciporem.& Fabius Quintilianus:Primo in ſeruis inquit intercidit iã illud genus quod dicebatur a domino:unde Marcipores Publipores.

Ex capite.ii.in fine.

L.HELII STELLIONIS PRAECONINI.Legendũ .L.Hælii Stilonis / ex Plinio inferius: Vulgato inquit Stilonis præconini ſale. Varro quoq; ac Fabius inter auctores.L.Hælium Stilonem citant nobilem grammaticum.

Ex capite.iii.

VIRIOLAE CELTICAE VIRILES CELTHIBERICAE. Omnis fere uetus lectio habet non Viriles/ſed Viriæ. Item:HABEANT FOEMINAE IN ARMILLIS DIGITISQVE TOTIS COLLO AVRIBVS PER HAS DISCVRRãt CATHENAE CIRCA LATERA. Vetus lectio non Per has: ſed Piris:ut fere putem legendum Peris.

Ex eodem.iii.

HERPOCRATEM STATVASQVE AEGYPTIORVM. Lego Harpocratem ex Catullo Plutarcho cæteris. In Varrone locus mendoſus eſt hoc modo: Et ſi Harpocrates digito ſignificat. Scribendum eſt Et ſilentium Harpocrates digito ſignificat.Et infra:ITEM INTENDIA ET PONDERA.Lego Impendia ex Varrone:a quo Plinius omnia fere hic dicta ſumpſit/ex primi libri fine qui de lingua latina inſcriptus eſt:item ex ſecundo. Significat autem Impendium Varroni pecuniã quæ in fœnore ſorti accedit/hoc eſt uſuram ipſam:q; inter ſe inquit iungat unumq; fiat quaſi compendium.Cicero quoq; in quadam ad Atticum epiſtola

Fœnus inquit & impendium. Sidonius Apollinaris poſteriora nominat uſuras ipſas:quoniam qui fœnus agitant & in uſuras extendunt uidentur aggregare poſteriora prioribus/& ortis oritura connectere.Ob id græci Tocos uocãt eas quaſi partus & ſobolẽ poſteritatemq;.

Ex eodem.iii.

CONSTITVTVMq; Vt ASSES SEXTANTARIO PONDERE FERIRENTVR. Quidam ſequentia non legentes arbitrantur Dextantario non Sextantario legendum eſſe:quaſi parũ congruat/aſſem unciis duabus conſtare:cum tamen ſtatim Plinius ſubiiciat:Poſtea inquit Hannibale urgente.Q.Fabio maximo dictatore aſſes unciales facti.Quid q; & Semiunciales percuſſi ſunt lege Papyriana/ut idem Plinius mox teſtatur?Quod uero hic dicitur QVINTA PARTE LVCRI FACTA DISSOLVTũ AES ALIENVM.Vetus lectio Quinq; partes lucri factæ diſſolutumq; æs alienum.Sed quid ratione diſputamus:auctoritate Feſti Pompeii reuincuntur apertiſſime:Sextãtarii aſſes inquit in uſu eſſe cœpere ex eo tempore quo per bellum Punicum ſecundum qđ cum Hannibale geſtum eſt/decreuere patres ut ex aſſibus qui tũc erant librarii fierent Sextantarii:per quos cum ſolui cœptum eſſet & populus ære alieno liberaret/& priuati quibus debitum publice ſolui oportebat/non magno detrimento afficerentur.Et hæc Põpeii uerba in iis quæ a littera.s.incipiunt/leguntur:ne quis cauillari poſſit.

Ex eodem.iii.

IN TRIENTE VERO ET QVADRANTE AES QVADRANS ANTEATRIVNCIS VOCABATVR A TRIBVS VNCIIS.Ita lego:ut uerbum Quadrans initium ſit ſequentis clauſulæ.Varronẽ ſequor.is Quadrantem ait Triuncem quoq; dictum fuiſſe:Triuncis inquit de tribus unciis.quod enim libellæ ualet quarta pars ſic quadrans aſſis. Hic & Teruncius quoq; dicitur Varroni Ciceroniq;.Quoniam uero etiam in triente quadranteq; notam nauis fuiſſe quidã ſcribunt/dicentes rantum a rate inſcripta nominatum quadrantem aliquando:poſſet ad hunc modũ legi.In triente id etiam & quadrante erat. Ego Rantum pro Aere ipſo capi a ueteribus ſcio: unde porta Romæ Randuſcula Pompeio. Proinde ſunt qui legant:In triente uero & quadrante æra: hoc ſenſu: In Triente & Quadrante notam fuiſſe non Ianum aut roſtrum nauis / ut in aſſe ac libra / ſed æram numeri eius quem ualebat. Marcellus / Aera inquit numeri nota eſt. Lucilius hæc eſt ratio peruerſa: Aera numeri eſt ſubducta improbe.

Universidad de Deusto
Biblioteca

Astrologi quoq; non recentiores modo/sed ueteres : ut Ptolomæus Theon/ cæteri:tpis initiũ a quo supputatões incipiũt/Aerã uocãt.

Ex eodem.iii.

SAEPIVS CLAVDIVS GRACCHI FAMILIARIS AVRo REPENSVM CAPVT EIVS EXCISVM AD OPIMIũ TVLERIT . Legunt Florus Appianus & Plutarchus & codices Romani/Septimuleius:non Sæpius Claudius.Is Anagninus fuit ut ex Ciceronis Oratore constat:Septimuleio inquit illi anagnino cui pro.C.Gracci capite erat aurum repensum.Vsitatum hoc uete ribus nomen fuisse testatur Ellogium in Samnio apud Eserniam C.Septimuleio.C.F.Tro.obolæ.iiii.Vir.ex testamento.

Ex eodem.iii.

ANTONIVS SOPVS IN CONTVMELIAM NATVRæ VILITATEM AVRO FECIT OPVS PROSCRIPTIONE DIGNVM.Verbum Sopus exemplaria fere nõ habent pinde ut superfluũ uideri possit. Quod aũt sequit᷑ SED PRæTER ALIA:in uetusto codice loco eius scriptum est/Sed Spartaci : idq; mire quadrat: cum sciamus inqt Spartacũ interdixisse castris suis nequis aurum haberet aut argentum.Deinde paulo post Antoniũ inquit Triũuirum aureis usum uasis in omnibus obscenis desideriis.Hoc eius factum est quod Plinius dignum proscriptione censet.non quidem Octauii aut Lepidi/sed Spartaci.Acceptum id ex Philippicis:ubi Cicero.M.Antonium multis locis Spartaco fugitiuorum duci comparat.

Ex eodem.iii.

NEC PONDERE AVT FACILITATE MATERIæ PRæLATVM ESt CAETERIS METALLIS AVRVM.CVM CEDAT PER VTRVNq; PLVMBO.Quidã falsũ putãt auro ponderosius esse plumbum . Item:SOSESTRE AEGYPTI RÈGE TAM SVPERBO. Scribendum Sesostri:auctor Herodotus & alibi Plinius Strabo Diodorus cæteri . Sesoostris & tetrasyllabos Ausonio. Item:FERASQVE ARGENTEIS VASIS INCESSERE TVM PRIMVM VISVM.Vetus lectio Ferasq; argenteis uasis incessiuere tum primum. Item:VNI NIHIL IGNE DEPERit TOTA ETIã IN INCENDiis ROGISq; DVRANTE MATERIA.Codices antiq non Tota/sed Tuto.sensus tamen idem utroq; modo . Item: QVATERNVM VTRAEQVE DIGITORVM SPARGANTVR . Eadem exẽplaria non Vtræq;/sed Vtroq;:id est in longum latumq;.

Ex eodem.iii.

ATq; IPSVM OBRIZVM VOCANT. Scribendum uidetur Obryzũ p.y.ex Phocionis sñia:q̃si ἀβρύζοϱ: hoc est sincerũ delicatũq;.de quo Trãqllus.Itẽ:MARMORi Et IIS QVæ CANDæ FIERI NON POSSVNt.legendũ Marmori & iis quæ candefieri non possunt:ut nõ tam candorẽ q̃ excandescentiã in eo uerbo capias:qualẽ ferrũ & æs nõ marmor cõcipit.Itẽ:ALVmẽ IN PVr GANDO VIM HABEt TALE Est QVALEM ESSE DIXIMVS PLVMBO.Scribe Talem/non Tale est.

Ex capite.iiii.de Auro.

MARMORIS GLORIAE INHAERENS. Lego Marmoris glareæ inhærens.Itẽ:MOLLIt᷑ IN FARINã.Scribo Molitur p simplex.L.Itẽ:Nã Qd IN PILIS CVDũt APILASCVDẽ VOCANt.Vetusti codices:Nã qd ad pilas cudũt Apilascudẽ uocant: quasi qd ad pilas cudit᷑: Ex eodem.iiii

ARGENTũ QVOD EXIT A FORNACE SVDOREMq; EQVI CAMINO IACTAt᷑ SPVRCICIA IN OMNI METALLO VOCAt᷑ SCORIA . Plinius sequẽti libro:Aes inquit ipsum in catino defluit:scoria extra fornaces.Proide ita forte legeris/idq; obiter ex uetustis codicibus:Argentũ qd exit a fornacis sudore:quæ e camino iactat᷑ spurcicia in omni metallo uocatur Scoria.ut sit sensus:quod sic defluit in fornacibus sudore/argentũ uocari:sicut spurcicia quæ iactat᷑ e camino Scoriã. Forteq; nõ e camino/sed e catino:ut Plinii uerbis quæ mox prætexui conueniat.Aut sic : Argentũ qd exit a fornace/sudorisq; q e camino iactat᷑ spurcitia/in omni metallo uocat᷑ Scoria.Itẽ:FOSSæ IN QVAs PROFLVAt CAVANt᷑ AGANGAS VOCãt.Vetusti codices Gaianas.fortasse Agogas:ita.n.græci uocãt/fere quas nos Inlices:nisi qs

Ex eodẽ.iiii. Caianas/quasi ab inuẽtore Caio.

AVRVM ARRVGIA QVAESITũ NON COQVITVR SED STATIM SVVM EST.Legendum fortasse:Aurum arrugia quæsitum non coquit᷑:sed statim sudum est.Potest & Suum legi:hoc est non mandatur igni/sed suam statim naturam præfert absq; ulla cura.Item:INVENIVNTVR ITA MASSæ NEC NON IN PVTEIS ETIAM DENAS EXCEDENTES LIBRAS PALACAS HISPANI ALII PALACRANAS IIDEM QVOD MINVTVM EST BALVCEN VOCANT.Fortasse legendum quibusdam uidet᷑ Placas/non Palacas Ita enim græci Crustas appellant massasq; in tabellæ formam con

Universidad de Deusto
Biblioteca

gestas. Ego Palacas siue Palas ex Strabone: qui minores tamen au
ri massulas & utiq; non maiores selibra Palas in Hispania dici uo
luit. Plinius quoq; uolumine sequenti: Expuitur inquit æris Pala
quædam: hoc est quod græci Plegma appellant.

Ex eodem. iiii.

EXTAT LEX CENSORIA VICTIMILIARVM AVRI
FODINæ. Legerē: Extat lex censoria uici ictimiliaꝝ siue ictimu-
loꝝ aurifodinæ. Strabo ἐμ ὀυερκέλλοις χρυσορύχιομ ἤμ κώμη δέ ἐστ
πλησίομ ἰκτιμούλωμ: hoc est apud uercellas inquit aurifodina erat
iuxta uicum Ictimuloꝝ.

Ex eodem. iiii.

IN TEMPLO ANAETIDIS. Pausanias Anæitidis, Strabo Ana
itidis: de qua statim plura. Q d auté hic dr̄ statuā ex auro solidā a
græcis Holosphyraton uocari/Strabo Sphylerató quoq; appellat.
Itē: QVOD IN SITV TERRAꝝ NOMEn HOC SIGNI
FICAVIMVS NVMINE ILLIS GENTIBVS SACRA-
TISSIMO. Scribendū puto: Q d in situ terræ Armeniæ significa
uimus & reliq̄. etenim libro. vi. ubi de amne Tigri agit̄/Eulæus in
qt amnis circuit arcē Susaꝝ ac Dianæ templū augustissimū. Aut
sic: Q d in situ terraꝝ noīe hoc significaui-mꝰ numine illis gētibus
sacratissimo. id est etiāsi ꝓpriū eius deæ uocabulū nō diximus: no-
mine tn̄ hoc signauimus: augustissimū Dianæ templū appellādo.
Herodotus & Pausanias Anæitin deā a Lydis etiā coli tradunt. itē
Strabo sed in Armenia præcipue Zeletica regione. Erat & Anæi-
tis Armeniæ quædā regio. Plinius li. v. Fluit inqt Euphrates Der-
xenē primū mox Anæitiā regiōes Armeniæ a Cappadocia disclu-
dēs. Susianæ huius deæ templū & Solinus celebrat.

Ex capite. v.

QVICQVID Nō TRANSMEAt REPERit̄ IN PILA. legēdū
Repetit̄ in pila. honestū genus locutiōis: ꝓ eo qd est iteꝝ ī pila tū-
dit̄. Itē: TVRESSOBIT in VOCāt EIVSq; DVO GENERA
FACIūt ELVtā QVæ SERVAt̄ IN LOMēta & LIQVIDā.
Vetusti codices hn̄t: Orobitin uocāt eiusq; duo genera faciūt luteā
quæ seruat̄ &c̄. Plinius quoq; paulo īfra: Luteā putāt a Lutea her-
ba dictā. Itēq; infra: Medici inqt Acesin appellāt: quæ nō est Oro-
bitis. Vitruuius quoq; Luteā/siue ut codices fere hn̄t/Luteū uocari
herbā tradit quæ Chrysocollā mētit̄ ut post liquebit ꝓtinus. Item
QVā IPSā CERVLEO SVBTRITā CHRYSOCOLLa IN
DVCūt VILISSImo GENEre ATq; FALLACISSimo. Non
lego Chrysocolla: sꝫ ꝓ Chrysocolla: ex uetustis codicib⁹: & uiq; ne
sensui labes fiat. Plinius quoq; li. xxxv. genere quodam Cerulei qd

Appianū uocat̄ Chrysocollā luteā adulterari ꝓdit. Vitruuius: qui
nō p̄t inqt chrysocolla ꝑ raritatē uti: herba quæ luteū appellat̄
ceruleū inficiūt & utunt̄ uiridissimo colore. hæc aūt infectiua inqt
appellat̄. de quo aliubi cōmodiore loco diximus.

Ex eodem. v.

AD ID GLVTINū FIt AVRO & SPVMA ARGENti AD
SVPRADICta ADDItis. Vetusti codices nō Spuma argēti: sed
loco eius/Septia ꝑte argēti. nec plane displicet: qn̄quidē Theophra
stus Santernæ genus quoddā uidet̄ appellasse: cū dicat id ex aceto
teri mortariis & pistillis æreis. Itē: CALX AQVA ACCENdit̄
Et THRACHINVS LAPIS. Vetus lectio Thracius nō Thra
chinus. qd & ꝓbamus ex Dioscoride q hoc ipsū tradidit & Thra-
ciū uocari eū uoluit. Itē. CARBONI MAIOR VIS EXVSta.
Legendū Exusto. nā seqtur: iteꝝq; flagrāti. ꝓbat hoc & Theophra-
stus: &. xxxvi. li. Plinius: Ipse inqt carbo uires hr̄e īcipit restinctus

Ex capite. vi.

Latq; interisse creditus.
STIMINI APPELLāt. Lege Stimmi: ex Dioscoride Galeno cæ-
teris. Itē: ALIq TVRBASIN. Lege Larbason ex uetustis codici-
bus & Dioscoride. Itē: MINVSq; RABIANS & ARENOSior
Lege Minusq; radiās & arenosior: ex uetustis codicibus & Dioscо-
ride. Item: CONVOLVit̄ VERVCVLO VT SIt MODICI
PONDEris. Antiq̄ exēplaria: Vt sit modici tpis. Legendū aūt nō

Ex eodem. vi.

Temporis/sed Teporis.
CONFRACtis TABVLIS AD MAGNITVDinē ANVLOꝝ
Forte legas: Cōfractis tubulis ad magnitudinē auellanaꝝ. Dioscо-
rides. n. καρύωμ dicit: hoc est nucū. De Tubulis & paulo supra Pli
nius. Tubuli aūt a tubo/nō a tuba sunt: de qbus sæpe Vitruuius.
Itē: ACCENSa FOLLIBVS AD SEPARANDOS CARBO
NES CINEréq;. Verba Ad separādos carbones cinerēq; iungunt̄
cū sequēti cæso: id ē abluit̄ aceto aut uino: Dioscorides. Itē: VSVs
EIVS AD COLLYRIA & NITRū. Lego: Vsus eius ad colly-
ria & litu: ex uetustis codicibus/& ut intellectus subsistat.

Ex capite. vii.

ANTE PRAXIBVLū ATHENIENSiū MAGISTrū. Plinius
Magistratū/nō Magistrū libro tertio: Theophrastus inquit in eo
uolumie qd scripsit Nicodoro Athenienſiū magistratu. Pōt & Ma
gistro: ut Eusebius: Sub Archippo inquit Athenienſium magistro
fuit Homerus. Nam & græci dicūt ἐπὶ ἄρχοντος μικοδιώρου. Lege
bant aliq & Thrasibulū. Sed Praxibulū scribere oportet ex eodem
Theophrasto: q de hoc ipso ita īqt ī libro de gēmis ὃν πάλαι δέ ϛιμ
ἀλλὰ περὶ ἔτη μάλι ϛ ἐμεμηκοντα ἦσ ἄρχοντα πραξίβουλον ἀσηνησι.

Universidad de Deusto
Biblioteca

Ex eodem.vii.dè Minio.

REPERiri AVtē IAM Tū IN HISPANIIS SED DVRVm ET ARENOSū ITē APVD COLCHos.Hæc uerba de Theophrasto sunt in uolumine de gēmis ἀντοφυεσ᾽ μεὶμ τὸ πιρὶ ἰβηρίαμ σκληροῖμ σφόδρα καὶ λιθώδεσ.καὶ τὸ ἐμ κόλχοισ.Vereor Theophrastū non de Hiſpaniis ſed de Hiberia locutum altera quæ Albanis iuncta eſt:qñ & Colchos noīat iis uicinos. Alioq & in Carmania quoq; gignebaī Miniū ut Iubæ Placet.Præterea fere perpetuū eſt græcis ſcriptoribus:ut Hiſpaniā ſignificēt nō ſimpliciter Hiberiæ uocabulo:ſed Hiberiæ ad occidentē ſpectātis:hoc eſt τῆσ ἑσπερίασ aut τῆσ προσ᾽ ἑσπεραμ. idq; Dioſcorides cōſtātiſſime obſeruat.Porro Miniū qđ ex Hiſpania cœpit inuehi/nouitia potius res uidēī fuiſſe/nec Theophraſto cognita.errare quidem malim ipſe q̄ Pliniū.ſed obſeruatio hæc quātulacūq; perire nō debuit:& hercule cogitationem aliquā huiuſmodi ſupprimere : non eſt parcere ueteribus/ſed inuidere poſteris. Mihi porro gratiſſimā rem lecturi nr̄a fecerint/ſiqua minus accurate poſita monſtrauerint.oēs oīa nec uidere nec meminiſſe poſſumus. Ex codē.vii.

ALIAS CIRCA PICTVRAS PIGMENTA QVæRAMVs Legendū partim ex uetuſtis codicibus : partim ut ſenſus conſtet: Alias circa picturas/pigmētaq; rarus.Naues aūt ab Homero commendanī rubrica:ideo q; eas uocare ſolet μιλτοπαρείασ . Itē:MILITON VOCANT GRAECI MINIū.Lego Milton:ex Dioſcoride ac cæteris ſcriptoribus. Qđ aūt hic dr̄:Verum Cinnabari appellant inquit Saniem draconis eliſi elephantorum morientiū ponderē:de qua pugna octauo quoq; libro dictum eſt. Sunt q; fabulā eſſe dicāt : & Plinium quoq; rideant prodentem quæ ueteres dixere. Dioſcorides li.v.Cinnabarin inqt ἐμίσαμ τιμὲσ τὸ αἷμα ἔιμαι δρακόμτιομ. hoc eſt:putauerūt inquit aliq ſanguinē draconū eſſe Cinnabarin:Nec īprobat.In officinis certe uēdīī medicamētū hodie ſanguis draconis appellatū:magno precio cū ſincerus é nec adulteratus: quē pleriq; Verū Cinnabari exiſtimāt:nec qđ ſit aut Ex eodem.vii. Unde cōſtet ſciūt reddere.

ITEM SYRICO.Legendum quibuſdam uidetur Scyrico per.c. a Scyro inſula:ut inqt hoc ipſo libro Plinius circa finem. Sed aliud eſt Syricum quo minium ſublinitur: de quo Plinius & hic & trigeſimoquinto libro. Aliud Scyricum/de quo in calce huius uoluminis.Syricū fictitius colos eſt ex ſinopide ac ſandyce mixtis quo minium adulteratur.Aetius & Plinius Syricum.Paulus Sericum Alii Siricum ſcripſere. Scyricū uero Silaceus ſiue Ceruleus colos

eſt:q̄q̄ uetuſti codices nō habēt Scyricū/ſed Tyricum:ab Tyro inſula. Item: SVBLINI AVT SCYRICO MINIVM COMPENDii RATIO DEMONSTRAt. Legendum eſt:Sublini autem Syrico & cætera:ex Plinio aliubi ut mox oſtendi.

Ex capite.viii.

NON SOLITVM INVENIRI NISi IN FLVMINE HYMOCHo.Legendum eſt nō Hymocho/ſed Tmolo:ex Theophraſto in uolumine de gemmis.Poteſt & Tymolo. Stephanus utroq; modo appellari poſſe teſtis eſt.Plinius quoq; Tmolū mōtē Lydiæ Tymolū dici tradit:a quo & flumini datū nomē autumo:q̄quidē & Lydius uocaī lapis de quo hic nūc loqmur.Ouidius:Deſeruere ſui nymphæ uineta tymoli.& libro.vi.Metamor.etiam ſi corrupte Ex capite.ix. Legebatur Tmoli.

Tmolus
Tymolus

DONEC SEIPSA OPERCVLA OPEriāt.Legendū Aperiant. Et infra:MARCo GRATIDIANo.Apud Ciceronē tertio de legibus Marco Gratidio:ſed mēdoſe ſcriptū eſt:quoniā & de officiis tertio Marius Gratidianus nō Marcus Gratidius legiī. ſed & ſequēti libro Plinius Mariū Gratidianū uocauit . Item:PRIMVS FECit PRAXITELES MAGNI POMPEii AETATE.Vetus lectio fere habet Paſiteles:de quo & ſequētibus libris. Eſt.n.& Ex capite.x. Paſiteles in nomine.

Et VT MEMORiā QVIDē OPTIMo OCCVPAVERit.Romani codices:Atq; ut nomē qdē optimi occupauerit.Quid ſi legas Opimi/nō optimi:ī hoc eſt diuitis:&.n.Craſſus ita cognoīatus eſt. Qđ ſi etiā legas optimi/ſenſus erit talis:etiā ſi ex hoc diuitiaq; cumulo cognomē ſibi nō dico locupletis ſed optimi quoq; pepiſſet:nihil tñ eſt quāobrē in eo mirari ſe debeat:q; multi etiā ſeruili genere ditiores fuiſſe memoranī. Ex eodem.x.

MILLE CONVIVAS TOTidē AVREis POTORiis IMITANtē VASA Cū FERCVLIS SAGINASSE.Vetus lectio Mutantē nō Imitantē:q̄q̄ nō mille cōuiuas/ſed centū decē in aliq̄ multis manu ſcriptis codicibus inuenias.Hūc morē mutādi cū ferculis uaſa & de Ptolomæoq; diuitiis Athenæ⁹ copioſiſſime diſſeruit.nā uaſa quæ cōuiuis apponebanī ut ſecū ea ferrēt donoq; hērent ἀποφόρητα uocabāt eodē auctore.Itē:PYTHIS BITHYNNi.legendū ex uet.codicibus Pythii/nō Pythis.& ſane Pythius Atys filius ab Herodoto uocaī hic:etiā ſi nō Bithynnus ſed Lydus fuiſſe tradiī/e Celenis oppido ubi Marſias pepēdit.ſed regionū limites ſæpenumero mutati faciūt ut mō Phrygia/mō Lydia/mō Bithynia dici potuerit.

Universidad de Deusto
Biblioteca

Ex capite.xi.

ET.N.TABERNAS MASSIS ADOPTAVIMus.Lego Mensis/non Massis.De Officina uero Claudiana cuius supra ſtatí mẽtio facta eſt/hẽtur Romæ in tẽplo Viuianæ uirgís epígrãma nobile iis uerbis.M.Canulei Zoſimus uix.ann.xxviii.fecit pr̃onus lib. bñmeréti:hic in uita ſua nulli maledixit/ſine uolũtate pr̃oni nihil fecit.multũ pr̃oderis auri arg.penes eũ ſemp fuit.cõcupiit ex eo nihil unq̃:hic arte cælatura Clodiana oẽs euicit.Itẽ:POMPEA NERONIS CONIVNX.Scribendũ Poppea:locus eſt notiſſimus.

Ex eodem.xi.

CARVILIVS POLLIO EQVES ROMANVS NON VT OPERE AVT DELICATA SPECIE FACERet SED PVNICA.uetus lectio nõ Ope/ſed Opiret.itẽ nõ Delicata ſed Deliaca. De hoc Caruilio ſiue Carbilio Pollione Plinius li.ix. ꝓdigi & ſagacis ad luxuriæ inſtrumẽta ingenii hoíem appellãs/q̃ primus inſtituiſſet putamibus teſtudinũ repoſitoria & lectos opire.Sequẽti etiã libro: Antiq̃ſſima inqt æris gloria Deliaci fuit mercatus in Delo cõcelebrãte toto orbe.ideoq̃ cura officinís triclinioꝝ pedibus fulcriſq̃. Cicero in actiõe ꝓ Roſcio:Domus inqt referta uaſis Corynthiis & Deliacis.Itẽ q̃rta cõtra Verrẽ:Supellectilẽ ex ære Deliacã & Corynthiã.Itẽ in eadẽ alio quoq̃ loco/ſed corrupte legiť Deliciatã ſupellectilẽ:ꝓ deliacã.ſicut haud ita multo poſt Sicheri poetæ ſtatua incurua:ꝓ Steſichori. Hẽtur aũt Deliaci opis in actiõe quoq̃ ſexta mẽtio.tã&ſi Deliciatũ tectũ dr̃ a trabe Delicia: & Deliciares tegulæ:ſed aliud hoc eſt ut liquet. In eadẽ or̃oe locus alius eſt fortaſſe corrigẽdus:In iis inqt pocula duo quæ Heraclea noían tur.Scribendũ arbitror Thericlea non Heraclea:etiã ſi quædã ut Athenæus ait Herculea dicerenť.De Thericleis aũt ab auctore dictis & Plinius & Theophraſtus & Athenæus & fere græci oẽs.erãt eni celeberría.cũ alioqn obſcura eẽnt Herculea. Ex eodẽ.xi.

AVT ACERE OPERTA AVt CEDRO. Vetuſti codices hñt Citro non Cedro.Itẽ:TYMPANA VERO SE IVVENE APPELLATA TVMATEras LANCES QVAS ANTIQVI MAGIRAS.Vetuſti codices nõ Tumateras & Magiras/ſed Stateras & Magidas.De Magide q̃ mẽſæ uel inſtrumẽti coqnarii genus eſſet/Iulius Pollux auctor.Lancẽ quoq̃ ſtatera græcis dici nemo ignorat. q̃q̃ Stateris nomẽ apd̃ eos multa quoq̃ alia ſignificat ex eodẽ Iulio Polluce. Habeť & panis ſeu offæ genus/qd̃ Magida quoq̃ appellãt:ut in Ordeo mõſtrauimus/e theſauris Athenæi Polluciſq̃. Ego tñ nec Stateras nec Tumateras/ß Climateras ex eodẽ

Polluce lego:qui uaſoꝝ inquit eſſe nomina Climateras & Tympana quæ & Cymbala uocari tradidit. Ariſtophanes Climacas & Climacía quoq̃ uaſa nominat. Forte uero non Climateras magis q̃ Clemateras a pampinis dictas exiſtimare quiſq̃ poſſit:propterea q̃ in uita Claudii principis apud Pollionem Trebellium Pampinatæ quædam lances argenteæ triginta librarum pondere legũtur.quemadmodum & Ederaceæ quædam pateræ/item Corymbiati quoq̃ diſci. Tympana uero a forma nomẽ habuere:qñ & margaritæ qbus una facies rotũda & planities auerſis eſſet Tympania ut ipſe nono ait libro noíabantur. Ex eodem.xii.

ARGENTO SVCCEDIT EX EA RE ALIQVANDO ET AVRO LVXVS FOEMINARVM PLEBIS. Vetus lectio fere: Argẽtum ſuccedit ex re aliq̃n & auro luxu fœminaꝝ plebis & reliq̃.Eſt aũt ſenſus:ex cauſa q̃nq̃ fieri/nõ quidẽ modeſtia ut ꝓ auro qs utať argẽto:id quod luxu fœminaꝝ plebis cõtingit:quæ ſibi compedes ex argento faciũt:qa ex auro uetat lex illa ſiue mos plane triſtis quo ſeparanť ac dirimunť ordines. Plinius ſupra:Aurũ inquit etiãnum pedibus induitur?atq̃ inter ſtolam plebemq̃ hũc mediũ fœminaꝝ equeſtrem ordinẽ facit? Item: VIDIMVS ET IPSI IALERIVM; TVSCũ.Oẽs antiq fere codices Aureliũ fuſcũ.Alioqn Ialeriũ nullo mõ/ſ̃ aut Laberiũ aut Valeriũ aut certe Aureliũ ſcribi pót. Cognomẽta uero tã Fuſci q̃ Tuſci/ucteribus in monumẽtis leguntť.De Fuſco liquet.de Tuſco lapis ẽ Romæ noía cõtinens fabrũ naualiũ/inter quos Septimius Tuſcus eſt.

Ex eodem.xii.

VAGInæ CATILLis.Siqs in uagina quẽadmodũ Catilli ſint paꝝ intelligit:pót Batillis ſcribere. Significat autẽ Batillus Plinio fere brateã & laminã:unde nos uulgo quoq̃ ferrũ tali forma noíamus Batillũ. Accedit q̃ ſtatim ſubiungiť hoc loco:Baltei laminis crepitent. Porro qd̃ paulo poſt de Pædagogis addiť:Iã uero inqt a Pædagogis ad tranſitũ uirilitatis cuſtodianť:ſenſũ hẽt qualẽ ſumim̃ ex tertio huius libri capite ubi ait:Honeſtius uiri pædagogis aurũ damus balneaſq̃ diues pueroꝝ forma cõuertit.Monet me Pædagogoꝝ mẽtio ut qd in Suetonio ſignificẽt Ingenuoꝝ pædagogia/exponã.Ea uox ꝓ ſtupro qdẽ ꝓſtitutiõeq̃ accipiť:ſed corruptã puto Nec.n.Pædagogia ſed Proagogia legẽdũ arbitror.Et.n.προαγωγη & προάγειν hoc eſt apud græcos/qd̃ apud nos ꝓductio & ꝓducere. Pedianus Cicero.Plautus:Audientẽ inqt dicto mr̃ ꝓduxiſti filiã/hoc eſt ꝓſtituiſti.Plena ſũt græcoꝝ eius uocis in illũ intellectũ uolumina/Plutarchi Athenæi Theophraſti.

apud Suetonium ꝓdagogia
proagogia
Producere

Universidad de Deusto
Biblioteca

Ex eodem.xii.

SILENVS ET CVPIDO Et VENERATIO IN SCYPHIs Vetusta exemplaria:Silenus & Cupido & sacra gentis & uenera-tio in scyphis.Nisi quis ita malit:Silenus & Cupido & uenatio in scyphis.Solebat enim & uenatio pingi atq; fingi.Plinius sequenti libro:Nobilitatur inquit Lysipppus & temulenta tibicina & cani bus & uenatione. Pauloquoq; infra:Item Alexandri inquit uena-tionem quæ delphis sacrata est. Sunt & uetusti codices in quibus Venatio hac parte legitur.Item:ARGENTVN MEDICATIS AQVIS INFICITVR ATq; ETIAM AFFLATV FALSo. Legendum Salso:id est uel maris uel salis halitu.

Ex capite.xiii.

SILE PRIMI INSTITVEre PINGERE SEd POLYGNO-TVS ET MYCON ATTICO DVNTAXAT.Verbū Sed superuacue adiunctum est ab imperitis.Sensus uero talis:Sile hoc est Ceruleo ante omnes uti cœpisse Polygnotū & Myconem. Cæ-terum non omni Ceruleo/sed Attico dūtaxat.Etenim Cerulei tria genera memorātur a Plinio superius:Atticū/Marmorosum/Pres-sum/siue quod idem est Scyricum. Porro q; Sil idem sit quod Ce-ruleum/ex Plinio sequentibus libris colligas:præsertimq; qnto & trigesimo.Ausonius de Sile:Sit ne peregrini uox nois an Latii Sil.

Ex eodem.xiii.

CERVLEVM ARENA EST:HVIVS GENERA TRIA ANTIQVIVS AEGYPTIVM & reliqua.Legendum est Anti quitus nō Antiquius:ex uetustis codicibus. Etenim Theophrasti tempore diuisio illa fuerat ut Ceruleum triplex esset:Aegyptium: Scythicum:& Cyprium. postea probatum est Atticum/Marmoro sum/Scyricum siue Pressum.& alia quoq; nomina huiusmodi: ut ex Plinio & Vitruuio liquere potest.Fit & alia distinctio Cerulei: sed inter gemmas dicenda. Item:SCYRICVM HOC DILVI-TVR FACILE. Theophrastus Scythen uocat:ut legas Scythi-cum. astipulantur & scripti manu codices. de quo & libro huius operis ultimo differendum est a nobis.

Ex eodem.xiii.

CVNq; TERITVR IN QVATVOr COLORES MVTA-TVR CANDIDIOREM NIGRIOREM CRASSIORē TENVIOREM VE.Plinius hoc de secunda Cerulei specie uide tur intellexisse: Theophrastus de ipso Cerulei genere Τοῦ κυανοῦ ἔφη τοιεῖν ἐξ αὐτοῦ χρώματα τέσσαρα. Τὸ μὲν πρῶτον ἐκτῶν λευκότατον. Τὸ δὲ δεύτερον ἐκτῶν παχυτάτων μελάντατον. Item:EST ET SVBTILISSIMVM GENVS LOMENTI QVOD DANT TRITVM QVINIS ASSIBVS EXTI-MATVM.Vetusti codices ita legunt:Subtilissimū genus lomēti quidam Tritum uocant quinis assibus extimatum. Non displicet omnino:quia ut est apud Theophrastum græci Lomentū λείωμα uocant:quod tritum proprie significat. Item: IN MEDIO LE-VITER MORDET. Vetusti codices:In medendo leuiter mor-det.item Dioscorides in Ceruleo.Item:TOTA.HELLADIA.Le go Tota hellade:Pausanias Strabo Plinius cæteri.

CASTIGATIONES PLINIANAE EIVSDEM HERMOLAI BARBARI EX LIBRO.XXXIIII.

Ex capite.ii.

c ENTRONVm.Strabo Ceutronū:ut libro tertio mō strauimus. Itē:NVLLO MVNDICIARVM DE-SPECTV. Scribendum Respectu. Plinius alio loco: Vt eadem inqt materia & cibis & probris seruiat. Itē: MYROMILAS VSVS EST. Vetus lectio nō Myromilas:sed Myron.huius & Polycleti eundem præceptorem fuisse Ageladem

Ex capite.iii. Testis hoc ipso libro Plinius.

NEC PVDEt MILITARIVM SALARIIS EMERE CVM IPSVM NOMEN A CANDELABRORVM LVMINE IMPOSITVM APPAREAt ACCENSO CANDELABRI TALIS FVIT VT AVCTOr ESt DION IVSSV PRAE CONIS.Vetus lectio non Tribunatum:sed Tribunorum.Nec a candelabrorum:sed a candelarum lumine. Omnino locus anceps ac lubricus: & qui ex historia totus pendens sine historia restitui non possit.quia tamen audendum est aliquando/ut æmulatiōe sal tem excitetur ignauia: scribendum forte sit hoc modo:Nec pudet tribunorum militarium salariis emere/cum ipsum nomen a cande larum lumine impositum appareat:auctio candelabri talis fuit/ut auctor est Dion iussu præconis.M.Varro:Cādelabra inquit a can dela:in his enim funiculi ardentes figebantur.Martialis de cande labro Corynthio:Nomina candelæ nobis antiqua dederunt:Non norat parcos uncta lucerna pfes. Erit uero sensus talis:Pudere de-buisse q candelabrū Corynthium talento mercatus fuerit/quantū

Universidad de Deusto
Biblioteca

erat/ut ait Strabo uolumine undecimo/Tribuni militaris ſtipendium:id eſt Sextertii quinquaginta:qui centum uigintiquinq; libras ualent:quibus uidelicet talentum conſtat:cum ſcire poſſet obſordidum eius uſum candelabro a candelis inditum uocabulū fuiſſe.Huius autem licitationis & auctionis in Dione mentionē haberi tradit præconis iuſſu factæ. Poteris & Tribunatum militarē defendere hoc modo:Nec pudet tribunatum militarē hoc eſt ipſos Tribunos candelabra ſalariis ſuis emere: quod erat utiq; turpiſſimum quando milites in balteo ſalarium non in pompa & luxu habere debent:ut in Aureliani principis uita ſcriptum eſt. Porro inter Tribunos fuiſſe qui dicerentur Primicerii Ammianus.xviii.libro ſignificat:Vexati ſunt inquit multi & nocentes & innocentes inter quos Valentinus ex Primicerio protectorum Tribunus. De Secundiceriis quoq; mentio eſt ueteribus. Inuenio militare inſtrumentū Obeliſcolychnion uocari ab uſu gemino ut inquit Ariſtoteles ueruculi & lucernæ. Quæ autem hic de Cleſippo Fullone cō ſequuntur:cimeriis quidem inuoluta ſunt tenebris:fortaſſe tamen clariora ex iis quæ modo explicata ſunt/uideri poterunt.at nos/ut ſolemus/hanc quoq; rem in medio relinquimus. Sūt enim aliqua non tā eruditionis q̄ fortunæ/ut hoc in genere:qui primus in hanc hiſtoriam uel penes Dionem uel aliū quem incurrerit:laboris huius Hercules uocabit.

Ex eodem.iii.

IMPVDENTIA LIBIDINIS RECEPTVS IN TOTVM MOX TESTAMENTVM PRAEDIVES. Vetus lectio fere Impudentia libidinis receptus in torum:mox in teſtamentū prædiues. Et infra:ET HANC CORYNTHVS FABVLā ADIECIT. Non Corynthus habet ſed Corynthiis: quaſi hoc ſenſu: Cleſippum illum aſpectu fœdum & cādelabri ſextertiis quinquaginta comparati fabrum a Gegania emptore primo ludibrii cauſa mox etiam libidinis receptum/hæredem quoq; ab eo ſcriptum:numinis & dei uice candelabrum illud a ſe factum habuiſſe:ut cuius occaſione prædiues effectus eſſet:is hāc fabulā Corynthiis adiecit: acceptū uidelicet id omne referendo æri Corynthio:uindicatis tū & notatis moribus Geganiæ ſepulchro nobili: per quod illius factum ſculptura forte aut ellogio in æuum omne poſteris teſtatum reliquerit. Græcum quidem hominem Geganiam item Cleſippū fuiſſe credi poteſt.Cæterum & Liuius in Anci Martii rebus geſtis & in antiquitatum libris Dionyſius Romæ Geganiorum gentem fuiſſe teſtes ſunt.

Ex capite.v.

CELATAS TANTVM DICABANt.Scribēdum Celetas:id eſt κέλητας:ex Pindaro Pauſania cæteris ſcriptoribus. duo qppe certandi equis genera/Synorides & Celetes.Synoris erat biga e duobus equis non pullis ſed adultis:quanq̄ poſt & e pullis quoq; iuncta eſt:Celetes ſingulari currebāt equo:interim & equuleo.Acceſſerūt & alia duo Calpe & Apene.i.κάλπη καὶ ἀπήνη. quæ poſtea decreto Eleorum antiquata ſunt.Calpe certabatur equa ita ut extremum curſum Anabatæ hoc eſt ſeſſores ipſi deſiliendo apprehenſis manu habenis perficerent.quem morem poſtea quoq; ſeruauerūt: tantum non fœminis ſed maribus utentes equis.Apene mulas iugabat:quod animal execrabile habebant nec in terra illa naſci poterat/cum circa uel frequens earum fœtura eſſet:Pauſanias.

Ex capite.vi.

P.IVNIO ET TITO CORVNCANIO QVI AB TEVSA ILLYRIORVM REGINA INTERFECTI ERANT. Polybius utrunq; ſcribit Coruncanum fuiſſe:non tamen interfectum utrunq; tradit a Regina Teuca.ita enim uocat ipſe/non Teuſam: ſed Iuniorem tantum.Proinde legi poteſt non Coruncanio/ſed Coruncanis. Appianus quoq; idem cum Polybio ſentit:Lucius item Florus:apud quem Teuſa quidem modo ſcriptum eſt: ſed in exēplaribus antiquis Teuca non Teuſa legebatur.

Ex eodem.vi.

C.OCTAVIVM. Cicero in Philippicis Trogus Valerius non.C. Octauiū/ſed Gn.Popiliū appellāt:qui uirgula circumſcripſit Antiochum.At:C.Octauius Laodiceæ interfectus eſt/eo miſſus a Senatū ut exploraret an bellum pararetur a liberis Antiochi iam defuncti/auctor Cicero.Nec uitiū eruditōis fuit hoc Plinio ſ̄ memoriæ. alioquin opere tam longo/uario/multiplici/una ſyllaba ceciſſe mortalem natum quis miretur? hoc ipſo genere.M.Tullius hoc alii pleriq; ut auctor Gellius eſt/interim labuntur. & Seneca ut ait Fabius nonnunq̄ deceptus eſt ab iis quibus aliqua inquirēda mandauerat.Item:DONEC SYLLA DICTATor IBI CVRIAM FACERET.Vetuſti codices:ea cauſa credo ne Sulla Dictator ibi curiam faceret.

Lapſus plinius

Ex eodem.vi.

NISI COCLIæ POSITā QVOq; PISO TRADERET AB IIS QVi VNA OBSIDES FVERāt REDDITIS A PORSENNA HONOREM EIVS HABVit.Errata quinq; in hoc

circunductu sunt.itaq; legendum arbitror:Nisi Cœliæ positã esse piso traderet ab iis qui una obsides fuerant redditis a Porsenna in honorem eius.Quod autem sequitur PVBLICIAE : scribendum Publicolæ.Habent autem uetusti codices:In uestibulo superbi domus:pro eo quod hic legiť:In uestibulo superiore domus.De Valeria Publicolæ nota est e Dionysio & Plutarcho historia.De Cœlia & eius statua libro scdo Liuius.itẽ de Cœlia gẽte in Anco Martio.

Ex eodem.vi.

STENNIVM STATILIVM LVCANVM. Scribo Septimiũ non Stennium. Item.L.PISO PRODIDIT IDEM AVCtor EST.M.AEMILIO.C.POMPILIO.II.CONSVLIBVS. Legendum.L.Piso prodidit.M.Aemilio.&.C.Popilio.ii.consulibus. Alioquin si cum superiore iungatur clausula dicentur pugnantia de Pisone. Item:AB EXTERIS POSITA ESt ROMAE A C.HELIO.Scribendum non a.C.Helio/sed.C.Aclio : ut demonstrant protinus sequentia.

Ex capite.vi.

EX PARVIS QVOq; SVRGVLIS QVOD PRIMũ OPERIS INSTAVRATI FVIt. Vetus & Romana lectio non instaurati/sed instar.Seruãt id hodie quoq; artifices.Item:MIRũq; IN EO q; MANVS FERVNt MOLES EA RATIONE LIBRAMENti Vt NVLLis CONVELLAť PROCELLis. Antiqua lectio:Mirumq; in eo q; manu ut ferunt mobilis:ea ratio libramenti est ut nullis conuellatur procellis:ad hunc sensum:In eo colosso id mirum esse q; cum manu possit moueri / ea tamen libræ ratio est ut uentis & tempestatibus resistat.Item:RELICTA MORA Et TEDio.Scribendũ Relicto:id est apparatu.nec mora nec tedio/sed moræ tedio. Item:ARVERNis PER ANNos DECEM PEDVM.CCCC.IN MAGNo PRECio.Codices antiqui:Aruernis p annos decem Sesterciis.cccc.immani precio.

Ex capite.viii.

PHRADMON.Pausanias Phragmon:qui & Argiuus fuit. Item: DEMEAM CLITORIVM MYRONEM LYCiũ.Pausanias Dameam.ideo autem Clitorium:quoniam alter quoq; Crotoniata fuit:sic & Myrones duo Lycius Erythris natus/alter Athenieñsis.Item:PATROCLVS.Pausanias Patrocles : id est πατροκλῆς Item:TOMYLES Et THERMACHVS.Scribendum Tomylos & Theromachus.illud ex Pausania:hoc ex Plinii libro quinto etiam si Therimachus ibi mendose legitur. Item: NAVCIDES:

& infra CHANACVS.Scribendum Naucydes & Canachus:qui & Sicyonius fuit & Milesiis Apollinem Didymæum fecit.Naucydes uero Mothonis filius & Polycleti frater auctore Pausania . Et paulo supra: LEVIARES HYPATODORVS . Scribendum Leochares Epatodorus . primum ex Plinii libro sexto : alterum nescio q̃ recte Pausanias . Item : STHENNIVS . Pausanias & codices antiqui Sthennis:qui Olynthius fuit. Item TEVSIMIADEM.Sunt exemplaria in quibus Zeuxin & Iadem.sunt in quibus Zeuxiadem.Item EVTYCLIDES. Pausanias Eutychides: qui & Sicyonius.Itẽ:CEPHISSIOROTVS. Scribẽdũ Cephisiodotus.

Ex capite.viii.

QVAE EST IN PARTHENONIA STANS. Lego:quæ est in Parthenone astans:ita enim templum Mineruæ uocabatur auctores Pausanias & Plutarchus . Ita & locus ubi uirginum est cõciliabulũ & conuentus:propterea q; uirginis uocabulo Mineruam intelligebant.Fuit autem Fanum id ad Acropolin curante Pericle conditum ab Ictino architecto:ut est apud Strabonem . Ictini meminit & Vitruuius.Idem Strabo ἐμ περοεπῶμι τὸ τοῦ φειδίου ἔργομ ἐλεφάμτιμομ ἢ ἀσπιδά.Ouidius:Arcis ut actææ uel eburna uel ærea custos Bellica Phidiaca stat dea facta manu.

Ex eodem.viii.

FECIT ET CLYDICVM . Legunt quidam Cliduchum ex uetustis codicibus:id est κλειδοῦχομ:hoc est clauigerũ.Pausanias Cledicum Athenis regnasse:cuius proauum Melanthon & patrẽ Aesimidam fuisse retulit.Idem auctor nymphæ specie Cliduchon spectari solitam Olympiæ demonstrat:Erant inqt proserpina & nymphæ:quarum altera pilam ferebat:altera clauim/Plutonis:qua infernus clauditur:utpote q; nemo inde reuertať . Scio & Daduchũ fingi solitum ueteribus : hoc est ferentem faces:qualis & Iacchus ipse Athenis in delubro Cereris fuit:& ipsa Ceres & Diana quoq; in Arcadia præcipue uero Cereris ministræ:ut inquit Strabo.Itẽ: FECIT ET DESTRINGENTEM SE.Lego Fecit & Distringentem se:hoc est τοῖ ἀπογυόμεμομ.de quo inferius.Distringere se dicuntur:qui se poliunt extergũtq;.id quod fere post quietem matutinis solemus omnes.

Ex eodem.viii.

ARTEMONA QVI PHAENAPORITOS APPELLATVS EST. Scribendum Periphoretos ex Athenæo:quasi circũlatilis.dictum enim ita tradit Artemonem ex argumento luxus/q;

Universidad de Deusto
Biblioteca

ĩ lectica circũferri geſtariq; ſoleret. ἀρτέμων φησὶν ὁ περιφορητὸς τὴν προσηγορίαν ταύτην ἐλαβεδιὰ τὸ τρυφερῶς βιοῦν καὶ τὸ περιφέρεσθαι ἐπικλίνησ. hic eſt ille quẽ Anacreon poeta non parcius q̃ Nonium Strumam Catullus conuitiis proſcidit. Item: FECIT ET DISCOBOLON ET PERSEA ET CRISTAS. Vetuſti codices: Fecit & dyſcobolon & Perſea & Priſtas. Eſt autẽ Priſtis Ariſtoteli Oppiano Plinio genus piſcis magni: de quo ſæpe inferi

Ex eodem. viii.

Lus quoq;.

SICVT SVIS CARMINIBVS ERINA SIGNIFICAt. Quidã ſcribunt Siſerna. Ipſe tueor Erinam ex chronicis Euſebii. Poetria fuit hæc Olympiade. cvii. ex Teno urbe Laconica. Stephanus: ἔστι δὲ πόλις λακωνικὴ μία τῶν. ρ. Τῆνος λεγομένη ἀφ' ἧς δὲ ἤρια τὴ

Ex eodem. viii.

Lμεια ποιήτρια.

VICIT EVM PYTHAGORAS EX ITALIA REGINVS PANCRATIASTE DELPHIS POSITO. EVNDEM VICIT ET LEONTIVS CVm FECIT HASTADIE DROMONSTYLON QVI OLYMPIAE OSTENDVNTVr. Legendum uidetur: Eundẽ uicit & Leontius: qui fecit Stadiodromon Aſtylon: qui Olympiæ oſtenditur. Stadiodromi dicũtur qui in ſtadio curſu certãt: ut ſit Aſtylus uictoris eius nomẽ. Pauſanias Aſtylos Olympiæ inquit oſtenditur / uictor ibi ter / continua ſerie ſtadio ac diaulo. Croton ei patria. Meminit & Callimachus & Plato in legibus: qui eum non tam curſu q̃ perpetua uirginitate clarum prædicat: indicta ſibi ultro / propter curſum: tanto eorum dedecore quibus ne ſacroſancta quidem litterarum & philoſophiæ ſtudia nequitias exercuiunt. Huius fecit imaginem Olympiæ Leontius ut Plinio uidetur: Pythagoras ut Pauſaniæ. Stadium a Diaulo differt: Diaulos a Dolicho: Dolichus a Milio. Stadium ut Heroni placet / pedes in longitudinem ſexcentos habet: Diaulos mille ducẽtos. Milium ſtadia octo. Dolichus ſtadia duodecim: ut ad hãc imitationem fortaſſe apud nos & equi & agitatores & porticus cẽtenariæ ducenariæ ac miliariæ dicantur.

Ex eodem. viii.

IOLPIS PVERVM. Vetus lectio Libyn puerum. Pauſanias de Liby puero multis locis. Spectari uero eum Olympiæ Mnaſeam nomine Cyrenæum: deinde Libyn cognominatum / armato curſu celebrem: quem Rheginus Pythagoras effinxerit: ſiue ut Plinius auctor eſt / Leontius. Filium Libys huius Crauſtionẽ quoq; noſant uictorem equo. Noui & herois eſſe nomen Iopa / quẽ Lacedæmonii

colebant. Sed prior lectio uera eſt.

Ex eodem. viii.

ITEM APOLLINEM SERPENTEMq; EIVS CONFICI SAGITTIS: QVI DIRCAEVS APPELLATVS EST. Vetus lectio non Dircæus / ſed Dicæus: hoc eſt iuſtus. ſequitur enim protinus: Quoniam inquit cum Thebæ Alexandro caperentẽ arum a fugiente conditũ ſinu eius cælatum eſſet: hoc eſt ſeruatũ fuiſſet. Sed & Menander poeta comicus δίκαιον γῆδιον. i. iuſtam terram denominat: quæ tantundem reddit quantum accepit.

Ex eodem. viii.

SIMVLACHRVM STROPHONII. Lego Trophonii ex Plinio & Cicerone in Tuſculanis / & Diuinationibus: ubi tamen corrupte ſcriptũ eſt Triphonius. Meminit & Athenæus & Pauſanias qui eum cum Agamede fratre in Lebadia ut Bœotii putãt / ſepultũ ſcribit Ergino patre. alii Apolline: cõditoremq; Delphici tẽpli eximant. cuius tamen rei gloriã alii aliis dedere. Item: PEVCESTEs Qui gentis nomen arbitrantur eſſe Peuceſten / non uiri proprium: facile coarguuntur a Diodoro Arriano Plutarcho. Q. Curtio: apud quos quemadmodum Peuceſtes Alexandrum Regem ſeruauerit oſtenditur. Item: SPINARVM. Romani codices non Spinarum ſed Spirarchum: quaſi Primipilarem aut cohortis præfectum. niſi quis Spintharum quoq; ſcribi poſſe credat: quo nomine plures fuere: inter quos Athenis Eubuli pater: & Corynthi alter nobilis architectus: qui Delphicum templum poſtremo exædificauit / auctor Pauſanias. Item: REGNVM XERXIS ET DARii. Lege Regum non Regnum. Item: PROSERPINAE RAPTVM ET CATAGLYSAm. Vetus lectio Cataguſan: id eſt κατάγουσαν ἀπὸ τοῦ κατάγειν: quod eſt reducere. De raptu & reditu Proſerpinæ fabula notiſſima. Sed melius Catachlyſin id eſt κατάχλυσιν hoc loco ſcribere: hoc eſt offuſionem illam caliginis & tenebrarum quibus uirgo dum raperetur obducta ſtatim & inuoluta fuerit: Nam caligo a græcis ἀχλὺς & ἀχλυόω dicitur. Claudianus inferni raptoris equos afflataq; curru ſidera tænareo caliganteſq; ꝓfundæ Iunonis thalamos. Idẽ: Audito palluit atlas Hinnitu: rutilos obſcurat anelitus axes Diſcolor: & longa ſolitos caligine paſci Terruit orbis equos. Ouidius: Curruq; atrorum uectus equorum quoꝫ per colla iubaſq; Excutit obſcura tinctas ferrugine habenas.

Ex eodem. viii.

SATYRVM QVEM GRAECI PERIBOEOTON VOCãt

Universidad de Deusto
Biblioteca

Scribo Periboeton:id est περιβόητον quasi celebrem famigeratũq; significent.Hunc Satyrum Athenis fuisse tradũt/uia quæ Tripodes appellabatur: miratumq; in eo se Praxitelẽ/adeo ut quærenti Phrynæ/quod ex operibus suis præstantissimum existimaret/indicare noluerit.sed subornato uernula/qui cõmessanti apud se trepido cursu nunciaret absumptam subito incendio maiorem operum eius partem:attonitum & accurrere parãtem exclamasse:salua esse omnia si Satyrus & Cupido superessent.ita confessione iudicii dolo expressa fœminæ Cupidinem optanti nõ Satyrum dedisse.Hic ille Cupido est a Cicerone Verri obiectus/propter quem ut Strabo & Pausanias quoq; tradunt/Thespiæ uisebantur. Nam & alter eiusdem artificis Cupido celebratur in Pario Propontidis colonia Thespienses uero Parianiq; Cupidinem maxime ut ait Pausanias colebant:propter quod ea signa præcipue uidentur adamasse.Suũ Thespiensibus ademerat Caius Caligula/restitutũ a Claudio principe/iterum a Nerone sublatum/consumpsit incendiũ.Erat ex Attico marmore quod Pentelicum a loco regionis eius uocant Strabo Theophrastus Pausanias.Cicero in epistolis ad Atticum:Hermæ illi inquit tui pentelici capitibus æneis.

Ex eodem.viii.

MARMORE NVLLI SVPER TERRAS INCLITO PAREM.Scribo Marmoreæ illi suæ per terras inclitæ parem.De Venere marmorea Praxitelis ignorat nemo:tã Coa illa q̃ Gnidia quæ & præcessit fama. Plinius sequenti libro:Ante omnia inquit non solum Praxitelis sed & in toto terrarum orbe Venus quam ut uiderent/multi Gnidum nauigauere.

Ex eodem.viii.

ET NE MELIOR IN EQVORVM EFFIGIE HOMINẽ DEVICISSE CREDERETẽ. Vetus lectio:Ne melior in equorũ effigie/in homine defeciſſe crederetur.sensus talis est:Praxitelis haberi simulachrum benignitatis cognomine:quoniam benigni eius ingenii testis esset: utpote qui alieno id est Calamidis quadrigæ aurigam de suo imponere dedignatus non esset/ne qui fingendis equis magnus erat artifex/in homine repræsentando minor haberetur. Hic tamen qui equos semper sine æmulo expressit/Calais non Calamis dicitur Ouidio:Vendicat ut calais laudem quos fecit equorum.Nisi Calamis non Calais in eo uersu quis malit scribere.Item:ACHAMENE NVLLIVS ESt NOBILIOR.Codices antiqui: Alcmena nullius est nobilior. Sensus est:Effigiem

Alcmenæ præstantius q̃ calamis reddidisse neminem.

Ex eodem.viii.

ACHAMENES PHIDIAE DISCIPVLVS ET MARMOREA FECIT Et AEREVM PETALVM. Scribo Alcamenes ex Fabio Quintiliano ac Dionysio halicarnassæo Pausania ac Plinio superius.Item Pentathlum non Petalum:pudendo cuiusdam errore:qui sententiam suam in Petalo siue Petaso confirmaturus: locum hunc nõ minus inepte q̃ ridicule citauit. De Pentathlo Plinius frequentissime hoc ipso libro meminit.Nostri Quinquertionem uocant ex Festo. Cæterum plus est Pancratiasten esse q̃ Pentathlum. sicut utiq; plus est Periodo uictorẽ esse q̃ Pancratio. Pentathlos est qui generibus illis quinq; certat.Pancratiastes qui certauit & uicit.At Periodo uictor ut idem Festus ait/q̃ sacra Græciæ certamina obiuit & uicit Nemæa Pythia Isthmia Olympia. Qđ aũt subiungit: ENCRINOMENOS:Extimemus an scribi possit Encriomenos:hoc est ἐγκριωμένος.ἀπὸ τοῦ κριοῦ hoc est ariete. de quo Eustathii uerba subdam:Fuit inquit Aeginita quidam luctator cãtatissimus qui cognominabatur Crios hoc est aries a quo iectus insula Lacedæmoniorũ rex Cleomenes ut pterrefaceret dixisse ferẽ scitũ illud:Nunc inquit præpila tibi aries cornua.

Ex eodem.viii.

CTESILAVS DOROPHORON. Vetusti codices Doryphorõ & hic & inferius:Nisi quis Dorophoron quoq; hoc est ferẽtem dona comprobet:ex Plinio superius:Et mala inquit ferentem nudũ. Porro.Q.Curtius Cognatorum inquit Darii regis turbam.xv.M. hominum fuisse muliebriter propemodum cultum luxu magis q̃ decoris armis conspicuã:doryphori uocabant̃ inqt hoc est spiculatores ac satellites.In quo sciendũ:inter Doryphoros hoc est satellites spiculatoresq; regis Persarũ quosdã fuisse q̃ Melophori dicerent̃ hoc est gestãtes in spiculis mala:ut Athenæ⁹ auctor.Plinius supra Doryphoron uiriliter puerũ.de quo & in libro de Oratore ad Brutũ Cicero & in epistolis Seneca:Doryphoron inqt ac Diadumenõ

Ex eodem.viii. Ex habitu corpis ita noiatos.

ET CLITICON EXIMIA FORMA ET VIRTVTEM EGREGIAM VTRASq; COLLOSTREAS. Legi potest aut Cliduchon aut Cledicon ut supra diximus.item Collosseas nõ Colloſtreas.quidam Colla ſtratas:quoniã ut Festus docet colla sternebantur opera ne iniuriis essent obnoxia: Statæ inquit matris simulacrum in foro colebatur idq; colla ſtratum ne lapides igne corrũ-

Universidad de Deusto
Biblioteca

perentur qui plurimus ibi fiebat nocturno tempore. Sed magis ꝓbo Colloſſeas. Plinius uolumine ſequenti: Nero inqt princeps iuſſerat coloſſeum ſe pingi. cxx. pedes in linteo incognitū ad hoc tempus. Lampridius in Alexandro: Statuas inqt coloſſas in urbe multas locauit. Vitruuius nō Coloſſeas aut Coloſſas ſ3 Coloſſicas uſurpat. Alioqn Romæ Amphitheatrū ipſum hodie Coloſſeū uulgo dī a Coloſſo. Martialis: hic ubi ſidereus ꝓpius uidet aſtra coloſſus &c. Itē: EVTYCLIDES EVROTĀ FECIt IN QVA ARTEM IPSAM LIQVIDIOREM PLVRiMI DIXEre. Triplex error: proinde ita ſcribo: Eutychides Eurotam fecit in quo artē ipſam amne liquidiorem plurimi dixere. Moueor & ꝙ Eurotas amnis eſt Laconiæ ut conſtat: & ꝙ in uetuſtis codicibus ante uerbum Liquidiorē/particula Ne/aſcripta cernit᷑: quæ cū fine uerbi Ipſam/facit amne. Amnes pingi ſolitos Aelian⁹ & libro. v. Plinius oſtēdit i Nili mentione. Item: AGESIAE IN PARIO COLONIA HERCVLIS ISIDORI. Legendum ita ut uerbum Ageſiæ ad præcedentē referat᷑ clauſulā: qa idem opus duos fuiſſe neqt. Alioquin in ſcriptis codicibus uerbū illud nō ponit᷑. Iam nec Ageſiæ ſed Hegeſiæ ſcribēdū eſſet. de quo & Fabius Quintilianus & Pauſanias. Pa

Ex codē. viii. Lriū colonia in Helleſponto eſt.

PVERVM ANTOLYCVM. Scribo Autolycon ex Pauſania: q ſtatuam huius in Prytaneo Athenis fuiſſe auctor eſt hominis Pācratiaſtæ. Fuit & apud Strabonem quoq; opus Sthenidis Autolycus comes Iaſonis & conditor Sinopæ Deimachi filius ut Apollonio quoq; placet: cuius ſimulachrum Lucullus inde uictor abſtulit. Cur autem uictores puerorum nomine dicantur / monuimus aliubi: nam hic de Autolyco Mercurii/ſiue ut Homero & Platoni de republica primo libro placet Deucalionis filio & materno Vlyxis auo: ineptiſſimum eſſet intelligere. Ex eodem. viii.

LANGONEM PVERVM. Scribo Lagonem / ut prima breuis ſit/ex Martiali: ſed & Papinio/Molles Caiioli Lagunculiq;. Item: MENECHINI. Scribendum Menæchmi. Pauſanias: E Naupacto ait urbe Menæchmum & Suidam celebratos ſculptores fuiſſe non multo poſt Canachum Sicyonium & Callonem Aeginetam. Nihil autem nocuerit in tranſcurſu Plautinum locum in eiuſdem nominis comœdia iuuiſſe: Non ego inquit te noui Menæchmum Moſcho prognatum patre q Syracuſis perhibere natus eſſe in Sicilia ubi rex Agathocles regnator fuit & iterum Pinthia tertio Lyparo. legendū eſt: & itez Pythia & tertio Olympia: hoc eſt uicit.

Ex eodem. viii.

LYSIPPi DISCiPVLVs EPIDYRSā. ſcribendū Epitherſen. fuit eni Epitherſa ſiue qđ idē eſt Epitherſes ut ait Pauſanias Metrodoro pſe natus Erythris in Ionia pugil nobilis & quatuor græciæ ludicris certaminibus uictor. Fuit & grāmaticus qdā Epitherſa Niceænſis Bithynniæ: q ut ait Stephanus de uocabulis Atticis & Co

Ex eodem. viii. Lmicis & Tragicis cōſcripſit.

VNO CELEBRAt᷑ SIGNO SPLACHNORte. legendū uidet᷑ Splachnopte. i. σπλαχνόπτησ. De hoc ſupius quoq; diximus. xxii. libro. Hic Carus Pericli Athenienſiū principi fuiſſe uerna dicitur. Quidā neſcio q̄ recte Sparganopten ſcripſere. Itē: APELLAS ET ADORANTEs FEMINas. legendū puto ut ſenſus cōſtet Anhelas & adorātes fœminas. Aut: Plebeas & adorātes fœias. aut oio alī qđ hmōi. ſicut utiq; paulo iferius: Fœias inqt nobiles. Itē: Flētes in

Ex codē. viii. Lqt & adorātes matronas Sthennis.

SEQués PHILOSOPhus FECit COclites. lege Celetas. i. κέλητασ de quo & ſupra dictū. ita græci uocāt in equeſtri certamine currētes: ut hinc & pueri Celetizontes a Plinio dicant᷑ hoc ipſo capite. q̄q̄ ſunt q & σκελετίζοντασ ſcribi poſſe putent: hoc eſt ſupplātatores. Vtcūq; in ſacris certamibus modo pueris mō uiris ꝓponebāt᷑ certamina/ut inqt Pauſanias: q & filiū Timonis Aeſylō puerū Celete uictorē hri Olympiæ Dedali Sicyonii manu tradidit inſidentē equo. Itē: PERIOXYOMENON. Lego Perixyomenon. Differt aūt Apoxyomenos a Perixyomeno/ꝙ prior ille diſtrīgit ſe: hic ꝓ circuitū aut comit/aut certe qđ magis credo ſcabit extergit ue ſe. Itē: CENCHARanus & GALLIcles. & infra: CHALCOSCHeNES. Vetus lectio Cenchramis & Callicles & Chalcoſthenes. De Callicle q & Megaricus fuiſſe dī Pauſanias quoq; memīt. de Chalcoſthene Plinius hoc ipſo libro inter Plaſtas. Itē: ET MATrē INTERFECtā Et INFANtē MISERABILIter BLANDIENTē Codices antiq: Et matri interfectæ infantē miſerabiliter blādientē.

Ex eodem. viii.

PISTO MVLIEREM. Quidam Pitho: id eſt Flexanimam illam dicendi Præſidem quam Ennius Suadam: Fabius perſuadēdi deam: Horatius Suadelam & Poetica mella: Cicero leporem aliquando: propter quod Theodorus Gaza in Lelio ſuo μελίγηρυν conuertere/q̄ πειθώ maluit. De hac ipſa muliere fingi ſolita ueteribus & Pauſanias & Plinius aliubi. Colebatur & Diana cognomine Pitho Corynthiis. Hermeſtyanx Elegus poeta unam Gratiarum Pitho fuiſſe credit. Comitabatur autem deam Pitho altera mulier

Universidad de Deusto
Biblioteca

cognomine Paregora ut ait Pausanias in Praxitelis operibus. Cæterum & Pisto seruari potest:quo uerbo credulitatis numen intelligitur quæ propter facilitatem mobilitatemq; bigis inueheretur. De credulitate hac & Plinius aliubi. Ex eodem.viii.

STHENIVS CEREREM. Scribe Sthenis : ex Strabone Pausania uetustis codicibus.Item SCOPAS VTRASQVE. Vetus lectio Vtroſq;. Pausanias quoq; duos Scopas facit . Item : EVNVCHIR . Codices antiqui Euchir. Pausanias : Atheniensis inquit Euchir fuit Eubulidæ filius.Idem auctor Eucherum quendam nominat hominem Corynthium inter Plastas.Item:MYAGARVs Scribendū Myagrus:ex Pausania : quo nomine Muscarum quoq; deus appellabatur.Item:PALYDVS PYTHOCRIVS.Pausanias Polydorum & Pythodorum Thebanum iuxta nominat. Itē: PATROCLES PHYLLIS PHYSIDONIVS . Antiqua lectio Patrocles Polis Posſidonius.De Patrocle dictum supra est. Ex eodem.viii.

CACIZOTECHNOS. Vetus lectio Texitechnos:hoc est labefactator artis:quoniam uidelicet calumniator sui esset nec finem inquit diligentiæ haberet ἀπὸ τοῦ θλίβειν τὴν τέχνην . Significat hoc quidem & uerbum Cacizotechnos ἀπὸ τοῦ κακίζειν τὴν τέχνην:qd est improbare artem suam . Cæterum Pausanias mouet ut qui ait libro primo Callimachum adoptasse nomen sibi τηξίτεχμος ὅσ ἔιφη πρῶτος ἐτρύπησε τοὺς λίθους. Item:ALTER QVI PVPILLVM LVCVLLI FILIVM . In codicibus antiquis uerbū QVI & hic & paulo post nō legit:& sane officit sensui. Ex capite.ix.

E CENTENIS PROFLATA. Vetus lectio Centenis proflati. Ex capite.x.

Et AB EO ARGVMēto BOTRYSENtos COGNOMINAta. Lego Botryitis ex Dioscoride.Itē:INtus ONYCHIti MACVLis SIMILis.Codices antiq hñt:Intus Onychis maculis similis.Item OSTRACItis TOGa NIGra.Dioscorides:Ostracitis tota nigra Itē:EADē IOLLiæ ACTIO. legendū Iollæ nō Iolliæ.hūc & Dioscorides & Plini⁹ crebro citāt. Ex cap.xi.de Flore æris.

VELVt MILii SQVAMæ QVAS VOCāt LEPIDas. Vetus lectio:Velut Milii squamæ:q̄s uocāt florē. Cadūt aūt cū panes æris aqua refrigerāt̄/rubētq;.Similiter ex eis fit quā uocāt Lepida.Qd uero seqt̄ paulo post . Est AVtē SQVAMa AERis DECVSSA VI CLAVIS.scribēdū:Est aūt squama hæc decussa ui clauis.Plinius: Differētia inqt hæc est/q; squama excutit̄ ictibus iisdē panibus:Flos cadit sponte. Dioscorides quoq; duobus locis docuit æris floré aquæ frigidæ infusione cōtrahi. Ex eodem.xi.

CREDVNT SEMPLASIAE.Legendum Seplasiæ.de quo superius quoq; dictum.Primus hunc locum Merula restituit.Helioga balus ut est apud Lampridium:Cupediarium inquit & Seplasiarium pingi se fecit . Cicero in Pisonem : Seplasia dignus & Capua.Idem contra Rullum secunda:Iam uero qui metus erat tunicatorum illoꝝ & in Albana & in Seplasia. ubi tamē corrupte Seblasia inuenias.Albanum uero Capuæ forum fuisse Valerius Maximus nono uolumine ostendit. Idem auctor Seplasiæ delitiis euiratum scribit Hannibalē.Meminit & Pedianus & Ausonius poeta. Erat ergo Capuæ Seplasia qualis Romæ uicus unguētarius & alter Iugarius qui & Thurarius quoq; dicebat̄:ut modo apud nos Speciarius uicus:a speciebus Arabis peregrinisq;.Marcianus iurisconsultus:Species inquit pertinentes ad uectigal cynamomum/piper longum/piper album/& reliqua:ut etiam si nomen generis est Species/uulgus tamen ipsum quasi per quādam Exochen ad merces Indicas & Arabicas fere id accōmodet.Itē:ORis ETiā GINGIVARVMQVE EXVLCERATIONEM MIRe SEDAt Dioscorides:Oris etiā & gingiuaꝝ extuberationē.i.ἐξοχάς . Nihil Ex capite.xii.in inscriptione. ℒmuto.

PSORO.Legendum Sori aut Psorico,Etenim hoc capite de utroq; agitur.Idem & Galenus & Dioscorides & cæteri.Item:MEDICAMENTVM EFFICiT SORICON DICTVM . Lege Psoricon:ex Dioscoride Galeno Paulo Aetio. Item : SENTIENTEM VIOLAM LEVCANTHON APPELLANT . Lectio uetus Leucoion.ita enim uiola candida græce nominatur. Ex capite.xiii.

SPODIOS QVAM VOCANT LAVRiOTIN.Hippocrates Illyriotin Spodion commendat: nisi codex mendosus est. quando quidem Pausanias locum in Attica regione ubi metalla fodiebantur argenti:Laurion uocari scribit : unde Lauriotis deduci potuit. Ex eodem.xiii.

IN AERARiiS OFFICiNiS ET SMEGMA FIT . Legendum Psegma : id est ψῆγμα ex Dioscoride ac cæteris . Est autem Psegma æris idem fere quod flos æris. Nam Smegma longe aliud est ut constat . Item : MAXILLA AB EA DISCERNITVR. Vetus lectio fere nō Maxilla/sed Facile ab ea discernit̄ & reliqua.

Universidad de Deusto
Biblioteca

Ex eodem.xiii.

EXPVITVr AERIS PALA QVAEDAM.Quidam legunr Palea/non Pala.quidã Saliua:ut impreſſi Romæ codices.Mihi uerbum Pala non ſolum placet/ſed perplacet:ex Strabone/qui ſelibres auri purgatioris glebas ita dici Romana uoce aut etiam Hiſpana retulit:a quo trãſlatũ id noĩs uidet̃ ad alia quoq;.Plinius quoq; libro ſupiore Palacas appellari maſſas auri tradit in puteis reptas decẽ & ampli⁹ libraq; põdere:quas alii Palacranas inqt uocãt.ſicut

Ex capite.xiiii. Id qd minutũ eſt Balucẽ.

VITA IPSA Nõ DEFVit HONOrẽ INITIO HABEre FERRO QVOq;.Vetuſti codices nõ Initio/ſed Mitiorem . Erat uero mirum qui fieri poſſet ut ad mitiorem uſum aliquem ferrum ad ſanguinem & ad bella natum placeret.ſed hoc tamen Ariſtonidis exemplo mox demonſtrat . quanq̃ Pauſanias Ariſtomedem Thebanum non Ariſtonidam appellat inter artifices . Item : HALICON.Antiqua lectio non Halicon/ſed Alcon:quod quidem celebre nec infrequens nomen eſt. Item:HOC SIGNVM EXTAt HODIERNO DIE.Scribendum puto:Hoc ſignum extat Thebis hodie.ſequitur enim:Eſt inquit in eadem urbe & ferreus Hercules:nam & Athamantis furorem ibi fabulantur:& Herculis natale id ſolum. Eſt & Bœotium ferrum poetis cantatiſſimum:ut Dionyſio:qui Aonium tridentem Neptuni appellat : non q; in Bœotia tamen præcipuum ut inquit Euſtathius:ſed quoniam ibi maxime id numen colatur. Ex eodem.xiiii.

NEq; ALIA GENERA FERRI EXIMIA ACIE TEMPERANTVR.Vetus lectio non Eximia/ſed Ex mera:hoc eſt ſolitaria & ſine comitatu alterius ſpeciei.ſequitur enim : Cæteris inquit admiſcentur/& cætera. Ex eodem.xiiii.de Ferro & Magnete.

SOLA HAEC MATERIA VIRVS AB EO LAPIDE ACCIPIT . Lege Vires ex Ariſtotele ac Themiſtio & cæteris de auſcultatione phyſica uolumine octauo . Item:NESCIO AN VLTRO FVNDENDO PERINDE VTILIS. Legendum Vitro/non Vltro.Plinius uolumine ſequenti : Cœptus inquit addi & lapis Magnes quoniam in ſe liquorem uitrum quoq; ut ferrũ trahere dicitur.Item:SPARSA BVBBATIONE . Vetuſti codices Bullatione.Iudicio relinqmus.Item:DINOCRATES ARCHITECTVS ALEXãdri.Plinius alibi & Vitruuius & uetuſti codices Alexandriæ/non Alexandri. Chirocratẽ non Dinocratẽ uocari hunc ſeptimo libro monui apud Strabonem Aelianumq;.

Ex capite.xv.

IN IRGE EMPLASTRO. Legendum:in Hygremplaſtro.ita enim uocantur liquida emplaſtra : ſicut Xeria:quæ ſunt arida:ex

Ex capite.xvi. Galeno Paulo Aetio.

METALLA QVAE ALVTiA VOCANT AQVA IMMiſSA ELVVINT CALCVLOS NiGROS . uetus lectio non Eluunt/ſed Eluente.de quo Elutia fortaſſe uerius q̃ Alutia uocaueris . Item : IN COLATis IN QViBVS AVRVM COLLiGiTVR.uetuſti codices:in calathis.Quod autem hic duobus locis ſcribitur GALLiTiA : Scribendum Gallecia:a Galleca gente Plinius Strabo Ptolomæus cæteri . Item:HOMERO CRiSSiRiTON AB EO DiCTVM. Lego Cattiteron ſiue Caſſiteron: ſiue Caſſiriton:immutatis ab Homero conſuetudine ſua litteris.

Ex capite.xvii.

COEPERE DEiNDE ET ESSEDA BACVLiS ET PETORiTA EXORNARE . uetuſta exemplaria : Cœpere deinde & Eſſeda & uehicula & Petorita exornare. ſequitur enim: Quæq; in ſcyphis cerni ꝓdigũ erat hæc in uehiculis atteri cultus uocat̃.Itẽ: AD AVrea QVoq; & ARGẽtea VEHicula.Codices ãtiq nõ uehicula ſed ſtaticula.Plinius de Achate gẽma libro ultio:Reddunt inquit ſpecies fluminum nemorum & iumẽtorum etiam eſſeda & ſtaticula & equorum ornamenta.quanq̃ ſtatunculas ibi quidã impreſſere parum uidentes.Sunt qui non ſtaticula/ſed ſtraticula q̃ſi a ſtratis equoq; utroq; loco ſcribãt. Plinius : Frenos inquit & ſtrata equoq; Peletronius inuenit.nam Staticulus in Perſa Plauti ſaltatiõis genus eſt.ſed hæc in librũ ultimũ differimus.Item:PLũBi ALBi PERMiSSũ IN CHARTA Eſt.uetus lectio:Plũbi albi expimentũ in charta eſt.nec aliter conſtabit ſenſus inſequens.

Ex capite.xviii.

FiT ET LOTVRA PLVMBi VSVS IN MEDiCiNA.Lego Plurimi/non Plũbi. Item:PLVMBVM LAVAt̃ ET STiBiiS ET CADMiAE . Lego ex Dioſcoride:Plumbum lauatur ut Stibi & Cadmia.Stibi aũt eſt Stimi.Item:SCOBEM IN FICTILi CADO COQVVNT. Dioſcorides : Elimatam ſcobem in fictili crudo coquunt . Item:NE FECE QVIDEM NEV RERVM EXCREMENTORVMq; FOEDITATE INTENTATA Verbum Neu/ſuperuacuum eſt:& intellectum quaſi lancinat.Itẽ: QVOD IN SENILi CORPORE Cũ AMVRCA ADDit̃ Vetuſti codices non cum Amurca/ſed cum Fracibus.

Ex eodem.xviii.

PRAETER QVAE AD CANDOREM FOEMINARVM. Legendum est Præterq; ut sit q̄ coniunctio non relatiuum.

CASTIGATIONES PLINIANAE EIVSDEM HERMOLAI BARBARI EX LIBRO.XXXV.

Ex capite.i.

ſ PATIA MONTIS IN CVBICVLO DILATā-TIA. Legendum puto: Spatia montis in cubiculo delitentia. hoc est non placere iam syluas & innatantibus nemora/id est intestina opera & sublicia: cœpisse pingi lapides. Proinde paulo infra: Montiū inqt hæc subsidia deficientium.

Ex capite.ii.

CVM SCIPIONIS POMPONIANI TRANSIſet ATRIVM. Sunt codices in quibus non Pomponiani sed Africani scriptum est. Pomponiam certe Scipionis matrē fuisse legimus. Item: TABVLINA CODICIBVS IMPLEBANTVR. Vetus lectio castior: Tablina. ut Figlina q̄ Figulina. Tablinum igitur est Pinacotheca: nam Tabularium Ciceroni armarium erat in quo publicæ tabulæ ciuitatum asseruabantur. Item: INVENTIONI MVNERIS ETIAM DIIS INVIDIOSIS. Lego Inuentione muneris etiam diis inuidiosus.

Ex capite.iii.

PRO AERIS. Lego Pro æreis. Et infra: IN AEDILIBVS SACRIS. Scribe: in ædibus sacris. Et infra: APVD SICYONES. Dic Apud Sicyonios: siue Apud Sicyonem. ita enim uocatur urbs in Achaia non procul Corynthо. Plinius Sicyone Pausias uitam inquit egit: deniq; fuit illa patria picturæ. Item: Si TECTi NATVRA PERMISISSET. Vetus lectio non Tecti sed Tectorii ut infra Plinius: Tectorium inquit opus propter excellentiam picturæ ligneis formis inclusum Romam deportauere. Item. APVd ROMANOS QVOq; HONOr NATVRAE HVIC ARTI CONTIGIT. Antiqui codices Mature/hoc est uelociter.

Ex capite.iiii.

SED AD RES IN RISV Et IAM CONTVMELia ERAT Lege: Sed ea res in risu & reliq̄. Item: HINC. M. CRASSi ORATORis ILLE LEPOS AGENtis CVi CVM REVS SVB

VETERIBVS CONTEXTIS COMPELLAtus INSTARET. Vetus lectio: Hinc. M. Crassi Oratoris ille lepos agētis sub ueteribus cum testis cōpellatus instaret. Est autem loci nomē Sub ueteribus/ex Plinio inferius: Meniana inquit operiebat Serapiōis tabula sub ueteribus. In Augusto Suetonius: Bifariam inquit laudatus est/pro æde diui Iulii a Tiberio & pro rostris sub ueteribus a Druso. quanq̄ non Sub ueteribus/sed Veteribus duntaxat modo legitur. Plautus in Curculione: Sub ueteribus inquit ibi sunt qui dant quiq; accipiunt fœnore. Cicero Academicorum libro quarto: Interim ille cum æstuaret Veterum & Menianorum sic Academicorum uiam secutus est. Sed & pars in foro sub nouis appellabatur. M. Varro: Sub nouis inquit dicta pars in foro ædificiorū quod uocabulum eius peruetustū: ut Nouæ uiæ/quæ uia iam diu uetus est. Liuius: Filiam inquit Virginius seducit ad nutricem prope cloacinam ad tabernas quibus nūc Nouis nomen est/atq; eam lanio cultro arrepto occidit. Habebanrur & ueteres & nouæ curiæ ut ait Festus: sed ad rem non pertinent. De hoc autem lepore non M. Crassi sed Iulii Cæsaris qui & Orator & Poeta fuit Quinti Catuli ex Pompilia matre frater: ciuili bello Marii & Sullæ absumptus: mentionē habēt & Fabius & in libro de Oratore Cicero: Val de inquit ridentur imagines quæ fere in deformitatem aut in aliquod uitium corporis ducuntur cū similitudine turpioris ut meū illud (ex Cæsaris enim persona loquitē) in Helmium Manciā: iam ostendam cuiusmodi sis/cum ille ostende quæso: demonstrauit digito pictum gallū in Mariano scuto Cimbrico sub nodis distortis exerta lingua/buccis fluentibus. Verbo autem SVB detractum ab imperitis existimo Veteribus. proinde non sub nodis distortis/sed sub ueteribus nodis distortis &c̄. legendum contenderim. Fabius: Rarum inquit est ut oculis subiicere contingat: ut fecit. C. Iulius qui cum Helmio Manciæ sæpius obstrepenti sibi diceret: etiā ostēdam qualis sis: isq; plane instaret interrogatiōe qualem se tandem ostensurus esset/digito demōstrauit imaginem galli in scuto Cimbrico pictā: cui Mancia tūc similis est uisus: Tabernæ autem inqt erant circa forum/ac scutum illud signi gratia positum. Item: INFACETISSIME. Cum inficetus non infacetus dicatur auctore uel Catullo/scribendum est inficetissime. Item: IMMENSAM VEL VNAM SI QVIs TANTVM HANC TABVLAM AESTIMET POTENTIAM ARTIS. Vetus lectio non Immensam potentiam/sed Immensa potentia/casu septimo.

Universidad de Deusto
Biblioteca

Ex capite.vi.

CHRYSOCOLLA.INDiCVM.PVRPVRiSSiMũ. Lege Purpuriſſum:ex Plinio inferius.Eſt autem Purpuriſſum quod Græce Andricelon uocari ex Ariſtotele Theophraſto ac Iulio Polluce colligo.Item:PALMã ENiM LEMNiæ DABANt.Sunt q Sphragidem Lemniam appellari negent rubricam:ac terram potius dicendam cenſeant Galeno auctore. Sed cum rubra ſit ea Creta: & Miltos Lemnia uocetur a Nicandro:Celſus quoq; Glebam Minii appellet eam:nõ uideo quãobrem Plinius iure inceſſatur.

Ex eodem.vi.

EX EA Fit OCHRA EXVSTA RVBRiCA IN OLLis.Dioſcorides:Ea fit & ochra exuſta in rubricam ollis. Theophraſtus γίνεται μίλτος καὶ ἐκ τῆς ὤχρας κατακαιομένης.Itẽ:EVCOPHORVM Fit.Plinius aliubi Leucophorũ.Item:TECTORiiS TENACISSIMũ PROPTER LIVOREM.Lego Propter leuorem/non liuorem:ex Plinio ſupius: ſed & Theophraſto qui gypſo græcos uti ſcribit διὰ τὴν γλισχρότητα καὶ λειότητα.hoc eſt pp tena

Ex eodem.vi. Lcitatẽ ac leuorẽ.

VSTA CASV REPERTA IN INCENDiO PYRAE CERVSSA IN HORTis CREMATA. Vetus lectio:Vſta caſu repta incendio pyræ:ceruſſa in orcis cremata:hoc eſt capſis pigmẽtoq; muliebrium.Erat uero Vſta qua primus Nicias uſus eſt:quod genus picturæ dicitur Encauſton Plinio Martiali cæteris. hinc ortum ut uulgus atramentum librarium appellare cœperit Encauſtum. Orcam Probus in illo Perſii uerſu/Anguſtæ collo nõ fallier orcæ:interpretatur amphoræ ſpecie. omnino uteribus & uinariũ & olearium uas erat Orca.item Salgamarium/ut in quo fici quoq; ut Plinius inquit aſſeruabant:item Salmentarium hoc eſt Salſamentarium. Et infra: IN INSVLA RVBRi MARis TOPAZONO.Scribendum Topazo aut Topazio:auctor multis locis Plinius.de hac & ſexto uolumine locutus & ſeptimo ac trigeſimo.item & Alexander cognomento Polyhiſtor. & Stephanus/qui per.x.non per.z.ueteres prius id nomen ſcripſiſſe tradit.

Vsta
Orca
Encauſton

Ex eodem.vi.

E VINACEis FECERE STRIGMON.Codices uetuſti Trygînon hoc eſt fecatum.græci enim fecem Tryga nominant. Item de Purpuriſſo:VTILISSIMũ A CANVSiO. Antiqua lectio Viliſſimũ:quod & plus probatur. Item:PINGENTES SANDYCE SVBDITA.Lego Sublita/non Subdita:ex ſequentibus. Eſt

autem Sublitio quaſi primum tectorium & fundamentum coloris eius quem reddi uolumus inductione manus ultima.Itẽ:CAVSA EST q; ID GENVS MAXIme INFICITVr RVBiáq; COGIt SORBEre.Vetus lectio fere:Cauſa eſt q; hyſgino maxime inficitur rubramq; cogitur ſorbere. Vitruuius:Fiũt inquit purpurei colores infecta creta rubra radice. Item paulo inferius: eadẽ inquit ratione uaccinium temperantes & lac miſcentes purpuram faciunt elegantem.Eſt autem uaccinium idem quod hyſginũ hiacynthuſq;:ut alibi apertiſſime docuimus.

Ex eodem.vi.

QVi ADVLTErãt VEro INDICO TINGũt STERCOra COLVMBINA AVT CRETAM SILENVSIAM VEL ANNVLARIAM VLTRO INFICIVNt.Tria errata.Lego: Qui adulterant uero indicum:ſtercora columbina aut cretam Selinuſiam uel anulariam uitro inficiunt.Vitruuius:Propter inopiã inquit coloris indici cretam ſelinuſam aut anulariam uitro quod græci Hyalon appellant inficientes imitationem faciunt indici coloris.De uitro autem quod ad colorem anularium quæratur/paulo infra Plinius hoc ipſo capite.fit enim ipſum ex uitreis gemmis De terra ſiue creta Selinuſia Dioſcorides & Plinius & cæteri.Item INDiCVM RIGOres ET IMPETVS SEDAT.Dioſcorides Indicum tumores & impetus ſedat:id eſt ὀιδήματα καὶ φλεγμονας Etenim ſi aſtrictoria ſiue ſtyptica uis eius eſt/ut inter omnes conuenit:non uideo qui rigores indico ſummoueri debeãt.An quia in phlegmonibus hoc eſt inflammationibus ſiue collectionibus quas & impetus noſtri uocant:neceſſarium eſt τάσιν contingere:hoc eſt tentionem loci eius in quem materia nocens confluit:ut Galenus ait:ea tentio dici rigor potuit? Item: ET QVOD CHRYSOCOLLAM LOTVM MENTITVr.Lego nõ Lotum/ſed Luteam.De Chryſocolla duplici Lutea & Liquida ſuperius eſt monſtratum.Luteam inquit ab herba lutea dictam putant: quoniam ipſam ceruleo ſubtritam pro Chryſocolla inducunt.Idem & Vitruuius cõfirmat:q herbã eã modo Infectiuã/mõ Luteũ uocari tradit.

Ex capite.vii.

MELANCHIVS. Legendum ex Fabio Quintiliano & Plinio infra Melanthius. Item: NERO PRINCEPS IVSSErat COLOSSEVM PINGi.uetus lectio Coloſſeum ſe pingi.Item infra PVBLICAS PORTICVS OCCVPAVIT PICTVRA.Vetus lectio fere non Occupauit/ſed Inueſtiuit. quæ uox quia paulo

Universidad de Deusto
Biblioteca

ſordidior & de triuio accepta uidebatur:diſplicuit emendatoribus. Cæterum ſcire licet latinum id uerbū eſſe non Barbarū:q; in Galliæ Vienna ellogium eſt iis uerbis.D.D.Flaminica Viennæ tegulas æneas auratas cum carpuſculis & ueſtituris baſiū.& ſigna Caſtoris & Pollucis cum equis:& ſigna Herculis & Mercuri.D.

Ex capite.viii.

QVI CLIPEVM INTVS PINXIT ELIDE MINERVæ QVAM COLOTES FECERAT. Scio quidem in Elide opera feciſſe cum Phidia fratrem Panænum.ſed fere placet ut in Aegide Mineruæ potius q̄ Elide ſcribatur. De Colote hoc & Strabo uolumine octauo. Item: HIC CATAGLYPHA INVENIT. Vetus lectio Catagrapha. Catullus: Catagraphoſq; thynnos. De Anaglyphis uero alia ratio eſt. hæc cæli. Catagrapha pennicili ſunt. Exriment uolentes. Item: PANEVS. Strabo interim Panænum/interim Pandenum:nec fratrem/ſed ex fratre filium.Pauſanias quoq; modo Panæum modo Panæmum fratrē Phidiæ appellat:a quo ut Plinius hoc loco:prælium cōtra Perſas apud Marathonem factum in porticu Pœcile dicta pictum eſt.

Ex eodem.viii.

VT IN EO PRæLIO ICONICos DVCES PINXiSSe TraDAt. Quidam legunt Nicomachus pro eo quod eſt Iconicos:parum quidem illi recte. Siquidē Panæus Phidiæ frater eius picturæ auctor fuiſſe/non Nicomachus uidetur. Porro uerbum Econicos ſiue Iconicos poteſt & caſus eſſe nominis & aduerbium:ut qualitatem picturæ modumq; ſignificet:id eſt ἐικονικῶς.honeſtius ita græce/q̄ ſi latina forma dixiſſet Iconice.Atq; hoc in aduerbiis eius linguæ perpetuum fere eſt. Comparatiua quoq; nominum græcorum figura potius græca q̄ latina efferre moris eſt: ut Muſicotera & Coloſſicotera & Graphicotera/Vitruuio.Iconicos autem pingūtur ea de quibus ita ſuperiore libro Plinius:Eorum inquit qui terībi ſuperauiſſent imagines ex membris ipſorum ſimilitudine expreſſa quas Econas uocant. Tranquillus Ecunculā ab Econe deduxit in Nerone:Pro ſummo inquit numine tribuſq; in die ſacrificiis colere perſeuerauit Ecunculam puellarem. quanq̄ nō Ecūcula ſiue quod idem eſt Icuncula / ſed Acuncula mendoſe legebatur.ut uitanda ſit eorum interpretatio qui aut acum in eo uerbo intelligunt/aut lectionem interpollant/non Ecunculam ſed Imagunculā ſcribētes.Idē auctor:In Caligula ſimulachrū inqt ſtabat in templo aureū iconicū/amiciebaťq; quotidie ueſte quali ipſe uteretur.

Ex capite.ix.

PORTiCVM QVæ POETILE VOCATVR. Legendum eſt Poecile:auctor Pauſanias & alii fere innumeri:a uarietate dicta picturarum.Fuit & in Elide porticus Poecile:ut idem Pauſanias affirmat:quam & Echus uocabant.itemq; ut Plinius Heptaphonon quoniam ſepties eadem uox reddatur. Item: CVM PATREM EIVS MYCON MERCEDE PINGERET. Legendum eſt Partem/non Patrem. Mycones autem fuere duo:Atheniēſis & Syracuſanus:ut ait Pauſanias.Nam qui legunt:Cum pater eius Mycon mercede pingeret: diuinando mentiuntur: cum Polygnotus Aglaophontis filius non Myconis fuerit eodē auctore.In calce huius capitis ANDROGYDES.Scribendum Androcydes.

Ex eodem.ix.

PENELOPEN IN QVA MORES PINXISSE VIDEtur. Quanq̄ mores quidē in pictura ſunt: qui græce tamen honeſtius uocantur ἤθη.& a nobis ſenſus/non mores. ſed & ueterem lectionē ſequimur:in qua non Mores/ſed Amores ſcriptum eſt. Accedit q̄ Lycophron quoq; impudicam facit Penelopē illo uerſu ἣ δὲ βάσσαρά σεμνῶσ κασσωρεύουσα κοιλαμὲι δόμουσ θοίμαισιμ ὄλβομ ἐγχέασαι Ταλιμόμοσ.Duris quoq; Samius Penelopē affirmat pudore pſtituto conſuetudinē habuiſſe cum omnibus procis:unde natus ſit Pan qui caprinis pedibus τραγοσκέλησ uocetur.Alii panem hunc alterius Penelopes e Mercurio genitum uolunt.Penelopē infamat & Ouidianus uerſiculus in Priapeo carmīe.Fabius libro ſexto.Ille iam pene medius affectus eſt ex amoribus & deſideriis amicorum ac neceſſariorum.nam & hoc maior eſt:& illo minor.

Ex capite.x.

ZEVXIS ALITVM IVDICIO TIMENS. Vetus lectio Tumens/non Timens:quod & melius. Item: PRAEDICANTES QVOq; NON SOLVM CONFITENTES ALIA MVLTA. Diſtinguendum ita ut ſequentis clauſulæ præbeant initium illa uerba duo ALIA MVLTA graphidis uidelicet ueſtigia extant in tabulis ac membranis. Eſt autem graphis idem quod ars ipſa pingendi: a ſtilo dicta quem Græci Graphion & Graphida quoq; nominant.In quo ſciendum:per graphidis ueſtigia picturæ genus accipiendum eſſe:quod græci uocāt Ichnographiam. ea eſt circini regulæq; modice continens uſus:ex qua capiuntur formæ in ſolis areaq; deſcriptiones/auctor Vitruuius primo libro q & Orthographiam & Sciographiā nominat. Itē de Parraſio:PINXIT

Universidad de Deusto
Biblioteca

ET THESIAM. Vetus lectio Thesea siue quod idem est Theseum. Plinius hoc capite: Opera inquit Euphranoris sunt. xii. dii & Theseus in quo dixit eundem apud Parrasium rosa pastum esse: suum uero carne. Item: ATq; VT AVCTOR EST DECIVS EPVLO. Antiqua lectio & hic & in indice: Decius Eculeo.

Ex eodem. x.

VLIXES FACVNDVS ARTIFEX. Nomen operis est non ut Sipõtinus credidit artificis Vlixes: quemadmodũ superiora quoq; alia Aeneas Castor Pollux Telephus Achilles Agamemnon/quæ Parrasii omnia fuere: de quo per acclamationem quandam ait Fœcundus artifex. ita enim legendũ/non Facundus/docent id sequentia. Fœcundus inquit artifex. sed quo nemo insolentius & arrogantius sit usus gloria artis. Nam & cognomina usurpauit Abrodiæton se appellando & cætera: cuiusmodi omnia de Parrasio scribit Athenæus: ut mox indicabimus. Item: HEROIS NOMINE & SE MOLESTE FERRE. lego Herois nomine id se moleste ferre: hoc est non suam sed Aiacis uicem dolere q; secũdo uictus esset. ab Vlixe cum uiueret & a Timãthe cum pingeretur. Athenæus: Abrodiæton inquit se in operibus subscripsit Parrasius: adiecto elogio. ἀβροδιαίτος ἀνὴρ ἀρετήν τε σέβων ταδ' ἔγραψεν. Principem quoq; artis se dixit: quam & perfeciſſe gloriabatur: ἤυχησε δ' ἀρε μέσηϊσιν ἐπὶ τούτοισι κάπιξα κλύουσι λέγω φημὶ γὰρ ἴδμη τέχνης ἔυρῆσθαι τέρματα τῆσδε σαφῆ χειρός ὕφ' ἡμετέρας. De Timanthe uero ita ἀγωνιζόμενος ποτὲ παρράσιος πρὸς καταδεέστερον ἐν σάμῳ τὸν ἄϊαντα καὶ ἠττηθεὶς σύμαχος ἐμαχέσατο δευτερεῖον ἠτιμένῳ.

Ex eodem. x.

DIVISO HELLADICO TRIA FACTA SVNT. Lege Dimisso/non Diuiso: ut præcedentia consentiant. Duo enim fuere genera picturæ Asiaticum & Helladicum. post facta sunt tria/Ionicum Asiaticum Atticum. Ita facile intelligitur Helladicum fuisse dimissum. Itẽ: PAMPHILI PICTVRA EST COGNATIO ET PRAELIVM AD PHILIVNTEM. Scribo Ad Phliuntẽ ut libro quarto dixi. Cognationem Plinius intelligit nobilium picturam: quasi Stemma: quod alibi græce Syngenicon appellat: ut sequenti libro Agnationes.

Ex eodem. x.

ANTIGRAPHICEN ID EST PICTVRAM IN LVDO DOCERENTVR. Vetus lectio Graphicen id est picturam in

buxo docerẽtur. Iulius Pollux Buxum hoc est Pyxion inter ea numerat quæ ad pueros litteris imbuendos pertinent. id ipsum & pictoris instrumentum esse tradit. Alio loco: Pyxion inqt tabella est qua grammatici utuntur. cuius uocis apud Aristophanem sit mentio: & Herodotus Deltion appellet. Id ipsum Aelianus & Eustathius: qui tabellas uocari Pyxia hoc est Buxulos tradit: quoniam ueteres inquit elementa in buxo deformabant. Buxi quanta sit firmitas Theophrastus & Plinius. Item: IN OFFICINA IMPERITE MVLTA DISSERENTI. Hoc non de Alexandro sed de Megabyzo retulerũt Plutarchus Aelianusq; sed hæc memoriæ nõ eruditionis peccata ut Ciceroni placet: cui & Brutus & Atticus in hoc genere non paucis locis collapso quasi manum præbebãt: modo Eupolin pro Aristophane/modo Agamemnonem pro Vlyxe/modo Aiacem pro Hectore scribẽti. de quo & Gelius & nos alio loco pluscula.

Ex eodem. x.

VENEREM DIONEAM. Vetus lectio Anadyomenen. Plinius: Venerem inquit exeũtem e mari Augustus dicauit: quæ Anadyomene uocatur. Ouidius: Vt uenus artificis labor est & gloria coi: Aequoreo madidas quæ premit imbre comas. Meminit & Cicero multis locis. Itẽ: CEDEBAt AMPHIONI DE DISPOSITIõE NEC ASCLEPIODORO DE MENSVris. Vetus lectio: Nã cedebat Amphioni de dispositiõe & Asclepiodoro de mẽsuris. atq; istæc illa maior arte simplicitas. Plinius haud multo post: Asclepiodorus inqt quẽ in Symetria mirabat Appelles.

Ex eodẽ. x.

QVOS METOPVS VOCANT. Lego Metoposcopos. ita enim græci appellant qui per liniamenta oris atq; frontis mores hominũ euentaq; prædicunt. de hoc & Suetonius & alii. Item: AGNOSCENTE VVLTVM PLANOREGIO. Legendum Agnoscente uultum Plani Rege. Sunt autem Plani non Sycophantæ delatoresue/sed Scurræ: ne id quidem simpliciter sed certi atq; sui generis/Impostores Decollatoresq; a fallendo nominati/ut inquit Athenæus: qui hoc ipsum retulit de Protogene. Inter Planes uero maxime celebres fuere Cephisodorus & Pantaleon: qui decessurus utrunq; filium deceperit: seorsum iis pdendo qua parte domus infodisset aurum. quod nusq; erat. De Planis & Cicero & Aul. Gellius & in epistolis Oratius. Item de Antigono rege: TANTVMq; EA IN PARTE A FACIE OSTENDit. Vetus lectio: Laniumq; ea in parte. a facie ostendit. Item: VERSIBVS GRAECIS TALI OPERE DVM LAVDATVR VICTA SED IL-

Universidad de Deusto
Biblioteca

LVSTRATA. Codices antiqui non Victa/nec Illustrata. sed Vi
Ex eodem.x. Lecto & illustrato.

MEGALYSI SACERDOTIS EPHESIAE. Scribendum Megabyzi siue Megalobyzi. ita enim ut inquit Strabo uocabantur Ephesiæ Dianæ sacerdores. Quintilianus libro quinto: Artifices inquit clarissimi cum corpora q̄ speciosissime pingendo fingēdo ue effingere cuperent:nunq̄ tamen in hunc ceciderūt errorē ut Bagoū aut Megabyzum aliquem in exemplum operis assumētes sibi:sed Doryphorum illum aptū uel militiæ uel palæstræ:aliorum quoq; iuuenum bellicorum & Athletarū corpora decorare existimarint: Bagoum uero Megabyzumq; pro imbellibus & mollibus accepit: cuiusmodi Spadones sunt. De Bagoo diximus.xiii.uolumine. De Megabyzo Trogus Thucydides Plutarchus: Nam & sacerdotes Dianæ oportebat eunuchos esse. In Fabio tamen non Bagoum/sed mendose Bacchiam scriptum erat. Potes & Bacelum in Fabio legere: quem & semiuirum desidia & libidine insignem fecit prouerbium Βάκχιλος ἐι Suidas auctor. Itē CLYTVM. Superius ostendi Cliducum siue Clediсum scribi posse. quanquā & Clitum scio Alexandri temporibus fuisse ab ipso interfectum. Fuit & Clitus alter cognomento Leucos ut Athenæus inqt mollicie atq; luxu diffluens:qui dū cognosceret in foro:purpuratus deambulandoq; ius dicebat. Quod uero sequitur Equo ad bellum festinantem:altera uidetur eius pictura nec ad Clitum referenda.

Ex eodem.x.

ALEXANDRiæ GORGONAS TENENTEM TRAGOEDVM. Vetusti codices:Alexandriæ Gorgosthenem Tragœdū:ut sit nomen eius proprium.pingebantur enim & Tragœdi. Plinius hoc ipso capite:Cyliscum inquit Tragœdiarum scriptorem meditantem pinxit. Item:DIVVS CLAVDIVS PLVRIS EXistiMAVIT IN VTRISq; EXCISA FACIE ALEXANDRI: DIVi AVGVSTi IMAGINES DEDERE. Lego non Imagines dedere/sed imaginem subdere:ut sensus sit illustrior. Item:AD QVAM PICTVRAM NATVRA EVM PROVOCAVIT. Vetus lectio:Eaq; pictura naturam ipsam prouocauit. Item: EST ET EQVVS SIVE FVIT PICTVS. Legi potest:Est & equus eius sine fine dictus & cætera. hoc est sine fine decātatus. quod genus loquendi familiare Plinio est:ut infra: Pinxit inquit ægrum sine fine laudatum. Item:SED ET CVM RATIONE MAGNA. scribendū Sed & tum ratione magna. Item:PATRIA

PHICAVNVS. Antiqua lectio:Patria Sicaunus. Scribo Patria ei Caunus. sequitur enim:Gentis Rhodiis subiectæ. Caunum fuisse Rhodiorum in continenti/Strabo. Ex eodem.x.

NOBILEM PARALVM. Quidam codices non Paralum sed Petalum:falso. Athenæus Pyttalum Eleum:patre Lampide:non modo pugilatu:sed composita inter Arcadas:& Eleos/de finibus/graui lite/celebrat. cuius imaginē Sthenis fecit Olympiæ. Plinius tamen libro septimo:Paralum tradit appellatum: qui nauem longā primus inuenit. Cicero sexta contra Verrem:Solitum Athenis pictum monstrari ait Parthalum:mendose(ut arbitror) pro Paralū. Scio & Paralos in Attica uocatos: qui regionis eius Paraliam colebāt. Plutarchus Paralos Factionū unā e tribus quæ Athenis erāt Solonis tpe/itelligit. Plato in Menone/duos Pericli filios fuisse refert Paralū & Xantippum. Ex iis colligo uel Pyttalum uel qd magis probo Paralum & hic & apud Ciceronem legendum. Item:supra: POPYLEON. Scribe Propylæon: de quo alibi. sed & Cicero in Officiis. Ex eodem.x.

HAMMONIADAM. Legendum Hemionida:quoniam sequatur Quam quidam inquit Naufican uocant. Pausanias hoc genus operis monstrari tradit Olympiæ παροέμους ἐπὶ ἡμιόνων τὴν μὲν ἔχουσαν τὰς ἡνίας τὴν δὲ ἐπικειμένην κάλυμμα τῆ κεφαλῆ. φαυσίκαν δέ φασιν τὴν ἀλκιμόου καὶ τὴν θεράπαιναν ἐλαυνούσας ἐπὶ τοὺς πλούσους. Inde ortum ut uirgines in iumentis siue mulis sedentes Hemionidas uocarent artifices. Item: IALYSVS QVI EST VSQVE HODIE. Scriptum inuenias apud Aelianū fere non Ialysus sed Hyalius: Duæ inquit Protogenis picturæ Hyalius & Satyrus:cæterum corrupte: nam & Cicero in Oratore ad Brutum & Actione sexta contra Verrem:Gellius & Strabo/non Hyalium sed Ialysum appellant: ab Ialyso Rhodi uico: quem Demetrius Rex incendere noluerit/ q; in eo tabulas Protogenis haberi nouerat. De Satyro Plinius haud multo post:ad quem usq; locum pendet hæc sententia. Proindeq; non dixit palmā habet tabulas; eius Ialysus:sed palmam habēt hoc est & Ialysus & de quo statim agēdum erit Satyrus. Item:LONGIVS A VARIETATE. Scribendum:A ueritate.

Ex eodem.x.

CVM PINGERET POPIZONTA RETINENTE PANE. Codices multi: Cum pingeret Poppyzonta: retinentem equum. Est autem Poppysmos:quo blandimur equo plausus: de

Poppysmos

Universidad de Deusto
Biblioteca

quo alias plura. Item: FECIT ET CYDIPPEM ET TRIPTOLEMVM. Vetusti codices Thlepolemum. Notum est inter ea nomina discrimen. Item: NOBILES VACCAS. Scribo Bacchas:ex Plinio superius:& quia sequitur:Arreptātibus Satyris Item: NICEROS ET ARISTIPPVS. Vetusti codices Niceros & Ariston. Item:RHYPAROGRANOS. Lege:Rhyparographos:hoc est sordidarum humiliūq; rerum pictor. Item:E DIVERSO MEDIANA. Vetus lectio non Mediana/sed Meniana.Est quidem Vitruuio Medianum pro Medio. Sed placent Meniana: quippe quæ ut est apud Varronem in foro fuisse constet. Verbum autē Sub ueteribus/loci nomē est: ut superius hoc libro docui.

Rhyparographos

Ex eodem.x.

DIGNIS DIGNA LOCO. Nullus sensus nisi quis extorqueat Digna pro Digne.Cæterum siquis non Digna loco/sed Dignu loco/scripserit:astipulabuntur ei Cicero & Fabius.qui aiunt ueteres non Dignus loco/sed Dignu loco pnuntiare solitos. uersus aūt ille MARCVS LVDIVS ELOTAS AETOLIA ORIVNDVS. Ex eo genere uidetur quod Encyon Græci uocant: hoc est fœtum & habens uterum: ut ille Virgilianus:Aut ouiū fœtus aut urētes prata capellæ. Proinde uerbum Elotas per Synalœphen cū sequenti legitur/elisa littera.s. quod erat ueteribus creberrimum. Sed & ad imitationem Græcorum Aetoliæ penultima producit. Elotas porro id uidetur quod Græce ἑιλώτης scribitur.quo nomine famulitia Spartanorū dicta nouimus: de quo & Aristoteles in Politicis:& Athenæus perq̄plurima. Item: NOBILES PLAVSTRI ACCESSV VILLAE SVB COLLIVM SPONSIONE MVLIERES LABENTES TREPIDAEq; FERVNTVR PLVRIMAE. Vetus lectio non Plaustri accessu:sed Palustri. Quidam non legunt Sub collium sponsione mulieres: sed Subcollantibus sponsione mulieribus.Non displiceret emendatio si sequentia concederent:Labentes trepidæq; feruntur.nam uerbū Plurimæ initium est sequentis clausulæ:Plurimæ inquit præterea faciles argutiæ.Igitur legi potest:Nobiles subcollantiū specie mulieres labētes trepidæq;. Est autem Succollare apud Varronem in tertio rei rusticæ item Suetonium in Otone/idem quod sustollere subleuareq; ceruicibus subiectis.nam decollare/modo securi cedere modo fallere significat Plauto Lucilio Fenestellæ Diomedi.

Ex capite.xi.

NICANORIS ET MARESILAI. Vetus lectio Archesilai non

Maresilai. Item:PICTVRAE SVAE INSCRIPSIT ENETEN. Lego Encauten:quod significat inustam.aut Encausen:qđ significat inussit. sequitur enim protinus:Qđ profecto inquit non fecisset nisi Eucaustica inuenta. Morem uero talem fuisse pictoribus hac inscriptione uti/cōstat ex Plinio superius:Quā Nicias inquit se inusisse. tali enim ait usus est uerbo. Martialis:Encaustus phaethon tabula tibi pictus in hac est.Item:IN EQVO EXTāTIA OSTENDENs.scribendū:in æquo:id est æquali.nec Eminulo:cuius rei rationē cōmonstrat Optice.

Ex eodem.xi.

EVPHRANOS ISTHMIVS.Legendum Euphranor:ex Plinio Vitruuio mille aliis.Nam Pausanias.xii.deos eius & Theseum & prælium equestre Athenis spectari tradit. Fuit autem prælium id quod inter Lacedæmonios & Thebanos ad Mātineam siue Leuctra gestū est:in quo & dux Epaminūdas/& Gryllus Xenophōtis insidentes equis ita sunt cōspicui/ut statim inqt noscanē. Atq; hoc intelligi uolebat Plinius cū diceret:primū Euphranorē uideri expressisse dignitates in signa heroum & usurpasse Symmetriam.

Ex eodem.xi.

MEGALYSI SACERDOTIS. Legendū est Megabyzi ut diximus.de quo & Plutarchus in Alex°. Item: FREQVENTIAM: QVAM VOCAVERE POLYGENNATON. Vetus lectio Gynæconitin.Et sane mulierū ut ita dicam Senatulus & in domo pars sic appellatur Vitruuio.

Ex eodem.xi.

CVM AESCVLAPIO FILIAE HYGIA AEGLE:PANE:CALASVS ET PIGER.Legendum:Cum Aesculapio filiæ Hygia Aegle Panacea Iaso. Ita enim quatuor eius filiæ uocantur Aristophani.Deprauatus uero locus hic in causa fuit: ut alia earum nomina Domitius in quadam Papinii sylluula tradiderit. itemq; illo Martialis uersu:Quod sanare criton non quod hygia potest. cum patre uero pingi eas præcipue Hygiam testis est Pausanias:ei comas suas fœminæ dicabant.De Pigro autem siue Ocno illud scitu dignum:picturæ id genus Delphis a Polygnoto quoq; Thasio dicatum fuisse:nec tam significari eo desidem & ignauū/q̄ laboriosum quidem & industrium/sed cuius uxor sit prodiga. etenim aselum non marem sed fœminam fingebant ait Pausanias: qui tamē in Ionia prouerbium inoleuisse refert συμάγει ὄκμου τὴν θάμιγγα. contra eos qui rebus nullum fructum ferentibus multum operæ

Universidad de Deusto
Biblioteca

impendunt. De Ocno græci latiniq; ſcriptores fere certatim:ſed & in marmore cælatum id argumentum Romæ duobus locis uiſitur/in Capitolio & Vaticanis hortis. Item:APOCOPTONTA. Vetus lectio Apoſcopeuonta ſiue Apoſcopunta:quaſi cõſiderabundũ explorabundũ ue.Illud aũt Apocoptunda:præcidentem battuentem ue ſignificat.

Ex eodem.xi.

NVMEROSAQVE TABVLA. Scribendum Numeroſa æque tabula.Item:SCYLLAM ANCORAS PERSICAE CLASSIS PRAECIDENTEM.Legendum non Scyllam ſed Scyllin Pauſanias:Scyllis inqt Scionæus homo cũ Cyane filia claſſis Perſicæ/qua Xerxes græciæ bellũ intulerat:ancoras natãdo urinãdoq; præcidit ad Pelium montem & Sepiada Magneſiæ : idq; ſignum in Apollinis templo poſitum ab Amphictyonibus quod erat commune Græciæ concilium:a Nerone principe Romam tranſlatum.

Ex eodem.xi.de Dioxippo.

CIRCA PVLVERIS IACTVm QVOD VOCANT ACONITI.Legendum:Citra pulueris iactum.hoc enim ſignificat uerbum Aconiti.ſicut Acleti/ citra uocationem.Vtrunq; prouerbii loco dicitur. hoc quoties inuocatus quis accedit ad cõuiuium:quod & amici faciunt & Cœnipetæ.alterum quoties quis ſine labore uicerit : quod quidem nos citra pulueremſudoremq; dicimus:origine ab Athletis ſumpta / qui puluereminſpergebant corporibus. Idq; a Græcis Aphe dicebatur/quaſi tactus. Martialis:Et flaueſcit aphe. Meminit & Seneca.Ouidius de Iucta Herculis & Acheloi: Inq; uicem fluuæ tactu flaueſcit harenæ, ut fere putem hoc quoq; loco / non tam Iactum q̃ Tactum ſcribendum fuiſſe. Pauſanias quoq;:Dioreum inquit Aconiti uiciſſe Pythia:& Heraclidem Alexandrinũ Olympia Pancratio. Aconiti autem tanq̃ ſine compari: nullo uidelicet qui certaret reperto. ſiue quia ipſi dimicare nollent quibus licebat:ſiue quia lege aliqua congredi prohiberentur: ut in Heraclide mox dicto contigit : reiecto Rhantio Alexãdrino æque pugili/q; fraude cõperendinatus eſſe uideretur. Idem auctor primo qui Pancratio citra pulueris tactum uicerit : Dromea nomen fuiſſe refert ex Mantinea.

Ex eodem.xi.

COENVS STEMMATA. Legendum eſt cum ſuperiore clauſula : Coneti Nemea. ut ſit ſenſus : Dioxippum / qui Olympia uiciſſet / Aconiti / hoc eſt ſine puluiſculo / eundem Coneti Nemea/hoc eſt in altero e ſacris græciæ certaminibus/q̃d Nemea dici

tur / cum inſperſione pulueris uiciſſe. Non poteſt negari locum hunc ex altiſſimis ruinis/egregie reſtitutum eſſe.ſed ingenue fatebor / unius exemplaris utcunq; laceri atq; deprauati comparatio hallucinantem & oſcitantem me commonuit huius mendi. Hic porro Dioxippus q̃ nobilis pugil fuerit : & quamobrem ipſe ſibi mortem conſciuerit Alexandri magni ætate.Q.Curtius docebit.

Ex eodem.xi.

CRATINVS COMEDVS ATHENIS POMPEIVM PINXIT. Si de Comico accipiam Pompeium pingere non potuit:Si de Pictore:ueterem lectionem ſequamur:quæ ait:Cratinus Comœdos Athenis in Pompio pinxit:hoc eſt in eo loco qui ποικίλος dicitur:ut eſt apud Pauſaniam:qui & alio loco celebrat artificẽ Cratinum ex Aegira.

Ex eodem.xi.

EVCHIDES BIGAM REGIS. Vetus lectio Eutychides. quod nomen & ſupra quoq; aſſeruimus nec ſemel auctore Pauſania & Plinio. Item:NEALTES.Legendum Nealces ex Plinio ſæpiſſime. Item: TESTIDEMVS OECALIAE EXPVGNATIONE. Legendum arbitror:Cteſidemus/ex Græca nominandi conſuetudine.De Oechaliæ expugnatione Homerus.

Ex eodem.xi.

NEALCES VENEREM SOLLERS IN ARTE INGENIOSO OPERI SVPERPINXIT.Vetus lectio Nealces Venerem ingenioſus & ſollers in arte.Mihi placeret uel ſic:Nealces Venerem:ſollers hic arte ingenioſe operi ſuppinxit ſiue ſuperpinxit: ut hoc ſignificet quod Græci uocant ὑπογράφειν ſiue ὑπεργράφειν ſiue παρεργογράφειν : cum quid uidelicet adiicitur operibus iam perfectis Emphaticos. Quæ ſint autem ut in picturis ita in aliis quoq; artibus parerga:etiam Vitruuius demonſtrat.

Ex eodem.xi.

LEONTISCVS ARATVM VICTOREM CVM TROPHEO PSALTRIAM.LEON SAPPHO. Diſtinguendum ita/ut itelligas ipſã Sappho quã Leon pinxit/Pſaltriã fuiſſe:auctor nõ Suidas mõ/ſ; Athenæus quoq;:q Sappho meretricẽ Ereſſiã quæ Phaonẽ adamauerit alterã abillapoetria uidetur exiſtimaſſe. Sũt qui Sapphus duas Ereſſiam & Mitylenæam tradant/utranq; Pſaltriam/utranq; Poetriam. Didymus certe grãmaticus qui quatuor milia librorum ſcripſit ut ait Seneca:ſiue ut Athenæus mille quingentos / ob id Bibliolathas appellatus : quærit & hocian Sappho Sybilla fuerit?

Didymus bibliolathas

Universidad de Deusto
Biblioteca

Ex eodem.xi.

QVINQVATRiis CELEBRANTEM.Lege Quinquatrus.Di citur autē Quinquatrus/ut Triatrus & Sexatrus & Septimatrus & Decimatrus/ex Festo/post Varronem. Item:THEODORVS SAMIVS ET TADEVS NICOSTHENIS DISCiPVLi. Vetus lectio non Tadius sed Stadius. Nominat quidem Pausanias Athenienſem Stadicū inter artifices.ſed Diodorus:Apud ueteres maxime inqt cōmendantē cælaturæ arte. Teleclius ac Theodorus Samius Rhœci filius:quoꝝ manu Pythii Apollinis imago facta:ut dimidiū Teleclius/dimidiū Theodorus Ephesi pſolueret nec duoꝝ tñ opus/ſed unius esſe iudicaretē. De Theodoro & Herodotus & Pausanias: q tñ Rhœcū Philæi: Theodorū uero Teleclii filiū/utroſq; Samios fuiſſe ſcribit. Oīo fere ſentio nō Tadeū hic/ſꝫ Teleclīū ſcribendū.

Ex eodem.xi.

ET PENNICILLO PINXit Et CESIRO. Itē paulo infra EBORE CESIRO ID Est VIRICVLO. Vetus lectio nō Cesiro ſed Cestro. Cestrō inqt Suidas genus erat teli Perſico bello inuēti. Sophocles quoq; Cestrā dixit ꝓ ſtimulo ſiue ſtilo ut ait Pollux. Sed & Lorū aut opus interpunctū/acu ue pictū/& ueneris itē ornamētū & in cōmune fœminaꝝ: Ceſton græci uocāt. ꝓinde Celſus Afri canus cōtra quē ſcripſit Origenes.xxiiii.libros edidit:quos a rerū uarietate Ceſtos appellauit. Præterea Sphyrænā piſcē Attici Cestrā uocāt:latie Sudī appellatā/qa roſtratus ſit/& ſimilis Belonæ:ut inqt Athenæus. Eſt aūt Belona piſcis:quē nos Acū & Aciculā quoq; dicimus. Habetē & herba Ceſtron ꝓ Betonica ceu a uarietate remediꝝ & efficacia noīe impoſito. Sed & Mugil piſcis ideo Ceſtreus uidetē a græcis appellatꝰ/qa teli modo publica Atheniēſiū pœna intret adulteros. Vtcūq; hoc genus miſſilis/qđ græci Ceſtron uocāt/nr̄i Viriculū:nā & Terebrā uulgo ita dicimꝰ. Pictores ebore a Plutarcho i Periclis uita ἐλέφαντος ζωγράφοι noīantē. niſi qs ἐλέφαντος putet nō ἐλέφαντος ſcribendū.

Ex capite.xii.

PRIMOS OMNIVM PLASTICEN INVENISSE IDEOCHVM RHETVM ET THEODORVM. Vetus lectio nō habet Ideochū/ſꝫ Rhœcū & Theodorū:ut ſupiore dixi capite. Itē: DEMOR otū. Lego Demaratū ex Liuio cæteriſq; ſcriptoribus. Itē EVCHIRAPū. Scribo Euchira uel Euchirō:quē Pausanias Corynthiū fuiſſe tradit/ut prædixi. Itē:PLASTE APPELLATA. Scribendum Plaſtæ appellati.nā ars πλαστικὴ ſed artifices πλάσται nominantur.habet hoc & uetus lectio.

Ex eodem.xii.

PRAXITELEM QVI PLASTICEN MATREM & reliqua. Vetus lectio Paſitelem. Sed & Pauſanias Paſitelem magnificat. Nam Praxiteles alius fuit.

Ex capite.xii.

PROLIBATVR SIMPVLIS. Quidā legunt Simpuuiis ex Nonio:Simpuuium inquit uas eſt ligneum. Sed Varro tamen Simpulum:ubi ait deos ipſos uili ſimpulo inuitari. Feſtus:Simpulum inquit uas paruum nō diſſimile cyatho:unde mulieres diuinis rebus deditæ Simpulatrices uocentur. Appuleius:In hodiernum inquit populus Romanus diis īmortalibus ſimpulo & catino fictili ſacrificat. Sed & Simplum.M.Varro appellat minutatim fundēs uas in cuius locum ſucceſſerit Epichyſis. cuius mentionem Plautus quoq; faciat: ut hinc forte minutas res & nullius precii Simplarias uocauerint antiq.quanq̄ & a Simplo quoq; qđ ad duplionem refertur Simplariæ actiones uocantur:quia in ſimplum dentur/ut duplariæ in duplum:quadruplariæ in quadruplum: unde Quadruplatores proprie dicuntur qui eo ſe quæſtu tolerabant ut ea perſequerentur quorum ut Feſtus ait ex legibus quadrupli erat actio.quo nomine fœneratores ut teſtis eſt.M.Cato ueniebant.

Ex eodem.xii.

ASTA POLLENTIA IN HISPANIA ET SAGVNTVM Scribendum ita puto ut Aſtam & Pollentiam cum priore colo iūgas:& in Liguria non Hiſpania eas urbes ponamus.non q, non in Hiſpania quoq; illo nomine ferantur aliquæ:ſed q, aptius ita coit. Claudianus:Nec plus pollentia rebus Contulit auſoniis aut mœnia uindicis aſtæ. Silius:Ferax pollentia uilli. Meminit & Auſonius:& qui deſitu orbis ſcripſere.

Ex capite.xiiii.de Lateribus.

LIDORON QVO VTIMVR. Quid ſi Didoron:hoc eſt duorū palmorum.id autem eſt Seſquipes/hoc eſt cubitus unus. Etenim Romanus pes digitis cōſtat ſexdecim:Palmus id eſt ſpithama duodecim. Quæ autem hic a Plinio dicuntur:ſumpta ſunt ex Vitruuio:apud quem mēdoſe ut puto ſcribitur Lichum. Eſt quidem Lichas menſuræ genus:ſed quæ digitos non excedat quaternos. Vetus quoq; lectio non Lidoron ſed Lydium hoc loco habuit. Item: IN GRAECIA PITHAGNE. Scribendum pitane ita ut uerbum In Græcia/cum ſuperiore ambitu nectatur hoc modo:Minore inquit latere in priuatis operibus maiore in publicis utuntur in

Universidad de Deusto
Biblioteca

Græcia ex Vitruuio. nam Pitane ubi lateres in aqua fluitant non in Græcia sed in Asia est: ut Strabo & Aelianus testantur oppidũ Troadis: ut in circuitu terrarum dixi. est & altera Pitane sed in Laconio atq; non in Asia: quanto grammaticorum quorundam errore? qui sic scripserũt in Græcia & Asia & plerisq; Hispaniæ ciuitatibus lateres siccati non mergebantur: ideo Pithagne inquiunt uocati. Seneca naturalium quæstionum tertio uolumine: Est adhuc inquit in Sina stagnum in quo natant lateres & mergi proiecti nõ possunt. Credo non in Sina sed uel in Asia uel in Pitane uel in Hispania uel Maxia legi oportere ut mox indicabitur.

Ex eodem.xiiii.

MASSILIA ET CALENTO. Massiam in Hispania non Massiliam inuenio. Massia inquit Theopompus regio Beticæ Tartessiis apposita est. Vitruuius quoq; non Massiliam sed Maxiam appellat hanc. In Ptolomæo tamen nec Massia nec Maxia sed Maxilia iisdem locis ponitur. Item: LAPIDEAS COLVMNAS & EPICTYLIA. Lego Epistylia ex Vitruuio: unde omnia hæc. Epistylium trabs est quæ super columnas ponitur auctore Festo. Item: ACRETI & MEVANiæ. Legendũ. Aretii nõ Acretii/Vitruuius.

Ex capite.xv.

COLLIBVS QVI VOCANTVR LEVCOGABI. Vetusti codices & Plinius aliubi Leucogæi. Item: QVOD E CVNICVLIS EFFOSSVm PERFICITVR IGNI. Antiqua lectio Lybiæ cuniculis effossum perficitur igni. Item: QVARTO AVTẽ AD LYCHNIA MAXIMe. Exemplaria manu scripta: Quartũ Cautõ ad Ellychnia maxime. Et sane cõuenit ut quo ad Ellychnia utuntur Cauton hoc est Vstile appellẽt. Item: HARPACTICon VOCATVR A CELERITATE AVELLENDI. Vetusti codices Harpax ita uocatur a celeritate uellendi. Item: ALTERVm GENVS QVOD STRIGILIN. Dioscorides Strongylen. quæ uox rotundum significat. Item: FVRFVRIBVS CORPORũ CVm PICE. Vetus lectio non cum Pice sed cum Seropice. Dioscorides/cum cera & pice.

Ex capite.xvi.in inscriptione.

SIBANISIA ET PHINITi ET APPELLITI. Ex Dioscoride Selinusia & Pnigiti & Ampeliti. Item: QVAE SYROPICON ET QVAE ASTER. Omnes uetusti codices nõ Syropicon sed Collyrion/itemq; Dioscorides. Item: PRIORIS LAVS Vt RECENS SIT ET LENIS. Legendũ Leuis/hoc est minime pondero?a. Dioscorides enim ἐλαφρᾶ. Item ALTERA GLOBOSIOR. Legendum Glebosior ex Dioscoride πλακώδη eam dicente: hoc est glebosam & crustaceam.

Ex eodem.xvi.de Eretria.

AERE PRAEDVCATVR. Magis proprie credo legeretur Aera præducantur. Plinius de Cimolia: Est inquit & uilissima qua circum præducere ad uictoriæ notam pedesq; uenalitioꝝ trans mare ductorum denotare instituerunt maiores. Dioscorides quod hic dixit Plini⁹/Aera præducãt: ipse προσ̓ χαλκώματα inqt ἔλκυσθεῖσα ἢ γυ̃. Item: PHNITIS ERETRIAE SIMILLIMA. Dioscorides Pnigitis ut prædixi. Itẽ: SI IN CERA ACCEPTA? OLEI MODO LIQVESCAT. Vetusti codices & Dioscorides: Si ceræ modo/accepto oleo/liquescat.

Ex capite.xvii.

APHRONITRVM ET CYPRIVM. Legi potest Aphronitrũ & æs Cypriũ. quippe cuius uis sit exiccare/astringere/cõprimere. Aut si uerbum æs/non placet addere/nihilo secius pro ipso ære Cyprio capiendum fuerit: quod uulgari quoq; usu nominat Cupriũ: unde Cuprini claui Palladio.

Ex eodem.xvii.de Cimolia & Cretaꝝ generibus.

NASCITVR ET LYCIA CRETA CIRCA BVBONEM. Vetus lectio: Nascitur & in Lycia circa Bubonem. Est autem Bubo ciuitas Lyciæ ut diximus. Item: TIMPANICO VTITVR GYPSO. Legendũ ex Theophrasto Tymphaico. potest & Tymphetice: ut docebitur inferius. Aetate nostra quoq; Gypsum quibusdam uestibus concinnandis Belgica fere tota & aliæ quoq; gẽtes adhibent. Item: GRAMMATICæ STABERIũ EROTEn Scribendũ Grãmatices Taberiũ Erotẽ: Suetonius de Grãmaticis.

CASTIGATIONES PLINIANAE EIVSDEM HERMOLAI BARBARI EX LIBRO.XXXVI.

Ex capite.ii.

a VT QVID OMNIMODIS RELIQVIMVS. Scribendum: Aut quid omnino diis reliquimus?

Ex capite.iiii.

DIPOENOS ET SCYLLVS. Scribendum Scylis/non Scyllus: uetus lectio & Pausanias.

Universidad de Deusto
Biblioteca

Ex capite.v.

IN LIBEDO INSVLA. Codices antiqui nunc in Leſbo/nunc in Lededo: utranq; auctores nominant.ſed in Continenti Lebedum iuxta delubrū Apollinis Clarii.Item:ALCHMANEM ATHENIENSEM.Scribendum Alcamenē:ut ſuperiore libro docui. Itē APHRODITE EXOPOLIS.Vetus lectio non Exopolis/quod extra muros urbis ſignificat:ſed En cepis:hoc eſt in hortis. Pauſanias quoq; prio libro ἐ ςὶ δὲ περίβολοσ ἐμ τῆ πόλει τῆσ καλουμένησ ἐμ κήποισ ἀφροδίτησ ὀυ πόρρω.Septa inquit in urbe ſunt haud procul Aphrodite quam En cepis cognominant.

Ex eodem.v.de Pandora.

IBI DII SVNT VIGINTI NVMERO NOSCENTEs. Vetus lectio Naſcentes. deinde ſequitur:VICTORiā MIRABILi ET PRAECiPVO PRECiO MIRAMVR ET SERPENTEM. Scribeudum:Victoria præcipue mirabili.Periti mirantur & ſerpentem:ex uetuſtis codicibus & Pauſania: qui ſic ait:In ipſa baſi cælata eſt Pādoræ geneſis quæ prima inquit mulier fuiſſe creditur.De uictoria uero & Sphinge ac ſerpente idem auctor ſic ait Victoria quoq; aderat magnitudine cubitorum quatuor & iuxta ipſum Mineruæ iaculum Dracon Erichthonius: in medio autem galeæ imago Sphingis imminebat.

Ex eodem.v.

ROMAe PRAXITELIS OPERA SVNT FLORA TRIPTOLEMVS CERES.Quidam legunt Cora id eſt Proſerpina nō Flora.quidam Horæ id eſt deæ quæ quatuor anni temporibus præſunt cuſtodes cæleſtis ut Homero placet aulæ. Et Iuuentutis quoq; dea uocabatur Hora.Ennius:Quirine pater ueneror horāq; quirini. Floram enim græcus homo Praxiteles pingere inquit nō poterat. Sed ratio hæc parum euincit / quia Floram nos dicimus quam Græci Chlorin.Ouidius:Chloris erā quæ Flora uocor. Fuit & Pompei magni ætate Praxiteles:quem argentea primum ſpecula feciſſe auctor eſt Plinius:ſed hunc non pictorem ſed ſculptorem fuiſſe tradit/& Paſitelem potius q̄ Praxitelem uocatū autumo: ut is ſit de quo ſequenti libro Iouem inquit eburneum Paſiteles fecit in Metelli æde in Græcia Italiæ ora natus & ciuitate inquit Romana donatus. De hoc ipſo forte Marcus Tullius in diuinationum primo libro:Hanc inquit Roſcii ſpeciē cælauit argento Praxiteles & uerſibus expreſſit Archias:ut fere Paſitelē non Praxitelē in Cicerone quoq; lectitem. Vtcunq; hoc loco Praxiteles & Flora

ſiue Chlora uel Chloris ſcribendum eſt ex Pauſania:qui Praxitelis opus Chlorin fuiſſe tradit apud Argos in Latonæ templo.Chlorin uero Niobes fuiſſe filiā ita dictā ꝙ metu Apollinis & Dianæ mutauiſſet colorē:cū prius ab Argiuis Melibœa diceret. hāc & Amiclā ſororem ſolas implorata Latonæ uenia ſeruatas.Homerus tamen omnes interiſſe cecinit. pinxit Chlorin in tabula Delphis poſita etiam Polygnotus attingentem Thyiæ nymphæ genua.quod quidem amicitiæ inter eas argumentum erat. Thyiam Neptuno: Chlorin Neleo Neptuni filio contubernalem fecere fabulæ.

Ex eodem.v.

THEYLADAS. Scribo Thyiadas.nam & Thyias Strabo eas uocat a Thyia dictas quæ prima Liberi patris initiata ſit orgiis auctore Pauſania.Item:CARSATIDAS. Scribendum Caryatidas a Carya Laconicæ regionis oppido: Vitruuius libro primo.Athenæus Pauſanias ſ3 Lactantius grāmaticus/a nuce dictas ꝙ ibi uirginum chorus metu ruinæ conſcendiſſet nucis arborem. Apud Diomedem quoq; libro tertio Dianam Caryatin non Curyatin ſcribendum erat.Papinius:Plaudentiq; habiles caryæ reſonare dianæ Stephanus & Caroeam quoq; dici urbem illam tradit.de hoc & in

Ex eodem.v. Infra diſſeremus.

SYMPLEGARVM SIGNVM NOBILE. Antiqui codices & Plinius hoc ipſo capite non Symplegarum ſed Symplega:uidetur autem Symplega eſſe opus in quo luctantes & omnino conſertores ſpectantur:quanq̄ Symplegma quoq; legitur in quibuſdā. Irē: PRAXITELIS FILIVS CEPHISSODO ET REI Et ARTIS HAERES FVIT.Vetus lectio:Praxitelis filius Cephiſſodorus & artis hæres fuit.Item:DVASq; CHAMETERAS. Poteſt Commotrias hoc eſt eius deæ ſubminiſtras & ornatrices. Romæ quidem ut Feſtus ait/ſex Veſtæ ſacerdotes conſtitutæ ſunt: ut populus pro ſua quaq; parte haberet miniſtram ſacrorum:quia ciuitas Romana in ſex eſſet diſtributa partis.hinc & inſtrumentum muliebre Commotrion apud Iulium Pollucem. Nicander quoq; famulas Rheæ ab aris Bomiſtrias appellat in Alexipharmaco. Poteſt & Chametæras defendi:quas & Chametæridas græci uocant: id eſt Pediſſequas & quaſi ſeruas a pedibus. Quod autem paulo poſt ſubiungitur CANEPHORVS:non pro uiro ſacra eius numinis ferente capitur:ut interpretati ſunt nonnulli: ſed pro ſacra uirgine:quam a ciſta græci Canephoron appellant non Canephoran.Proinde Cicero in Verrem Canephoroe cum dixit:ſecutus eſt

Universidad de Deusto
Biblioteca

græcos qui ſcribunt καρηφόροι. Ad eundem modũ Arrephoros non Arrephora uocabitur. Eſt autem hæc non quæ ſacris adminiſtrat: ſed eius tantũ Mineruæ famula/quam Atheniẽſes Poliada cognominabant. Nam ſi latine id nomen reddere collibeat / non Canephora ſed Canifera ſcribendum pronuntiandumq; Pompeius Feſtus ſignificat: Canifera inquit mulier eſt quæ fert canum / id eſt qualum: quod eſt ciſtæ genus. & alibi: Cana inquit Græci/nos Caniſtra & per diminutionem Caniſtella. Item PISTRICES. Lego

Ex eodem.v.

Priſtes/ut prædixi.

LIBERVM PATREM PALLA VELATVM VENERI PRAEFERT. Vetuſti codices non Veneri/ſed Veneris: hoc eſt uelatum palla Veneris. Item: ALTER LIBERVM SIMILITER. Fortaſſe legendum ſit: Alter liberum Semeles. ut ſit ſenſus: alterum e Satyris Liberum patrem præferre uelatum palla Veneris. alterum uero eundem præferre uelatum palla Semeles. Porro ſyllaba Ter/in uerbo Similiter principiũ erat ſequentis coli: Tertius inquit ploratum infantis cohibet. Item: MNESTRATI. ſcribendum Meneſtrati. Item: NON POST FERVNTVR ET CHARITES IN PROPYLAEIS. Vetuſti codices: in Pirræo non in Propylæis. Aliqui Prothyris. Sunt autem Prothyra in ianuis domorum ueſtibula: ut inquit Vitruuius. Sed Propylæis tamen ſcribendum eſt ex Pauſania: qui Picturam hanc Socrati philoſopho uidetur aſcribere. Propylæa uero hæc ad ipſam erant arcẽ Athenienſium quam Acropolin uocabant: ubi Mercurius quoq; uiſebat cognomento Propylæus. De Propylæis his & Plutarchus

Ex eodem.v.

in Pericle.

ENTOCHI. Male ſuppuncta lectio confundit intellectum. itaq; diſtinguenda eſt: ut uerbum hoc ad ſequens cæſum pertineat/& nomen ſit artificis. Sequitur autem in uetuſtis exẽplaribus nõ Hermerotes/ſed Appiades & Hermerotes. Sũt autem Hermerotes idẽ fere quod Erotes/hoc eſt cupidines. De uerbo autem Herma Cicero in quadam ad Atticum epiſtola: Hermæ inquit illi tui penteli-ci capitibus æneis. Ac ſignificat ea quidem uox Mercurium: ſed ꝑ ſtatuis ſigilliſq; in uniuerſum quoq; accipitur/præcipueq; truncis & quorum capita permutari poſſunt: Suidas auctor. Appiades qd ſint nondum repperi. Cæterum Hippiades ſtatuæ mulierum equeſtres appellabantur: cuiuſmodi fuiſſe uidentur Amazonum: quas mortalium primas equum ſcandere auſas Lyſiæ oratori creditur. Item: PAPIPPI. Vetus lectio Papili. Quid ſi Pappi? nam & hoc

Græcis uiri proprium eſt.

Ex eodem.v.

ET CARSATIDES IN COLVMNIS. Legendum Caryatides non Carſatides ut diximus: ſtatuæ muliebres in ædificiis ut ait Vitruuius: ſicut uiriles quæ mutulos aut coronas ſuſtinent Telamones a noſtris/Atlantes a græcis appellatæ. Vrbem Caryam Pauſanias multitudinis uocabulo Caryas ꝑnũtiat. Athenæus: ἓυ κράτησ ὅ κόρυλοσ πίῤῥῳ παρὰ Τιμὶ σαπρᾶσ ὀύσησ Τῆσ οἰκίασ ἐμ Ταῦθα ϕησὶ δεῖ δεῖ πρεῖμ ὕποζήσαρτα τὴμ ἀριζερᾶμ χεῖρα ὥσπερ ἂι καρυάτιδεσ

Ex eodem.v.

IN PARVIS MARMOREIS FAMAm CONSECVTi. Plinius libro.vii. non marmoreis/ſed Eburneis. meminit Cicero. meminit. M. Varro. Fuit hic Myrmecides e Mileto: Callicrates autem Spartanus. Item: IN COLVMNARVm EPISTYLiiS INSCVLPTA. Vetus lectio non Epiſtyliis ſed Spiris. utrunq; quid

Ex capite.vi.

ſit/Vitruuius Feſtuſq;.

E TAPSO CYCLADVm INSVLARVm VNA. Legendum Thaſo/nõ Tapſo: ex Strabone Ptolomæo Plinio. Alioqn Thapſos alibi. Paulo quoq; ſupra: QVO IN TRACTV SVBIt MENTEM. Scribendum Quo in tractatu ſubit mentem. Marmor Thaſium commendari nouimus & a Seneca Tranquilloq;. Scio & codices fuiſſe in quibus non e Thaſo/ſed a Paro ſcriberet. Erat enim & marmor Parium in nomine/ſed candidum.

Ex eodem.vi.

NON FVISSET PICTVRAE HONOR VLLVS NON MODO TANTVS ALIQVA MARMORVm AVCTORITATE. uetus lectio: Sine aliqua marmorum auctoritate. Item PRAEFECTVm FABIORVm. Lege nõ Fabiorum/ſed Fabrorum. Plenæ ſunt huius nominis & muneris hiſtoriæ. Item: SED IN MASSA ET VILISSIMO LIMINũ VSV. Codices romani loco uerbi Maſſa/habent in ianuis. uetus lectio: in Maſea. qd ſi legamus in Meſa: ita enim uocantur in domo partes: quas Vitruuius latine dici Medianas auctor eſt. Item: ET QVAE FIT E TORO LAPIDE. Legendum: Et quæ fit e Poro lapide. Porus lapis eſt producta prima: quem ut prædixi Tophũ appellare poſſis. Plinius quoq; infra: Minus inqt ponderoſus eſt qui Porus uocatur/marmori Pario ſimilis cætera.

Ex capite.vii.

NAXIVM DIV PLACVIT ANTE ALIA VTI. Melius uetuſti codices ſine uerbo illo Vti. Item: ARGVMENTO IPSE

Universidad de Deusto
Biblioteca

LABORIS CIRCA LVDENTIBVS PEr QVOS TOTIDEM CVBITI SVMMI INCREMENTI AVGENTES SE ANNIS EIVS INTELLIGVNTVR. Vetus lectio:Argumento.xvi.liberis circa ludẽtibus per quos totidem cubiti ſummi incrementi arguentes annos eius intelliguntur.Nondum recipio.extimandum uolentibus proponitur. Item:ONYCHITEN ETIAM TVM IN ARABIAE MONTIBVS.Lege ut ſit capitis initium.Præterea non Onychiten ſed Onycen:ex uetuſtis exemplaribus.& quia Onycẽ dici nouimus:qui & Alabaſtrites.itaq; paulo infra Plinius:Hunc inquit aliqui lapidem Alabaſtriten uocant:quem cauant ad uaſa unguentaria.

Ex eodem.vii.

AMPHORAS EX EO ET VRCEOS MAGNITVDINE CADORVM. Omnes antiqui codices:Amphoras ex eo Chiorũ magnitudine cadoꝝ.ut uel Chiorũ:uel certe Antiochicoꝝ ſcribere oporteat.Sunt enim Amphoræ quas & Ceramia & Metretas & latine Quadrantalia quoq; uocant.aliæ minoris mẽſuræ/ut Italicæ: aliæ maioris duplo/ut Antiochicæ.Cados autem a græcis quoq; p Amphoris quandoq; acceptos auctor eſt apud Iulium Pollucem Philochorus.nã & Cadus Antiochicus Amphorã capiebat Italicã.

Ex capite.viii.

CIRCA SYENEM VERO THEBAIDIS SIMITES.Scribi poteſt Syenites:ex Plinio inferius hoc uolumine. Niſi quis malit Stigmires:quia & Pyrropœcilos a uarietate dicebaꝫ.inuenio enim exemplaria in quibus Signites quaſi pro Stigmites legatur. Item: SOTHIS.Herodotus Sochis:id eſt σῶχισ.

Ex capite.ix.

VNVS A MYRNE POSITVS ALTER A PHIO. Vetuſti codices:Vnus a Smarre poſitus:alter ab Eraphio. Aelianus inter Aegypti reges Marrem:Euſebius Merrẽ uocauit: qui nuſq; Phion aut Eraphion nominat/ſed Menophin:& filium Iouis Epaphon:q Memphin cõdidit. Item:ASSERVATVM EVM QVEM.C. CAESAR IMPORTAVERAT. Scribendum Aſſeruatam eã qua & cætera. Item paulo poſt:PERDVCTVm HOSTIAM. Vetus lectio non Perductum ſed Perductam: ut non Obeliſcum qui merſus non eſt/ſed nauem ipſam intelligas.Plinius ſextodecimo uolumine: Abies inquit admirationis præcipuæ uiſa in naui quæ ex Aegypto Cai principis iuſſu Obeliſcum in Vaticano circo ſtatutum quatuorq; truncos lapidis eiuſdem ad ſuſtinendum eum

adduxit.hæc in Hoſtiẽſi portu inquit demerſa eſt cum tribus molibus turrium altitudine in ea exædificatis obiter Puteolano puluere aduectis.Aetate noſtra Paulus ſecundus Pontifex circumfoſſa ubi nunc Obeliſcus eſt terra/quatuor eos truncos ſpectari uolu it:atq; ita plane uerum eſſe comperit.Item:A SESOTIDE.Lego A Seſoſtride:Plinius & Græci omnes. corripiẽ in eo uerbo prima. Valerius Flaccus:Cum prima Seſoſtris intulerit Rex bella Getis. Dicitur & Seſooſtris Auſonio. Hoc & capite undecimo caſtigandum eſt. Item:AMBO NATVRAE INTERPRETATIONEM AEGYPTIORVM OPERE ET PHILOSOPHIæ CONTINENT. Apertius uetuſti codices:Ambo rerũ interpretationem Aegyptiorum philoſophiæ continent.

Ex capite.x.

CVI PAR FIERET VMBRARVM ROMAE CONFECTO DIE SEXTA HORA.Lege Vmbra/non Vmbrarum.ſequitur enim:Decreſceret & augeſceret.

Ex capite.xii.

VNA EST IN ARSINOE VRBE. DVAE IN MEMPHI. Codices uetuſti: Vna eſt in Arſinoite Nomo.duæ in Memphite. Plinius libro quinto inter Memphin & Arſinoiten Nomon in Libyco:Sunt inquit turres quas Pyramides uocant.Aegyptũ in Præfecturas Nomos appellatas diuiſam eſſe nemo ignorat. nam Pyramides ĩ ipſa nõ ſunt Memphi ut inqt Strabo:ſed quadraginta p culab urbe ſtadiis. Item:EST AVTEM SAXO NATVRALI ELABORATA ET RVBRICA. Vetus lectio Lubrica nõ Rubrica:Strabo ἐξαιρέσιμον eſſe dixit eum lapidem:hoc eſt q tolli poſſet.Quid ſi obliqua/nõ Lubrica:ex eodem:q σκολιαῖ deſcribit ἔχει δ' ἔμ ὕψει μέσησ πωῖ τῶμ πλευρῶμ λίθομ ἐξαιρέσιμομ.ἀρθέμτοσ δὲ σύριγξ ἐςὶ σκολιὰ μέχρι τῆσ οἰκήσ. Interpres uero quid eſſet ἐξαιρέσιμον non uidens:ingentẽ lapidem conuertit.Item:A VENTRE AD SVMMAM ASPIDEM. Vetuſti codices Apicem non Aſpidem.Forte Abſidem:id eſt curuaturam.

Ex eodem.xii.

IN RHAPHANOS ET ALLIVM AC CEPAS MILLE OCTINGENTA.Herodotus Mille ſexcenta in Syrmæam & allium ac Cepas. Eſt autẽ Rhaphani genus Syrmæa:ut Iulius Pollux & Diodorus & Plinius interpretantur. quo fit ut Laurentium Vallam demirer.qui non Rhaphanum ſed Apium/niſi codex mẽdoſus eſt/in Herodoto conuerterit. Itẽ:AMPLISSIMA OCTO

Universidad de Deusto
Biblioteca

IVGERA OBTINET SOLI. Vetus lectio fere Septē nō Octo Diodorus quoq; Plethra septem. Herodotus tamen octo Plethra. Pomponius: Pyramidum inquit maxima: tres nanq; sunt: quatuor fere soli iugera quæ sede occupat: totidem in altitudinem erigitur. nata diuersitas q; Plethron alii pro iugero accipiunt: alii duo Plethra singulis contineri iugeribus existimant: ut Hero mathematicus in plethro pedes centum/in iugero ducentos haberi scribens.

Ex eodem.xii.

ALII ENIM NITRO AC SALE ADAGGERATIS CVM CRESCENTE OPERE AC PERACTO FLVMINIs IRROGATIONE DILVTIS. Antiq codices non Cum crescente sed Concrescente. nec Irrogatione/sed Irrigatione. Nitrū porro circa Naucratin atq; Memphin in tumulos siliceos concrescere testis est Plinius. Sed & Diodorus secundo libro: Contendūt inquit Aegyptii ex sale ac nitro persuadere factos aggeres: qui postea redundante Nilo diluti sine hominum labore corruerunt. Item: ALII LATERIBVs E LVTO FACTIS EXTRVCTOS PONTES IN PRIVATAS DOMOS DISTRIBVTOS. Scribo non Extructos pontes/sed Extracto contis. Deinde sequitur: In priuatas domos distributo. Ex Herodoti secūdo κομτῶ ὑποτύπτομτεσ λίμμην ὅτι προσέχοιτο τοῦ πηλοῦ τῶ κομτῶ τοῦτο συλλέγομτεσ πλίμθουσ ἔίρυσαμ. Item: RHODOPe. Apud Strabonem mendose legitur Rhopode septimodecimo uolumine: quam Sappho Doricham inquit uocauerat adamatam Choraxo fratri. Herodotus Diodorus & Aelianus Rhodopin: ut sit inclinatōis tertiæ media eius producta: qui tamen eam Pyramidem negat Rhodopidis esse potuisse. Athenæus quoq; Rhodopin fuisse credit alteram a Dorícha ea quam Choraxus adamauit. Item: CONSTITVISSE. Legendum Constitisse.

Ex eodem.xii.

SOSTRATI CASSIDIs ARCHITECTI STRVCTVRæ IPSIVS NOMEN INSCRIBI. Legendum uidetur partim ex uetustis codicibus/partim ex Strabone Eusebio Lucianoq; de præceptis historiæ Sostrati Gnidii architecti structura ipsa nomē inscribi. Ea inscriptio talis fuit σώστρατοσ κνίδιοσ δεξιφάνουσ θεοῖσ σωτῆρσι ὑπὲρ τῶμ πλοιζομένωμ. Item: VT POTNEOSICE AC RHAVENAE AD VITANDVM PERICVLVM ETIā IN CORRIVATIONE FLAGRANT CVM EO SITA EA CRASSIENE PERICVLVM IN CORRIVATIOne

IGNIVM NE SYDVs EXISTIMEt. Anceps locus: & in quo errata fere scaturiūt, pinde collatis exēplaribus forasse talis erat lectio: Vt Puteolis ac Rauenæ ad uitādū piculū etiā in corriuatiōe q̄q̄ periculū in continuatiōe igniū/ne sydus existimet. etiāsi nouimus Potnias Bœotiæ urbē. Sycas uero multis locis fuisse ī thracia in Sicilia in Aegypto. Cæteq; de Pharo Puteolana cū alii tū Papinius.

Ex capite.xiii.

DVRAT ETIā NVNC IN AEGYPto in HERACLEOPOLITE NOMOS. lego Heracleopolite nomo. i. præfectura. q̄q̄ scripti manu codices fere hōt Hierapolite. Cæteq; Hierapolis in Aegypto nulla celebrat: sed in Creta Lydia Caria Syria. Heracleopolis aūt in Aegypto tres fuerunt: una e qua Physicus Theophanes: altera nō longe Pelusio: tertia secundū Nili hostiū/qd appellāt Canopicū. Item: PSAMMETICI. Herodotus & Aelianus Psammetichi. Strabo Psammitechi. Itē: QVI ID OPVS IN VISV MIRE INFESTAVErūt. scribendū uidet nō in uisu/sed Inuisum.

Ex capite.xiiii.

BERONIBVS ARENA PLENIS. Legendū Peronibus. Vtunt uerbo illo Virgilius & Iuuenalis & Sidonius poetæ. Vitruuius: ex ulua inqt palustri factis peronibus. q̄q̄ mēdose scriptū erat Meronibus. Vicina huic uox & Ascopera: qd nomē in Suetonii Nerone quidā hri putāt. Sed nos Ascopā uidemus legi posse: quod uocabulū Hieronymus quoq; pro culeo & utre usurpat de Iudæa muliere differens quæ Holophernem interfecit: quādoquidē Ascopā græci ἀσκοπιτίριμ uocant. Item: IN CVBILi ERGO ANXIO ARTIFICE. Verbū Ergo/supuacuū: nec uetus habet lectio. Itē: PONDEREq; IPSO CORREPTVS. legendum Correctus.

Ex capite.xv.

CORONāte EO MARMOreo APOLLIne. scribendū nō Eo sed Eū: hoc est Iouē. nā cōtra: Coronāte eo marmoreū Apollinē/paq; cō uenit. Itē: Nā Vt CIRCū MAXIMū A CæSAre DICTATOre EXTRVCTū. & paulo post: INTEr MAGNA OPEra DICAMVS NONNE INter MAGNIFica BASILICā PAVLi & reliqua. Pēdet hæc e supiore sensu period. ideoq; si sequar manu scriptos codices: ī qbus legit/Nec ut circū maximū & reliqua. fortasse nō errauero: ut intellectus uerboq; sit: urbē Romā alterius mundi uice hri: ut etiā si prætereamus circū maximū a Cæsare Dictatore conditum: occurrāt tū alia quæ hoc testent/Pauli basilica/forū Augusti/templū pacis/& reliqua hmōi. Vtcūq; suū sit & in hoc cuiq; arbitriū. Itē: CAPTOS AVARITIA ANIMOS. Vetus lectio

Universidad de Deusto
Biblioteca

Captis auaritia animis.ſed & honeſtior hæc locutio eſt. Itē:SVB/
STRVCTIONES INSANAS CAPTIOSI MIRABANt
Multi codices nō Captioſi ſ3 Capitoſi:ut cōiectari liceat Capitolii
potius legēdū eſſe.Itē:PVDOR ROMANI NOMINIs PRO
PIVS. legendū Proprius.Quod autem hic dicitur Nouum inex/
cogitatumq; ante poſteaq; remedium:Scire oportet ſimile quiddā
ab Ariſtotele in artibus referri:ſed & a Gellio quoq; in noctibus at

Ex eodem.xv. Lticis/de Mileſiis uirginibus.

VT ALIQVID IN IPSO HOMINE MORTALIVs ESSe
INTELLiGANT.Scribendū nō in ipſo/ſed ipſo. Eſt autem ſen
ſus.frequentibus ruinis & incendiis nihil ꝓfici quo minus ſpatio/
ſas ſibi ædes quaſi æternas & imortales futuras/hoſtes exædificent
Vnde natū ſit humanū genus ſolum:utraq; lingua mortale appel
lari:cum tñ opa quoq; manu eius facta aut plus aut æque ſint mor
talia.Item:POPVLo SVFFICiat LARge.XL.MILia.uetuſti co
dices poſt uerbū.xl.milia/hñt Sedere:ut forte ſcribi poſſit:Populo
ſufficiat large.xl.milibus ſedente:aut.xl.miliū ſedi.Plini' ſupra:lu
gerū inquit quaternū ad ſedē ducentoꝝ.lx.miliū.Itē:CONCRE/
MARENt AD SEXTERTIA MILLE.Vetuſti codices:Con/
cremarent bina millia ſextertia . Item:INGENio ERGO SVO
ERAt VTENDū CVRioniq; ALiVD EXCOGiTANDVM
FViT.Verbū Suo/cuius eſt uſus ad ꝓxima reciprocus/admonuit
me huius mendi,ꝓinde ita recte legeris : Ingenio ergo ſuo utendū
erat Curioni:eiq; aliud excogitandum fuit.

Ex capite.xvi.de Magnete.

HERAdiō.legēdū Heracleō.Itē:Vt AVCtor Eſt NICāder ī INdia
REptus. Vetuſti codices nō in India ſ3ī Ida:Plinius quoq; paulo
inſra ī Troade.Itē:MAGNESIAcū A MACEDOnia Et CON/
TERMINA A BEBONOEA LOCAtū PETENTIbus DE/
XTRa.lege:Magneſiacū e Macedonia ei cōtermina Bœbeida la/
cū petētibus dextera.De lacu hoc tā Strabo q̄ Plinius/& nos ī mē
tiōe Theſſaliæ.Itē:IBI & HæMATites SANGVINEi COLoris
Vet' lectio:Ibi & hæmatites magnes ſāguinei coloris:qđ & placet.
ſūt.n.duo gña oīo:hæmatites & hæmatites magnes:ex Plinio infe
ri':qnq; inqt gña hæmatitaꝝ præter magnetē. Ex īſcriptōe.xvii.

DE THASio LAPIDe.legendū Aſſio nō Thaſio:ex Dioſcoride ac
mox Plinio . Idē error & ī Cornelii Celſi libro quarto:Ex quo inqt
in Aſia lapidi Thaſio gratia eſt.ſcribēdū.n.Aſſio nō Thaſio.Item
IN ASSO TROADIs SARCOPHAGus LAPis.Stephanus
ex Alexādri Cornelii ſnīa/lapidem Sarcophagum in Aſſo Myſiæ

gigni tradit:quæ Mityſenæoꝝ fuit colonia . Idem in Lycia quoq;
Aſſon reddit alterā ſublimi & inacceſſo loco. Item pratū in Lydiæ
cāpeſtribus quæ Cilbiana cognoſcantur ꝓxime Cayſtrū amnē . Itē
in Epiro alterā ignobilē:hētur & in æolide inqt ad helleſpontū ci/
uitas hoc noſce : quā Plinius uidetur intellexiſſe cum dixit in Aſſo
Troadis.nā Aſos ꝑ ſimplex.s.in Creta eſt oppidulum. Nata inter
ſcriptores uidetur diſcordia ex eo q; ſupra Aeolida ut inqt Plinius
& ꝑtem Troadis in mediterraneo Myſi tenuere. totuſq; is tractus
Myſia quondā appellabatur.Itē:CHEMITES EBORi SIMIL
LiMVs IN QVO DAriū CONDitū FErūt.Vetus lectio Cher
mites.ſ3 & Theophraſt' ἐλέφαντι ὁμοιος χερρίτης ἐφ ὥπερ φασί τοὺς
Ex eodem.xvii. Lδιαφέρειν κεῖσθαι.

OPHIONitæ SIMiLES.legēdum Ophitæ.q̄q̄ Theophraſtus quē
hoc loco citat non Ophitæ ſed Chio ſimilem tradit:Fit inquit & ni
ger in Aegypto trāſlucidus & ſimilis Chio. Eſt aūt lapis Chius co
lore nigro igneus:ut ob id iter Carbunculos a Theophraſto nume
retur.maculoſas quidem & plane uerſicolores Lapidicinas Chioꝝ
fuiſſe cōſtat:ut fortaſſe ob id Ophitē ꝑ Chio uertere placuerit.Itē:
EIVSDEM LAPiDiS FLOS APPELLATVR IN FARi/
NAM REDiGENDAM MOLLiS AD QVAEDā PER/
INDE EFFiCAX. Vetuſta exemplaria:Eiuſdem lapidis flos ap/
pellatur/in farinam redigi mollis ad quædam perinde efficax.Aut
ſic : Eiuſdem lapidis flos appellatur/Saliua ex eo quædam mollis
perinde efficax. Cum qua lectione ipſius quoq; Dioſcoridis uerba
plus congruunt ἁλιριδία eam dicentis quam Plinius Saliuam.

Ex capite.xix.

OSTRATicæ SiMiLiTVDinē TEStæ.legendū Oſtracitæ:Dio/
ſcorides cæteriq;.Itē:GAGAtes LAPiS NOMē LOCi ET AM
NIS HABEt GAGATIS LYCiæ.uetuſti fere codices Gagis Ly
ciæ/nō Gagatis hñt.Dioſcorides quoq;:Amnis inqt a quo lapis no
men is habet/Gages appellatur.Itē:AIVNt & LEVCOCOLLA
EXPELLi MARi . Vetuſti codices nō Leucocolla/ſed Leucola.
Eſt autē Leucola Plinio ꝓmontoriū Pāphyliæ:quā nemo ignorat
Lyciæ conterminā.Eſt & Leucola inſula ꝓpe Cyprū & qdē in ma
ri Lycio:ut liberū ſit de utralibet/qđ hic dictū eſt/intelligere.Stra
bo quoq; portū in Cypro uocari tradit Leucola.Itē:MAGi IN Ea
QVā NECYOMANtiā VOCāt. Vetus lectio nō Necyomantiā
ſed Axinomantiā.id aūt genꝰ eſt magicæ ꝑ ſecures:quas græci Axi
nas uocāt.Plinius.xxx.uolumīe peluibus ait ſecuribuſq; ac multis
aliis modis diuina Magos ꝓmittere.

Universidad de Deusto
Biblioteca

Ex capite.xx.

ALTERVM ATRODAMANta. Vetusti codices Androdamãta.Familiare id græcis nomen est. alioqn & Pyrites quoq; lapis & aurũ illud qđ appellãt Democritii Chymistæ poculẽtũ:Androdamas uocari solet. Item: IDEM AVCTOR ESt SCHISTON ESSE ALTERIVS GENERis q̃ HAEMATIten TRADIt: QVEM VOCãt ATRACTIten. Antiqua lectio: Idem auctor Schiston alterius generis q̃ Hæmatiten tradit:quẽ uocãt Anthracitin.Ita dictus uidet a carbone/quia niger est.Porro sit hic an alius Anthracites in quo scintillæ aliqñ uideant discurrere/ut Plinius uolumine sequẽti ꝓdit:nec affirmo:nec refello. Itẽ an ab utroq; differat Anthracites fossilis in Thesprotia/qui extinguat igni/aqua

Ex capite.xxi. Lexardescat:asserere nõdum audeo.

QVARti GENEris TAPHIVSIVS.Quidã ꝑ duplex.s.ita enĩ & Taphiussa scribit/sicut & Scotussa & Pithecussa. Est aũt Taphiussa oppidum Cephaloniæ Taphos appellata quondã auctore Stephano.Sũt & Taphiæ ibi quædã insulæ Straboni ac Plinio:quasq; una ταφτοῦσ dicat:a qua fortasse Taphiusius ꝑ simplex.s.Item de Pumice: SIQVIDẽ ITA APPELLANt QVIDã LAPIDES ITA EROSi AMNE.Vetus lectio:Appellant quidem ita & cætera saxa erosa annis.Nã & græce Cisseris.i.Pumex nihil aliud fere q̃ ptusum erosumq; significat:a uermiculo qui Cis dicitur:qualis Hordearius triticariusq; est.Quæ autem hic Musea nominant Aelius Spartianus Musiua appellat in Poscenii nigri uita: hæc hodie uulgo Museaca dicuntur. de quo in Dioscoride plura diximus.Item:ATq; VT AIT CATVLLVS LIBERIS. Legendum Libris:Cui dono inquit Lepidum nouũ libellum arida modo Pumice expolitum.

Ex capite.xxii.

PYRRHo PYCILiũ.Lege Pyrrhopœcilon:ex Plinio supius capite.viii.Itẽ:SERRA QVA LIGNũ FACiLiVS ETiã SECANTIũ.Legendũ Secant nõ Secantiũ. Vitruuius quoq; secũdo libro etiã in Piceno:Vmbria:Venetia eundẽ lapidẽ hĩ dicit:quẽ dẽtata inqt serra uti lignũ secẽt.Itẽ:AEDEM FORTVNæ QVã SEIAM APPELLãt.Vetusti codices:ædem fortunæ quã Seiani appellatiõe dicebat:hoc est Nero priceps.De Seiana fortuna & equo Suetonius.Ostendit & nũc Seiani antrũ in ora Cãpaniæ haud ꝑcul Paulilypo. Itẽ:IN TARQViNiENSi ET ANITIANis LAPIDicinis.Legendũ:in Tarqnienſi Anitianis lapidicinis. Vi-

truuius:Lapidicinæ inqt cõplures in finibus Tarqnienſiũ quæ dicunt Anitianæ.Itẽ:ET IN STRATONẽsi SVNt. Lego Statoniẽsi ut Varro:siue Satonẽsi ut Vitruuius: Lapidicinæ inqt sũt itẽ præfectura statonensi.Plinius ſecdo libro de insulis natantibus: Agro inqt statonienſi in uadimonis lacu.Strabo in Etruria Statoniã hĩ scribit:unde Statonenses siue Statones: ut Plinius in eodẽ

Ex eodem.xxii. Lsitu appellat.

AT Cũ INAEQVALi CRASSiTVDine STRVCTA SVNt PSEVDISODAMOs. Putarẽ legẽdũ Perissodomos.etenim inæquale atq; impar græci Perisson appellãt. sed & Vitruuius tamẽ Pleudisodomon:nili mẽdosa lectio est.Itẽ:TERTiũ Est EVPLETON.Vetusti codices & Vitruuius Emplecton.

Ex inscriptione capitis.xxiii.

COCTARiis.Põt legi Tectoriis ex Plinio hac ipsa ꝑte. Itẽ:IDEO QVAE SI TERAt.legendũ Ideoq;/ut sit coniũctio nõ relatiuũ Itẽ:COLVMnæ CEDERe DENSius POSitæ CRASSIORes VIDENt.Legendũ:Colũnæ in æde densius positæ crassiores uident:ex Vitruuio/unde ofa hæc. Itẽ:CAPITVLi.N.ALTiTVDO TERTiA PRAESTAt CRASSiTVDinis. Scribendũ: Capituli.n.altitudo tertia ꝑs est crassitudinis:ex eodẽ Vitruuio ad

Ex capite.xxiiii. Luerbum.

COGNita CALCi RES GYPSũ.Lege:Cognata calci res gypsum Itẽ:E TERTIA FODit VT IN CYPRO. Et paulo post:ET HYMETicũ Est.Legendũ ex Theophrasto:e terra/nõ e tertia.itẽ Tympheticũ nõ Hymeticũ. Dicit aũt Gypsum Tympheticũ ac Tymphaicũ a Theophrasto & Plinio supius: a Tympheis Aetoliæ Thesprotiæ ue populis:ubi & Perrhœbi sunt:nã utroq; loco gignit.Est ibi & mõs Tymphetõ siue Tymphe:oppidũ quoq; Tymphea:NON DISSIMILIS ALABASTRitæ ESSE DEBET AVt MARMOROSO. Theophrastus nõ Marmoroso/sed Marmori æroso:id ẽ æris colore ὃ λίθοσ δὲ ἔμφερησ ἀλαβαστρίτη μέλασ δὲ οὐ τέμνεται ἀλλὰ χαλκώδησ. hoc est lapis Alabastritæ similis: sed non secatur sed æroſus.

Ex cap.xxv. Lniger uero nõ cedit sed æroſus.

CELEBERRIMVs FVIt IN HOC GENEROSVs. Vetus lectio: Celeberrimus in hoc genere Sosus. Romani codices Zenodorus/nõ Sosus.oſoq; artificis eius nomẽ est q Pergami strauit paumentũ id qđ uocãt Asaroton œcon.ita.n.lego nõ EVSARROTON. Qđ aũt sequit:QVONiã PVRGAMENTA CAENæ IN PAVIMẽto QVOq; EVERri SOLẽt:VELVTi RELicta

Universidad de Deusto
Biblioteca

FECERAt.Lego:Quoniã purgamẽta cænæ in pauimẽto quæ cõ-
uerri solẽt/ueluti relicta fecerat: ex uetustis codicibus. Vitruuius
Smyrnæ quoq; Asaroton œcon ad Theatri usum hĩ tradidit quo
se populus recipiebat cũ imbres repẽtini ludos interpellarẽt: codẽ
& Choragia laxamẽti grã secedebãt. Papinius i Tiburtino Mãlii
Vopisci:Varias ubi picta per artes:Gaudet humus supãtq; nouas
asarota figuras.Sidonius Apollinaris:Aureasq; portas exornas asa
roticis lapillis. Itẽ:DENTES VIDERES IN CANTHARI
LABRO.Vetus lectio nõ Dentes/sed Ludẽtes aut Lauãtes.Item:
SVB REGVLANEa.uetusti codices Subtegulanea:ut a Subdia
libus noĩe distincta esse uideanẽ:quæ græci uocant ὑπαιθρια. sicut
priora illa ὑπόστεγα & κατάστεγα siue στεγαστά ut est apud Iuliũ Pol
lucẽ.Sunt & Hypaethræ ambulatiões quas nr̃i Xysta dicũt:græci
Paradromidas/Vitruuius.Itẽ:FACILI TRACtu AC TEPẽTE
SED FALLAX VBICũq; IMBRES GELãt. Vetusti codices:
Tractu tepẽte sed fallaci ubicũq; imbres gelãt.Itẽ:BINAs PEr DI
VERSũ TAXATiões. Legendũ Coassatiões:ex Vitruuio.i.cõta
bulatiões.Itẽ:TESTA GRãdi Nõ MINVs ALiA DVOS DI
GiTOs. lego Ex tessera grandi nõ minus alta duos digitos:ex co-

Ex capite.xxvi. Ldẽ Vitruuio ad uerbũ.

NON NISi REFVSO MARi ARENAs FATENẽ. Lego Fa-
tẽ:hoc est Belus amnis:q cũ limosus sit natura/infusi maris ui are
nas fateri & agnoscere q̃si cogit. De hoc & libro.v.dictũ. Ioseph
quoq; belli Iudaici secũdo:stadiis ait duobus a Ptolemaide Belum
amnẽ distare:iuxta quẽ sepulchrũ Memnonis sit:& uitrea in rotũ
da ualle arena:quã uẽti ex circũdatis iugis cõuehant: inexhausta
sæculis ui.sed ante oĩa mirabili natura:mutãdi alia quoq; in uitrũ
quæ attigerit metalla.De hoc & Tacitus:Et Belus inqt amnis Iu-
daico mari illabitur:circa cuius os conuectæ arenæ admixto nitro
in uitrũ excoquunt.modicũ id littus & egerẽtibus inexhaustũ.Itẽ
CALICES DVOs:QVOs APPELLABãt PETROTOs.Legi
põt aut Pterotos hoc est alatos pinnatosue ab aliqua similitudine
Aut Apyrotos.Et.n.græci Apyroton uocabãt ut inqt Athenæ⁹/uas
frigidariũ:qđ Homerus Apyron Lebetẽ in carmĩe suo dixerit. Trã
quillus in Nerone:Nũciata iqt exercituũ defectiõe lĩas prãdenti sibi
redditas cõscerpsit:mẽsã subuertit/duos scyphos gratissimi ul⁹ quos
Homericos a cælatura carminũ Homeri uocabat solo illisit.Quia
tã Plinius Crystallinos calices fuisse tradit in suprema ira fractos
a Nerone amissaq; req; accepto nũtio.cogitẽt legẽtes.Itẽ:NEC Est

ALIANũ MATERIA SEQVACIOR. Lege:Nec est alia nũc

Ex eodem.xxvi. Lmateria sequacior.

EST AVTẽ COLORis IMPATiẽs.Lego Caloris.nã sequit̃:nisi
præcedat inqt frigidus liquor.Item:RVRSVs ADFVNDI Nõ
QVEVNt PRæTERq̃ ABRVPTO SIBI MET TINGI.ue
tusti codices Rursus tota fundi nõ queũt/præterq̃ abrupta sibi nec
tingui.Calculos siue Abaculos de qbus mẽtio fit hoc loco/eos esse
intelligo qbus i dispũctione supputatiõeq; numeroꝝ utebant̃ an-
tiq.qui mos hodieq; apd Barbaros fere oẽs seruat̃.hinc ortũ ut pe-
ritiã supputãdi quã Plato λογιστικὴν appellat:Abacũ uulgaris cõ-

Ex capite.xxvii. Lsuetudo noĩauerit.

INTERESSE CREDITus.legendũ Interisse creditus.Quæ hoc
capite dicunt̃ a Plinio de igniũ natura/Theophrast⁹ in uolumĩe
qđ inscripsit περὶ πυρὸς luculẽtissime psecutus est. Plinius.xxxiii.
libro:Carboni maior inqt uis exusto iterũq; flagrãti. Itẽ:ANCillã
OCRESTEM.Legendũ non Ocrestẽ sed Ocrisiã:ex Cicerone &
Dionysio Halicarnassæo:ut in Ouidii Fastis uersu illo:Nãq; pater
tulli uulcanus cresia mater.scribendũ sit Ocrisia nõ Cresia.Festus
Ochisiã Seruii Tulli matrẽ corniculanã seruã tradit initio uocatã
Postea ut sæpe fit.L.in.R.mutatum.

CASTIGATIONES PLINIANAE EIVSDEM HERMOLAI BARBARI EX LIBRO.XXXVII.

Ex capite.i.

POLYCRATI SEVERO SAMIO. Romani codi-
ces nõ hãt uerbũ Seuero. Diodorus certe difficilem &
crudelẽ in suos alienosq; demõstrat fuisse Polycratem.
Herodotus Anthropieũ cognoiat.i.humanũ. Sed ut
id familiæ nõ moꝝ aut uitæ cognomẽtũ fuerit/Clearchus eũ mol-
lem intemperantẽq; tradit:ppter quæ uitia perierit quoq;. Itẽ:SI
Cũ FORTVNæ NOBILITAte.Vetus lectio Volubilitate.Pos-
set & Mobilitate. Itẽ:ASSIDVO GAVDIo LVXus EO PRO
FECTVS A NAVIGIO IN ALtũ ANVLũ MERSIt:Vetu
sti codices:Assiduo ergo gaudio lassus ꝓuectus nauigio i altũ anu
lũ mersit.Itẽ:ET NOVISSIMVs PROPE LOCũ. scribe No-

Ex eodem.i.de Ismenia. Luissimum.

MVLTIs FVGIENTIBusq;.Lege Multis fulgẽtibusq;.hũc Ismę-
niã & Plato in Menone Thebanũ fuisse tradit: opulentũq; factũ

Universidad de Deusto
Biblioteca

nō uirtute ſ3 caſu Polycratis nactū diuitias.L.Appuleius : Neſcio inqt ut Iſmenias tibiis canere:ut Apelles pingere:ut Lyſippus fingere.Plutarchus in Pericle:Cū audiſſet inqt Antiſthenes Iſmeniā optimū eſſe tibicinē:reſpōdit/Malus igit̄. nā ſi ꝓbus inqt eſſet/tibicen nō eſſet.Itē:INDICTo IN CYPRO SEX AVREis DENARiis SMARAGDo IN QVA FVErat SCVLPta AMYMONE Et Cū DVO RELATi ESSENt &c̄. Legendū:Indicato in Cypro ſex aureis denariis ſmaragdo in q̄ fuerat ſculpta Amymone iuſſiſſe numerari:& cū duo relati eſſent & reliq̄. Verbū Indicare qd hic ſignificet:in præfatiōe Pliniana diximus.Itē:STILONIS PRAECONTini.Legendū Præconini:ex Plinio ſuperius: quia patrē inqt præconē habuiſſet. De hoc ipſo Aclio Stilone Plinius libro.ix.itemq; Fabius atq; Feſtus.

Ex capite.ii.

l YCO FlumiNI. Diximus Thucydidi celecē uocari Heracleensis agri fluuium. Sed & Lycus quoqȝ amnis ibi nominatur Apollonio ἣ δὲ λύκου ῥέεθρα καὶ ἀμφεμοεισίδια λίμμη.Hic & regem tractus eius lycum fuisse refert.Item SOnantES. Scribendum sonautes: hoc est σωναύτης siue ut Apollonius σοφαύτης. Dictus ita quoniam Megarensium naues seruasset coorta tempestate: nam prius inquit acherontem eum uocabant. Idem poeta nō callirrhoon:ut in Valerio Flacco legi diximus:sed callicboron: ut Plinius hoc loco amnem alterum appellat ex argumento diei festi:quem liberi patris comites egissent καλλιχόροιο παρὰ προχοὰς ποταμοῖο.Billęum quoqȝ flumen uicinum monui scribendum non ut modo legitur billin. Id ex eodem poeta comprobatur ὅσσουσ βιλλαίοιο μέλαμ περιάγμυται ὑδωρ. Item ex cap.iii.FLumeN SCadisiVM. Scripsi ex Menippo & Hecatęo flumen chadisium.Idem ex Apollonio probari potest μόσφι δὲ λικάςιαι ἀμφεμέμοι το μόσφι λάκομ Τοβόλοι χαλαίσιαι.quanq̃ in eo uersu χαλαΐσιαι scriptum aliquando inuenias pro χαλαίσιαι. Item ex cap.xxiii. SICut ACticiniVS TradiT. Diximus atratinum quandoqȝ legi:diximus & atacinum ab atace fluuio.Nunc illud addimus:non eosdem esse atratinos & atacinos. Atratinorū familia Romę peruetus fuit:inter quos cum aliis:tum.L.Attatinus a Valerio Maximo refertur:is qui contra Volscos apud Ferruginem lacum pugnauit. Atacini uero noui erant.Hieronymus in chronicis Eusebii: Primus inquit Terentius Varro natus est in uico atace Narbonensis prouincię: qui.xxxv. annum agens Grę cas litteras summo studio didicit olympiade.clxxiiii.

Ex Libro.vii.Cap.xii.

i NSEruo SERapione VICTimarii.F.Quintilianus:ut dictū est:nō Serapionē:sꝫ scriptionē uocauit.Valerius Maximꝰ tñ: nisi mēda ibi quoqȝ sit/serapionē.Est & apud Liuiū Scipionis q Serapio noīareē mentio. Victimarii dicebāt & q uictimas habebāt uenales:& q ligabāt eas ad altare:feriebātqȝ.Idē Valerius:Libros īgt Numę igne facto p uictimarios cremauit.In quo significatu & popę noīabant.Helius Sptianus in geta:ꝑcussit īgt hostiā popa no

Universidad de Deusto
Biblioteca

mine Antonius:ut inde Perſius uentrem popam dixerit non pro pingui & obeſo ut rentur aliqui: ſed pro belluone uoratoreq; ac pbagone. Sed & Propertius libro quarto nihil aliud intelligit uerſu illo:Succinctiq; calent ad noua ſacra popę.A popa popinę dictę. Item SEcundanuS REtariuſq;. Dictum eſt Secundanus & tertianus quandoq; legi. Sed & ſequutor Retariuſque. Apud Valerium quoq; Maximum de hoc ipſo diſſerentem:aſſecla retariuſq;.Quanq̄ manu ſcripti Codices non aſſecla:ſed ſecundanum habent.Lentulus inquit ex quodam ſecundanorum cognomen traxit. Cicero quoq; cum dixit in Bruto. Q. Arrium fuiſſe inter patronos.M.Craſſi quaſi ſecundanum:uidetur tranſlatione quadam ſecutorem(ut uerbum id in gladiatorū paribus quę componuntur accipimus) intellexiſſe. Item ex cap.xiiii.MEthymatbnuM. Valerius Methymnum. In utro menda cogitandum: nam & Mechymnum quoq; ſcriptum quandoq; eſt. Item ex cap.xx.SEptuagintA QuinQ; MILia PaſſuuM CVcurriſſe. Solinus.xlv.niſi uitium in codice. Item ex cap.xxx.GAbbaraM NOmiNE ex ARabiA. Non contradicit quidem Columella: ſed uidetur eſſe diuerſus libro quarto:Teſtis inquit Cicero eſt:Romanum ſe ciuem Neuium pollionem pede longiorem:q̄ quenq̄ longiſſimū:Et nuper ipſi uidere potuimus in apparatu pompę Circenſium ludorum:ludęq; gētis hominem proceriorem celliſſimo germano. Item ex cap.xli.BEreniCE. Scripſimus ex Pauſania & Aeliano pherenice. Nunc illud addimus uerbum hoc in Valerio quoq; Maximo libri viii.fine corrigendum eſſe. Beronices inquit non uulgaris bonos cui ſoli feminarum gymnico ſpectaculo intereſſe permiſſum eſt:cum ad olympia filium Euclea certamen ingreſſum adduxiſſet.Pauſanias non Euclea:ſed Piſirbodum appellauit. Hunc morem arcendi feminas ab hoc ſpectaculo Papinius ſignificat primo Thebaidos:Excluſęq; expectant prēmia matres. Item ex cap.xlviii MAxiniſſaM. XL.annis REgnaſſe. Scribendum.lx. Valerius Maximus.Item Liuia RVtiliA. Idem auctor Liuia rutilii:ut paulo poſt Clodia ofelli.De qua & Valerius:apud quem non ofelli tamen:ſed auli ſcriptum eſt:aut mendoſe:aut q̄ Aulus prēnomen ofelli eſſet.De ſtatilia uero meminit in epiſtolis Seneca:omnino multa uirorum propria hoc capite aliter a Plinio:aliter a Valerio in mentione ſenectutis redduntur:ut Epiperorum:non Epeorum.Latinorum:nō Plutinio/rum. Lictorium:nō Pictoreum.Damaſcus:non Damiates.Sane in ipſo libri huius indice Damaſcenus quidam inter auctores ponitur:quo loco tamen antiqua exemplaria non Damaſcenum: ſed Demaſten habent. quod & uero fere proprius. Item ex cap.lii.GNóſiO EpimeniDE. Plutarchus nō Gnoſium:ſed phęſtium ab urbe Phęſto in Creta:quem & condendis legibus adiutorem Solonis fuiſſe tradit inclitum uaticinio & diuinarum rerum peritia. Sed Gnoſium & Valerius Maximus:& alii fecere:ut duos credi ratio quoq; temporū fere cogat. Ex capite ultimo:NAſica COllega LEnaTI. Scribendum ex antiquis monumentis Lanati:non lenati.Erant & Lęnates quidem: ſed diuerſi a lanatis. De quorum uno ita Romę legitur in uetuſto lapide: Lanatus Capitolinus Magiſter equitum.In eodem de Lęnate quodam in hunc modū:Lęnas.CN.Manlius.L.F.A.N.Capitolin.imperioſs. Et paulo poſt M.Popilius.M.F.M.N. Lęnas.Hęc illa ipſa tabula eſt in qua diximus Venocem quendam.C.Plautiū uocari:& alterum de quo ita ſcriptum ſit.L.Plautius.L.F.L.N.Venno etiam ſi uennocens:non uenno/ uti legendum eſſe uideretur/ ſequens ſyllaba decipiat.Cenſ. inquit.L.Papirius.L.F.Craſſus.C.Manlius.P.F.L.N.Luſtrum fecerunt.

Ex Libro Octauo:Capite ſecundo.

Gredi PortA:Scribendum ingredi non egredi ut diximus.Nunc & au
e ctorem Plutarchum in Pompeio afferimus: Triumphare inquit conatus eſt:curru quattuor elephantis iuncto:ſed cum porta urbis eſſet angu ſtior/uſus eſt equis. Item ex cap.xix.SolpugA:Diximus Solifugam a Cicerone & Solpigam quoq; appellari hanc:ſed & Feſtus quoq; ſolpugam ait nominatam uideri:q̄ acrius pungat concita feruore ſolis. Item ex cap.xl.Gradibus GemitoriiS. Valerius Maximus & alii nō gemitorios ſed gemonios. De hoc autem Sabino Dion quoq; meminit ὅτι διὰ τῶν ἀναβαθμῶν ἐρρίφη

Item ex cap.xliii.Per Raritatem PlantaruM. Diximus phalangaꝫ & palāca rum:ſiue quod idem eſt plancarum legi poſſe.placarū nullo modo.Feſtus plancę inquit tabulę planę ſunt ob quam cauſam & planci appellātur: qui ſupra modum inquit pedibus plani ſunt. Phalangę ſunt & menſurę genus atq; ponderis Herodoto Plinioq; in mentione bebeni. Item ex cap.lii.Fuluius Hirpi/nuS. M.Varro de re ruſtica ſecūdo.Fuluius inquit lupinus dicitur habere in tar quinienſi ſepta iugera.xl.De quo & Plinius ſequenti libro de cocleis.

Ex Libro.ix.Cap.xxxv.

Ffectant Iam & Pauperes Lictorem FeminAE. Diximus licitatorem
a non lictorem legi poſſe. Plinius libro.xiiii. Alius inquit quantum alia queſierit/tantum bibit. Tunc auidi matronam oculi licentur. tunc gra/ui produntur marito.tunc animi ſecreta proferuntur. Eſt autem uerborum ſenſus hic fere qualis apud Valerium Maximum ſecundo libro: Feminę inquit capillos cinere rutilabant. Nulli enim tunc ſubſeſſores alienorum matrimoniorū oculi timebantur.Sunt qui alectorem ſcribendum putent ut gemmę nomen ſit eius.de qua libro ultimo:Alectoras inquit in uentriculis gallinaceorum inuentas cryſtallina ſpecie:magnitudine fabę:qbus Milonem in certaminibus uſum inuictum fuiſſe/uideri uolunt.Quidam belicterem: quia Iulius Pollux dicat in/aurium genus eſſe quod ellobia & belicteres & belicas appellauere.Illud a fibris aurium:quas Greci lobos uocant.Helicteres a clauiculis quas belicas nominant in eadem parte.Licitatores ergo feminę conciliant uel opibus ſpectandę uel fuco.Id Greci uenuſtiſſime καπηλείαμ ἀσκεῖμ προσώπω Licitatores πλησ Τυριάσταs uocant. Item ex cap.liiii.Quadraginta Ipſius Piſcinę a Defuncto Illo Venire PiſceS. Scribendum ex Macrobio docuimus Quadraginta mi libus ipſius piſcinę a defuncto illo ueniere piſces. Columella quoq; libro.ix.Catonis inquit:qui nihilominus & ipſe tutor luculli grandi ęre ſeſtertium millium quadringentorum piſcinas pupilli ſui uenditabat.

Ex Libro.x.Cap:xxix.

In Campo Ridiculi. Scribendum Rediculi:non ridiculi. Feſtus Redi/
i culi inquit Fanum extra portam Capenam fuit:quia accedēs ad urbem Anibal ex eo loco redierit quibuſdā perterritus uiſis. Item ex cap.xlvii.HęmatopoDi.Placet imantopodi ut oſtendimus: etiā ſi & auis genus eſt Ariſtophani quam dicat erythropoda.Hęc autem ſit an diuerſa nō ſtatuo.

Item ex cap.xlviii. Ibin Megnatius CaluinuS. Fortaſſe non megnatius: ſed

Universidad de Deusto
Biblioteca

quod tritissimū est Egnatius. Item ex cap.lii. FEMINAM EDVNT QVæ ROTVNDIORA GIGNVNTVR RELIQVA MA rem.Diximus Aristotelem sexto libro contrarium statuere:ob id mutari uerba huius loci posse:ut nō rotundiora sed oblongiora sit scribendum. Nunc mone/mus Plinium ex alioꝝ sententia nō Aristotelis locutum.Columella quoq; libro ix.Cum quis uolet inquit q̄plurimos mares excludere longissima quęq; & acutissima oua subiiciet.Et rursum cum feminas q̄ rotundissima. Item ex cap. lxiiii. CIRCVMACTO SVB ENIXVM FOETV ALIA IN VTERO PORRECTA.An scribi potest:Alias in utero porrecto:id est foetum ipsum qui sub enixum circumagitur alio tpe in utero porrectū esse.

Ex Libro.xi. Cap.xvi.

a CARNON VOCANT.Scribe Acapnon:quia fumo careat qui Gręce capnos dicitur. Strabo Atticum inquit mel prętertimq; id quod in argentariis metallis fit & a compositiōis genere acapniston uocatur. Item MELIOR NIGER VARIVSq;.Aristoteles ut dixi Melior ruffus q̄ niger uariusq;.Sed & Columella genus ducū infuscum: sordidum:birsutū:& ut Poeta noster ait sputo puluerulēto simile damnauit probando rutilum.Quia tñ Varro ex Menecratis sententia:quem & Plinius quoq; nominat:duo ait esse ducum fastigia:nigrum & uarium: quod & prętertur poterit ad illum quoq; modū legi:Melior nigro uarius.Alioquin sunt inquit Varro:qui tria quoq; Regulorum discrimina constituant:Nigrum:Rubrum:& Varium. Item ex cap.xxxvii. PARCO ATQVE AB ILLO GALERITA APPELLATA.Parcum fateor nōdum legisse.Percum legi inter accipitres apud Aristotelem libro nono:Theodoro porcam interpretante. Sed an in eius capite sit apex nō comperi:Nam quę dicit Aristophani & Aristoteli egithalos:parus ab ipso uertitur tribus generibus. Vnū fringillę magnitudine.Alterū minus quod mōtanum cognominant. Tertium inter omnes minimū.De paro triuialis ille uersiculus circūfertur Ouidio inscriptus mēdacissime. Parus enim q̄is per noctem tinninet oīem Eius uox nulli iure placere potest Inauspicata est & para Horatio:Impios parę Recinētis omen. Plinius.xviii.lib. Auem inquit Param oriente sirio ipso die nō apparere:donec occidat.E diuerso Virionem prodire ipso solstitii die:qui & ἐκπυρκαϊάς id est ex incēdiis nasci dicitur:ut inquit Aristoteles.In Campania & aliis regionibus Parula uocatur auicula:cuius uertex nigricat coronę specie. Distent inter se an eędem sint nondum perspeximus.Verba sane illa ATQVE AB ILLO GALERITA APPELLATA Codices uetusti habēt cōmodius:At quę ab illo galerita appellata.& cętera.Item VT LYRAS DECERENT. Vetus lectio quemadmodum testati sumus:ut Lyras diceres. Vnde quidam putent Sterpsicerotas quasi Terpsicerotas uocatos.Cętęꝝ Strepsicerotes rectius q̄ sterpsicerotes:a cornibus uidelicet rugarum ut ait Plinius ambitu cōtortis:sicut a latitudine palmis manus simili platycerotes.Item DE OCVLIS MEDIVSCVLO DIFFERENTES Scribi potest Meditullio nō mediusculo.Sunt codices in quibus habeatur medius color differens.Itē de dentibus.TIMARCHVS NICOCLIS FILIVS PAPPII. Scribendum forte paphii ab urbe Cypri Papho.Nicoclem certe Cypri Regem uel Isocratis orationes prefcrunt. De hoc Timarcho Iulius quoq; Pollux in mentione dentium. Item de neruis BVBVLOQVE ETIAM CIRCVMVOLVTI. Diximus legi posse Bibulo ex Aristotele:an & bubulo fortasse rectius? ut cordi bouis circumuolui quoq; neruos dicat nedū oriri ab eo. Itē ex cap.xxxix.de elephantis:IMPENETRABILES SETAS.Diximus legi posse:Impenetrabiles quasi setas q̄ & Aristoteles & uetus lectio ad id manū prębebant.Sed & si uerbū illud quasi detrabatur:nihil officiet.Plinius libro ultimo: Beryllos inquit in di perforatas elephantorum setis religant.

Ex Libro duodecimo.Cap.iiii.

t HVRIVS IN ITALIA.Scribo Thuriis: nā thurii quę sybaris ante dicebatur & aliq̄n copię ut ait Stephanus Herodoto fuere patria: quā & Thurium & Thuriā uocabāt:ut in illo Herodoti ellogio ἥρωα τον λυξέω κρύπτε κόμισ ἥδιε σαμόντα. μῶμον ἀπεκπροφυγών εούριος ἔσχε πάτριμ. Itē ex cap.viii.de spina ariana.MYRRHAE SIMILIS Theophrastus & in eo Theodorus libro quarto de stirpibus:illyrię nō Myrrhę sed ut gręcum codicem deprauatū ,putem argumēto est: q̄ de lacryma siue spina illyria nusq̄ traditur. Item ex cap.xii.SITVM REDOLENTE VT CVPRESSI.Dioscorides nō Cupressi:sed cyperi odore nardum cōmendat.Q̄d qdem & recentiores prędicāt ut uel utrūq; uerū sit uel affinitas uocabuli fefellerit,pdentes Plinius quoq; de cypero disserēs:odorē ei nardo similē tribuit. Item: FOLIA DIVISERE AD NOVAM AMPLITVDINEM HADROSPHAERVM VOCATVR.Vetus lectio:Folia diuisere annonā:ab amplitudine hadrosphęrum uocatur:hoc est preciū ipsa folia diuersum fecere.Quod enim amplū adultiusq; est hadrosphęrū inquit appellatur:nam hoc significat ἁδρος. Q̄d autē sequitur: MAIORIBVS SICLIS.XXX.Idem codices lōge aliter.hoc modo:Maioribus foliis.X:xxx. ut stella illa in speciem Grecę lrę.X. denarium ostendat: quod quidem in monumentis antiqui lapidis cum alibi:tum Rhauennę cernitur:quanq̄ est ubi non X.sed puncta duo tantum . . scripta sunt:quando uidelicet exiliores minutiores q; sunt litterę. Accedit q̄ hoc ipso loco ,ptinus cum dicitur Mesosphęræ emi LX.& paulo post precium microsphęri esse.lxxv.uidetur ad eundem modū legi oportere:hoc est.X.L.&.X.Lxxv.atq; ita uetus prę ferebat lectio.Quod qdē multis huius libri partibus ad banc formā peccatum animaduerti. Sed satis est uno loco indicasse. Item ex cap.xiii. IN ARMENIAE PARTE QVAE VOCATVR OCENE.Scribendum Otene:id est ὠτηνή ut sexto libro demonstratum est.

Ex Libro.xiii. Capite primo.

f ED ET BATHYLLI MADENT EO. Antiqua lectio multis exemplaribus:Sed & illi madent eo.Potest uero ad illum quoq; modum scribi:Sed & parthi madent eo: ut accersita cōmendatione inglu/uie natum uirus extinguāt.Plinius libro.xi. Parthoꝝ inqt populis graueolentia

precipue & a iuuenta propter indiscretos cibos. Namq; & uino fetẽt ora nimio: sed sibi proceres inquit/medentur grano assyrii mali. Libro quoq; quartodeci/mo: Scitum inquit est Scythar ũ legati quanto plus biberint / tanto magis sitire Parthos: ac Persarum quidem regna: ut idem auctor est: Videntur quę nunc in/quit Parthoꝝ intelligimus: sed diuersi tamen a Persis fuere Parthi Artemidoro: Straboni: Ptolomęo cęteris. Bathyllus pueri: nõ populi nomen legitur. Sed & in prouerbium mollitię cessit βάθυλλος ἐι quemadmodũ & βάκηλος. Item ex cap. iiii. In. M. Ciceronis Monumentis Inuenitur Vnguenta Gratiora Esse quę Terram q̃ Quę Crocum SapianT. Cicero de Oratore libro tertio non terram: sed ceram. Vnguentis inquit minus diu nos delectari summa & acerrima suauitate conditis q̃ bis moderatis. & magis laudari quod ceram q̃ quod crocum, olere uideatur. Cęterum in Codice Ciceronis menda est & terram/ nõ ceram scribendum Plinius. xvii. uolumine de generibus terrę: Cicero inquit lux doctrinarum altera meliora inquit unguenta sunt quę terram q̃ quę crocum, sapiũt. Hoc enim maluit dixisse q̃ redolent. Ex quibus uerbis constat Ciceronem hoc: alio quoq; loco prodidisse. Sed & Theophrastus odorẽ terrę cõmendauit. Item ex cap. xii. Leuigat Dẽte ConcauO. Placet eorũ sñia q scribunt nõ concauo sed concha ue. Item ex cap. xv. Lati Fundi TaxationE. Iungendũ est Latifundii. Plinius libro. xviii. Latifundia inquit prodidere Italiam. Item libro. xvii. In latifundiis nõ legitima inqt naturę festinatio: id est nõ potest una certa ratio prę/scribi putandę uinceę in magnis prędiis: q̃p alię serius id alię maturius desiderãt. Columella libro. v. Vbi ruris inquit uastitas electionem temporis negat: ualentis/simã quamq; partem uineti/frigoribus deputari conuenit: macerrimã uere uel autũmo. Item ex cap. xxi. Arborem Ostrin Quã & Ostream VocanT. Scribendum Ostryn & ostryan Theophrastus libro. iii. Quod autem sequitur similem fraxino: cortice & ramis & folio: pilis & reliqua. Idem auctor nõ folio pilis: sed folio piri. ἡ ὄστρυσ ὁμοφυὲσ τὴ ὀξυὰ τὴτε φυτείᾳ καὶ φλοιῶ, φύλλα δὲ ἀπιο εἰδὴ hoc est ostrys arbor planta & cortice similis est oxyę: foliis uero piri. Oxyam Plinius fraxinum uidetur cõuertere: Theodorus scissimam. Non desunt qui oxyam interpretentur phagum. Ideo aũt placuisse Plinio fraxinum dicere: quoniã fraxinum cõstabat nõ dissimilem esse phago ramis & cortice. Sunt quibus oxya uidetur esse quã nos ornum uocamus. Item quibus scissima quam phagum: de quo Theodorus quoq; in prefatione sua de stirpibus.

Item ex cap. xxii. EnonymuS. Theophrastus ut dictum est anonymos. Exemplaria tamen quędã eius feruntur in quibus nõ anonymos: sed euonymos scriptum est. Quod autẽ hic dicitur flore candidior est. Theophrastus flore candidę uiolę. At uerba illa statim pestem denuncians ex eodem auctore sumpta sunt. ὄζει δὲιμοὴ ὥσπερ φόμου. Id est odorem illa dirum habet ceu pestis cediscq; Theodorus: odore inquit infesto uelut cruorem inferens: propterea q; in auspicata Plinio dicta est. Greci Euonymon fortasse appellant per antiphrasin & quasi ominis deprecãdi gra. Nec illud pteriero q̃p huius arboris gustatu extingui pecus tradunt: nisi purgatio contigerit: hoc est ut Theophrastus inquit anochos: quod uerbũ Theodorus Grece posuit quasi genus herbę medicamẽti ue. Sed Plinius ita uertit pręceps alui exinanitio. Item ex cap. xxiii. Saripha Circa Nilum NascenS. Theophrastus nõ Saripha: sed sari neutro genere multis locis quarto libro appellat: Tria inquit in Aegypto celebrantur: papyrum: sari: mnasi. Et paulo post τό σάρι φύεται μεὴ ἐμ τῶ ὑδατι & reliqua. Id est ipsum sari prouenit in aqua radice dura intortaq; ferrariis officinis utili: de qua prosiliunt quę saria uocantur cubitorum duum altitudine pollicari crassitudine.

Ex Libro. xiiii. Capite primo.

VNtotinVS. Scribendum ut dixi Rumbotinus: siue ut Columella. vi. lib. Rumpotinus. Est genus inquit arbusti Gallici quod uocatur Rumpotinus: desiderat arborem humilem: nec frondosam. Et paulo post: Ita inquit fere constitutum supra animaduerti: ut ad octo pedes locis siccis & cliuosis: ad. xii. planis & uliginosis tabulata disponantur. Sed scribendum loco uerbi supra animaduerti: rumpotinetum aduerti: atq; ita lectio uetus habuit. Eadẽ parte mendũ est: Arboribus inqt rumpotinis frumentũ nõ inferitur in utrãq; ptem xx. pedum spatia interueniunt. Scribendum enim: si in utranq; partem zc. Q m sequatur: At si segetibus indulgetur in alteram partem. xl. pedes: in alterã. xx. relinquuntur. Plinius lib. xvii. Interuallum inquit iustum arboꝝ si aretur solũ: quadrageni pedes in terga frontemq;: in latera uiceni. Si nõ aretur: hoc in omes partes. Idem Tabulata inquit earum ab octauo pede altitudinis dilatantur in collibus siccisq;: ab duodecimo in campestribus & humidis. Cęterũ appellatio rumpotini hodie quoq; durat in Liguria & insubria. Item: PAguM TRansgressiS. Scribere oportet Padum: nõ pagum: ut monuimus. Plinius lib. xvii. Transpadana inquit italia. Preter supradicta cornu: populo: tilia: acere: orno: carpino: quercu arbustat agros. Columella de rumpotineto: Huic inquit rei maxime uidẽ ido/nea populus. Ea est arbor cerro similis. Quinetiam & cornus & carpinus & ornus: nonnunq̃ & salix a plerisq; in hoc ipsum disponitur. Itẽ: LEptorogaS. Scribendum leptorbagas a minutis acinis: quos Greci rhagas uocant. Item ex cap. ii. de amineis: SEniO QVoq; PRoficienteM VTiq; VNiuscuiusq; ViitaM. Vetusti codices: Senioq; ,pficientem uini eius ubiq; uitam. Columella lib. iiii. Solę inquit traduntur amineę excepto coeli statu nimis frigido ubicũq; sint etiam si degenerent: sibi comparatę magis aut minus ,pbi gustus uina prębere cęteras omnes sapore precedere. Item de nomentanis: Eę MinuS FERtiles Vinaceis & FEcę NiMiAE. Scribi potest: Eę minus fertiles uino: acinis & fece nimię. Columella: Nomentanę inquit fecinię dicuntur: q̃p plus q̃ cęterę fecis affe/runt. Sed id incomodũ repensant uuarũ multitudine. Item: BAliscaM DYrrachini CElebraNT COcolubiN HispaniAE VOcanT. Columella nõ baliscã: sed semper fere basilicam minorem inquit basilicã cocoluben uocant Hispani. Idem auctor inerticulam paulo post reddendam amarition a Grecis dici refert. Ego nõ amarition: sed amethyston scribo: quoniã ut ait Plinius sobria sit & temulentiam sola nõ faciat. Quia tamen uerba sunt Columellę quarto cap. xxi. ubi uites quędam & arcella & balisca nominantur/ suspendendũ iudicium exi/stimo. Est aũt mendosissimus locus ille ad hunc modũ. Cũ stingi Biturice fructibus opimis bic paribus chio respondẽt: illinc arcella cursu: illinc spione Valiscene cõuertunt: quibus alma tellus annua uice uelut ęterno quodã puerperio lętam hortibus distamusto demit ubera. Inter quę fauẽte libero petis palmitibus uel generis alui: uel flauẽtis ac rutili uel purpureo nitore micantis. Vndiq; uersi/coloribus pomis grauidus collatet autumnus. Sunt in iis uerbis errata fere undecim. Proinde ita scripserim tantisper dum alius quis melius inueniat: Cũ ist hinc Biturice fructibus opimis. hinc paribus chię respondẽt: illinc arcellę: illinc spionię balilcę ue conuertant: quibus alma tellus annua uice uelut ęterno quodam

Universidad de Deusto
Biblioteca

puerperio lęta fœtibus distenta musto demonstrat ubera. Interque fauente libero foetis palmitibus uel generis albi uel flauentis ac rutili uel purpureo nitore micantis. Vndiq; uersicoloribus pomis grauidus collactet autumnus. Itē de bellouenaca: MInoR QuaM ARcam APpellaNT. Vetus lectio nō arcā sed arcū. Columella emarcū siue marcum. Quia tñ & arcellā noīat ut dixi ęstimandum est. Item de uenicula: MaluNT SCirculam VOcaRE. Columella scircitulam: Venucula inquit eadem quę scircitula. quanq̄ in eo mēdose scriptū est auenuncula pro uenucula. Quod aūt aliubi notauimus fieri posse ut scirpula & sticula dicatur hęc: q̄ ita Plinius capite nono appellet quādam uitem: melius est ut tria genera credamus. Primū scirculę: aut quemadmodū Columella scircitulę: quā Plinius staculam quoq; appellat. Alterū scripulę siue scirpulę passo acino: & odoratum uini dulcis feraci. Tertium sticę Grecis dictę: a nobis apianę ab apibus quibus prędę sunt auctore Columella & Plinio. Item ex cap. iii. CircA PHalaraiaM. Dixi quidem circa phalacram scribendum auctore nullo: cōiectura tñ duce. Nunc id ipsum Theophrasti quoq; testimonio sancimus libro tertio: Vitis inquit ea parte idę nascitur: quam uocant phalacras: fruticosa uirgis paruulis & cubitalibus pene ramulis & reliqua. Item: Atq; eque. CCCC. NVmmiS VenundaTIS. Scribendum puto: atq; cccc. milibus nummū uenūdatis. Aut/quod idem est. cccc. Facit enim linea illa supraposita ut hoc intelligamus. Quod cū ex aliis locis: tū ex libris de arithmetica Boetii Seuerini facile quis obseruet. Enim uero Columellę computatione libro quarto singula uineti culti iugera quattuor milibus quingentis fere nummis constare iustum erat solo promilcuo. At quāto pluribus opera steneli agricolę tam insignia? His inquit tpibus & Nomentana regio celeberrima fama est illustris: & pręcipue quā possidet Seneca uir ingt excellentis ingenii atq; doctrinę. Videtur enim steneli uinetum primo. cccc. milibus neniisse. Tum. dc. milibus mercante Palemone: nō a stenelo sed ab empto re primo. Demū quadruplicato precio comparatū a Seneca principatu traditionis si quis nolit scribere Neronis: quod nec ipse mutari uelim magnopere.
Item ex cap. iiii. Hęc Natura VINis in VEtustaTE: ne POtari PEr se Queant SIne PROuincię AQ Va. Diximus legendū: si non peruincat aqua. Theophrastus libro sexto de causis plantarum: Quędā inquit per se mandi nequeunt: sed pro condimento induntur aliis: ut amara & acuta. Hoc enim pleraq; οὐδὲ ὑφέμενα κρατεῖν ἀκρατῶν id est nisi diluātur peruincere nō possumus. Item Ex lis VSura MVLtiplicaTA SEmissiBVS. Et paulo post: SINgulas VNciaS CONstituisse. Scribendū uidet: singulis: hoc est nūmis. In quo boni consulant q hęc cognoscent si diuersa q̄ alibi prodidimus in medium allaturi sumus. Semisses usuras nostri tpis legulei bas intelligunt/quibus dimidium sortis In singulos annos lucrifacere contingeret. Besses/quibus partes duas. Trientes/quibus tertiā. Quadrientes/quibus quartam. Expositionem banc multis sęculis receptam/ quia nemo refragabatur/ipsi quoq; tamdiu secuti sumus: q̄diu contrarium inuenire nō licuit. Nunc. L. Columella duce libro quarto usuras semisses interpretamur: quotiens de centum nummis: quę uerbi gratia sit sors: nō quinquagenos/ut illi/putauerunt: sed senos tm̄ nummos usurę nomine percipimus. Ob id ciuiles & modicę Plinio uocatę sunt. tanto mitioribus quę trientes & quadrantes appellātur. Capitolinus in Alexandro trientarium ait foenus eum ut ęquissimū & leuissimū exercuisse ad usum Reip. Sed uerba Columellę prętexamus: Is inquit uinitor licet sit emptus sex uel potius octo milibus sestertiis: cum ipsum solum octo iugerum: totidem milibus nummoꝝ partum uineasq; cum sua dote: id est cum pedamentis & uiminibus: binis milibus in singula iugera positas duco. Fit tum in assem consumatum precium sestertioꝝ. xxix. milium. Huc inquit accedunt semisses usurarum sestertia tria milia & quadringenti octuaginta nummi biennii tpis: quo uelut infantia uinearū cessat a fructu. Fit in assem summa sortis & usurarum. xxxii. milium quadringentoꝝ octuaginta nummū. quod quasi nomen si ut foenerator cum debitore: ita rusticus cum uineis fecerit: eius summę ut in perpetuum prędictam usuram semissium dns constituat. Percipere debet in annos singulos mille nongentos quinquaginta sestertios nūmos. Ex his uerbis euidentissime colligitur: ex usuris semissibus: non quinquagenos de centenis: sed senos dumtaxat in annum redire creditoribus: sicuti quaternos ex triētibus. Hoc ipsum ex fine legis tertię in eo titulo qui ad legem falcidiam inscribitur aptissime conuincimus. Ea Pauli uerba sunt: quę iccirco apponere constitui: quoniā recentioribus: alii dissimulanter ea prętereunt: alii fatentur nō intelligere: cū tamen sint & ponderis & momenti maximi. Sunt aūt hmōi. Si Reip. in annos singulos legatum sit: cum de lege falcidia queratur Marcellus putat tantum uideri legatum q̄tum sufficiat sorti ad usuras trientes eius summę quę legata est colligendas. Erat uero sensus iis q latine loqui didicissent & expeditus & facilis: Si Reip. legati essent in annos singulos sestertii uerbi gratia quaterni: tantundem legatū uideri ab hęrede ac si centenos semel repręsentare iussus fuisset: quia de centum nummis quaterni colliguntur Vsurę trientis nomine in annos singulos. Qđ si ut Neoterici legum interpretes existimant: usura triens esset/nō quattuor de centum: sed. xxxiii. sequeretur hoc incōmodū: q̄ si hęreditas centum nummoꝝ foret: & ex ea Reip. in annos singulos. xxv. nummi legarentur/detractioni legis falcidię locus nō esset: qm̄. xxv. in annos singulos tātundem esse uiderentur q̄tum lxxv. semel: quę summa dodrantem nō excederet. Quis aūt obsecro tam stupidus: atq; tam nullo sensu talem hęreditatem adire uelit: quę quarto demū anno sit absumenda: & obligatio nihilominus legati tota maneat. Iam si. lxxvi. legata fuerint: falcidia hęredi subueniet: si in annos singulos. xxv. nō subueniet quo qd dici potest absurdius! At quis malit nō dico. xxv. sed &. x. tm̄ in annos singulos q̄ semel. lxxv. immo ipsa plane centū psoluere!? Sed redeamus ad propositū: Si amphora: id est ut Festo placet/octuaginta uini librę: sub Opimio centum nummis ualuit. Faciunt aūt octuaginta librę nongentas sexaginta uncias: efficitur ut semisses usurę: hoc est uummi seni annoꝝ centum sexaginta/ nongentos sexaginta nummos inferant. Atq; ita singulę uini uncię singulis nummis usurę nomine constiterint. Castigabimus in transitu & uerba illa Ciceronis ad Lentulum Nec putant inquit ei nummos deesse posse: qui obsidione foeneratores exemerit: hominis semissibus magna copia est. Scribendum censeo: non hominis: sed uel omnino: uel omni hoc sensu: magnā pecunię faciendę copiam fore: si eam reddere cum usuris semissibus promisero. Pręsertim inquit hoc tpe: qui meis rebus gestis hoc sum assecutus/ut bonū nomen existimer adeptus. Verbum adeptus superfluit: nec in scriptis manu codicibus inuenias. Bonum inquit nomen existimor: hoc est bonus debitor. Omniaq; hęc per iocum ab ipso dicta/nihil qs intelligat/errauerit. Sed & illud notatu dignū: homines quoq; interim semisses dici pro modicis pusillisq;. P. Vatinius ad Ciceronem: Simius inquit nō semissis homo contra me arma tulit. Est autē mensurę id nomen cubiti pars: ita uulgo quoq; dicta: minor dodrante: hoc est/nō Catullianū illud bolopachium siue totus cubitus: sed plus dimidio minor: aut certe nō iusta homo magnitudine/uerum dimidiata. Item ex cap. vi. LAtinensia GRauicaNa STOmentiA. Vetus

Universidad de Deusto
Biblioteca

lectio Latinienſia. De Latinienſibus tertio libro Plinius in Latio: Forte uero non grauicana: ſed grauiſcana. Item nō ſtomenſia ſed ſtatonienſia: a grauiſcis & ſtatonia. de quibus eodem libro. Item ALOe MercāTVR. Scribendum uel aloen uel certe medicantur. uel ſic ut uerbum illud mercantur/eradas. Aloen femini/no genere pronuntiant Greci Latiniq;. Item ex cap. ix. de uino paſſo. EX Vua: Q VAm GRęci STicaM VOCant: NOs ApianaM. ITEM SCirpulaM. Scribendum ſcirpula ſiue ſcripula caſu ablatiuo: ne quis apianam cum ſcirpula eandem putet. De ſcirpula Plinius capite tertio: Scirpula inquit acino paſſo. Item ex cap. xiiii. EGnatii Metenti NI VXoreM. Valerius Maximus Egnatium Metellum nō metentinum. Quid ſi Mecennium? Seruius primo libro ęneidos: Femina inqt quę ſub Romulo uinū bibit occiſa eſt a marito. Mecēnius abſolutus eſt: id enim nomē inqt marito. Sic Granius Lucianꝰ coenę ſuę. Itē: Myrrhę ODORe CONDita. Vetus lectio & Merula ut dixi nō myrrhę: ſed miro. qm̄ Plautus in perſa mentionem myrrhę nullam habeat: ſed nec murrini. Curate inquit uos iſthic & approperate oculos/ne mihi morę ſit quicq̄ ubi ego intro ad/uenero. Cōmiſce multum ſtruthea colluthea q; appara bene & in ſtruteis conca/leat & calamū iniice. Alii myro: id eſt odore: ut Iulius Pollux. Sed & cum Plinius dicat cap. xvi. Aromatiten inquit inuenio factitatum nō tantū unguentorum compoſitione primo ex myrrha ut diximus/ mox e nardo celtico/ calamo/ bitumine. Videri poteſt myrrhę hoc quoq; loco ſcriptum fuiſſe: niſi quis uerbum VT DixiMVs prępoſtere collocatum putet atq; ita legat ſane: Aromatiten inuenio factitatum nō tantum unguentoꝝ compoſitione ut diximus: primo ex myrrha: mox e nardo & reliqua: niſi fortaſſe nō multum in Plauto: ſed murū/ hoc eſt unguentum quis malit ſcribere. Itemq; nō colutbea ſed colutbra. Et enim fucus maturas in comoedia Philemonis ita nominari teſtis eſt athenęus. In uinū uero ſtruthea & ficus addi conſueuiſſe argumēta ſunt uina cydonites & ſycites a pomis illis dicta. Nō probo autem hoc ſed periclitor & prouoco ingenia: ſicuti nec illud ut ſtruthea pro quodam poculi genere ſumātur: cuius mētionem Athenęus quoq; faciat. & colluta pro collue. Addo & tertium: ut ſi quis nō colubra nec colluta: ſed collubia: hoc eſt bellaria ſcribendum cēſeat: quoꝝ nihil ipſe affirmo. De Collubiis. xxxiii. libro quędam paucula. Feſtus Murina inquit genus potionis eſt quam mulieres uocāt muriolam. Quidam murratum uinum id dici putāt ex uuę genere murinę noīe. Idem auctor: Murata inquit potione uſi ſunt antiqui: poſtea inquit aſſueuerūt muratā diis ſuis libare. Ideoq; xii. tab. eſt cautum ne mortuo daretur. Idem auctor quibuſdam exemplaribus: Murrata inquit potiōe uſos antiquos indicio eſt q; etiā nūc ędiles in ſupplicatiōe diis addūt ad puluinaria: & q; xii. tab. cauetur ne mortuo indatur: ut ait Varro antiquitatum primo libro. Item ex cap. xi. ITaq; NON MINORa. Vetus lectio fere: itaq; nō miror. Item terebinthi: callini: letiſci. forte nō callini: quod quidem nuſquam legitur: ſed calami. Poteſt enim ex odorato eo ſeorſum fingi uinum: ſicut in alia quoq; uina cum cęteris addi ſolet. Item ex cap. xix. RaBVLaNa PICE. Quidam ut dixi radulana: quaſi ab inſtrumēto radula: cuius mētionem prędicipue. L. Columella faciat. Non probaui: cum ob alia: tum q; inſtrumētum id/ ſi quid ad propoſitum pertinere poſſet nō minus belle rabula a radendo/q̄ radula uocaretur. quādo & rabulę forēſes etiam a radendis auribus: quia & Greci quoq; garrulos aiunt κοπρώδεις eſſe & κόπρειρα ὦτα ut Iulius Pollux auctor. uel ut Feſtus a radēdo: id eſt auferēdo nomen traxere. Quāq̄ & a rabie & a raui hoc eſt raucitate dictos quidam uolūt. In Gallia quoq; tranſalpina inſtrumentum fabrile quo aſſamenta leuigantur & poliuntur: non aliter fere q̄ rabo quaſi rabula uocatur a radendo. quod quidem a nauiculę credo forma in multis Italię: Belgicę quoq; ptibus ſcaphula dici ſolet. In Venetia ,puincia & aliis locis a cōplanādo planula. Nā dolabra uideꝰ eſſe idē qđ aſcia Donato: q dolare inqt eſt aſcia cedere. Vtcūq; uerba Columellę de radula nihil oīno ſuffragant: ea ſunt ultimo eius libro de pice ī uniuerſum/nō de una aliqua eius ſpecie. Dolia inquit q̄ in terrā demerſa ſunt: ferreis lampadibus ardentibus calefiunt. & cum picem in fundum deſtinauerit ſublata lampade/ rutabulo ligneo & ferrea curuata radula ducitur quod diſtillauit: aut quod in lateribus bęſit. Sunt qui rabulanam picem a colore quaſi rauulanam ſcribendum autument. Eſt enim Rauus color inter flauum & ceſium. Vnde & Feſtus ait: Rauilię dicantur & rauiſtelli. Plauto: Quidam a loco Ionii ſinus Rhaba: de quo: non tm̄ de pice Stephanus: Non deſunt qui pro ζopiſſa rabulanam interpretētur. Eſt aūt ζopiſſa ut ait Plinius/ eraſa maritimis nauibus pix cum cera multo efficacior ad omnia quibus pices inquit reſinęq; ,pſunt: uidelicet adiecto marini ſalis callo: a Tirocinio nauis optima. Meminit & Dioſcorides. Item ex cap. xx. PArte Q VadrigēteſiMA. Vetus lectio: parte quadrageſima. Nam de ſulphure cuius paulo poſt habetur mentio. Catonis uerba ſunt bręc: Medicamentum inquit in dolium hoc modo facito: cerę partem unam: reſinę partem unam: ſulphuris partem. xxxiii.

Ex Libro. xv. Cap. xv.

f ACILe Q VOq; Genera INSITa FVere. Verbum facile iungendū cū ſuperiore clauſula: hoc modo: Nec ſpinas inſeri quando fulgura expiari nō queunt facile. Tum ſcribendum non Q VOq; ſed quotq; genera inſita fuerunt: tot fulgura uno ictu pronunciantur. Fuit locus hic perq̄diu mihi dubius: ſed. M. Varronis de re ruſtica libro primo uerba multum lucis afferūt: ubi non omnia omnibus inſerenda prędicit. Hęc inquit ſequunt multi qui Arunſpices audiunt multum a quibus proditum eſt in ſingulis arboribus: quot genera inſita ſunt uno ictu tot fulmina fieri & cętera. Item ex cap. xxviii. Succoꝝ VINOſus PiRO. Malo. MyrtO: MINIme Q VOD miremVR VulS. Theophraſtus libro primo de ſtirpibus: Succoꝝ uinoſus uuis. moro. myrto: propter quod uideri poteſt: non minime quod miremur uuis legendum: ſed quod minime miremur: uuis. Accedit q; idem lib. vi. de cauſis: Quidam inquit ſapores minus perſpicui ſunt: ut uinoſus in myrto. Cęterum mutare nō audeo: quando/quidem & illud conſtat ex eodem auctore: Succum uinoſum in uuis quidē eſſe ac ſentiri oīno ſed exiliter: utiq; ad id tempus collatum: quo expreſſus & diffuſus eſt. quando in uua & feces & aquoſa portio dilutiorem inertioremq; ſuccū reddunt: quę cauſa facit ut uinum quoq; feci proximū in dolio minus oleat.

Ex Libro. xvi. Cap. ii.

e TE GenteS CERTe SI VINCANtur. Scribendum: & hę gentes & reliqua. Prętereſſem locum facilem & expoſitum: niſi & Romani & Veneti codices: quos prędicipue caſtigamus eundem errorem prędicerent.

Item ex cap. vii. de carbone. ACerui CONFertis PaleiS RECenubuS LVto CaminanTVR. Scribendum Thaleis non paleis: cum ex uetuſtis exemplaribus: tum ex Theophraſti libro quinto: ubi ait: ad carbonē quęrenda eſſe ligna recta

Universidad de Deusto
Biblioteca

& lęuia ac nouella. In caminum quoq; componenda q̄ creberrime igni terra cir
cundato: quod subinde ueruculis compungant. Fortasseq; non recentibus: sed ri
gentibus: hoc est rectis legendū. Nam q̄ nouellę utiliores essent: ex eo q̄ statim
supra dixerat/dabatur intelligi. E nouellis inquit melior. Itē DVresCENS CaLx.
Vetus lectio nō calx sed calix: hoc est operimentū illud ac tectoriū e luto. Cali/
cem Gręci quoq; pro galero & umbraculo femina⁊ maxime accipiunt ut au/
ctor est Iulius Pollux ex callimacho. Sed & hoc inter arbitraria ponatur. Item
GLandiVM EQuę DVLciſſiMa. Scribendum non equę sed ęque Theopbra
stus libro tertio. Item ex cap. xvi. de acere. CEDRO SEcundVM. Vetus
lectio nō habet cedro sed citro. sicut & capite sequēti haud dubie prę ferretur ce
dro. &. xxxix. hoc preciosissimū in cedro & acere. & cap. xliiii. sic cedrū precio
sius. Scribe citrum. De Citrinis acerniſq; mensis apertius est q̄ ut repetendum sit
Item ex cap. xxv. LONga arundiNI: SaliCI: PaLMę. Theopbrastus libro pri/
mo de stirpibus: Longa arundini: coici: palmę. liberū sit hoc. Sed coix arundi/
naceum habet & ad teytum utile folium eodem auctore. item Polluce Strabo/
neq; apud quem κοῖ κιρα πλέγματα ἀιγυπτιακά φυτοῦ τι προσ ὅμοια σχοι
νίοισ ἢ φοινικίνοισ hoc est: Coicina texta in ęgypto fieri e quodam frutice
similia iunceis atq; palmeis. Interpretes quasi coccina legendum esset non coici/
na: siue quod idem est catacoicina/uerterunt rubra. Item DEciduNT SOrBO
Vniuersa CęteRI PaulatIM. Legendum cęteris ex eodem auctore. Item ex
cap. xxvii. de palma: IN SpatuLIS HabeT FRuctuM. Legere malim in spathis
ita enim a Gręcis uocantur: In palma ramis: unde spathalia/ut alibi notabimus.
Item ex cap. xxx. IDeoq; & PRęFLorenT ALIA. Scribe talia: hoc est siluestria
Theopbrastus. Item ex cap. xxxii. de cortice: ALiis LENis ut MaLO. Scri
be lęuis ex eodem auctore lib. primo. Item ex cap. xxxiii. EDucare Q Vę
Tanq̄ in uita PEPeriT. Scribendum ex Theopbrasto: cum alibi: tum per ini/
tia libri quarti nō in uita sed inuita. Item ex cap. xxxvii. APud LEBaida.
Scribēdum ex eodem auctore nō lebaida sed lebadiam. Ea urbs in Boeotia est
ubi & Orchomenus & Cephissus amnes arundinis tibialis: ut Pindarus quoq;
tradit/fertilitate nobiles. Item PIScatoria ab ARitaNa ex APHRica. Vetus le/
ctio coniunctim abaritana. Sed & Ptolomęus quanq̄ ipse per. P. Aparitanū op/
pidum uocauit. In Plinio quoq; ut libro quinto diximus acbaritanū pro apari/
tanum: siue quod idem est abaritanum mendose legebatur. Item ex cap. xl.
IN abieTE LEVcon GRęci VOcant. Omnis antiqua lectio non leucon sed
leuson. Theopbrastus lusson libro tertio habet inquit: ut larix ęgida: sic abies su
um candidum lusson appellatum. ἔχει δὲ ὥσπερ ἡ πεύκη αἰγίδια οὑτωσ
ἡ ἐλάτη τὸ λευκὸμ λοῦσσομ καλούμεμομ. Est autem inquit lusson quasi ex
altera parte respondens ęgidi: quia lusson candidum est. ęgis uero colore deficit
siue melleo est ut ait Plinius. Itē DETeriores ENEatica & AR Cadica. Scriben/
dum putabamus non eneatica sed attica: nunc ex Theopbrasto ęanica. is libro
quinto Macedonica inquit abies laudatissima: deinde pontica: post rbyndacica
tum ęanica: deterrimę parnassica & euboica. Nam de arcadica inquit extiman
dum. Aeanica ab oppido Aeano Macedonię uidetur appellata: quod ęanus He
lymi filius Tyrreno⁊ Rex condiderit auctore Stephano: nisi quis ęneaticam de
fendat ab ęnea Thracię oppido: cuius lib. quarto idem Theopbrastus memi/
nit: Circa ęneam inquit ficus arbor scabiem non sentit. Vel ęnianicam a popu/
lis peroebię: quos ęnianas & ęniadas & ęnienses uocabāt. Porro ęniadas per ae
diphtongum ab oeneadibus per. oe. diuersi habentur: sicut Aeneades ab ęniadi
bus: ęneades ab ęnea Thracię qui & ęneatę nominātur. Scio & ęnianas in pon
to fuisse populos Straboni: sed quemadmodū notaui Theopbrastus nō ęnani
cam: sed ęanicam appellat: nec mirum: si quanq̄ Macedonica & hęc a Macedo
nica tamen distinguitur: cum q̄ Macedonię limites nō iidem fuere semper. Tū
q̄ & Rbyndacus in pontum euoluitur. Rbyndacica tn̄ a pontica Theopbrasto
differt. Item ex cap. xli. de terebintbo. MELiorq; OLea Fit. Scribendū non
olea sed oleo. Omnium bęc sola ungi uult. Item de ulmo & fraxino: FAcile Pan
dun TVR. Scribendum pandātur. Est enim pandari trabem quod incuruari ce
dereq; ponderi: cuius contrariū palmę faciunt: quippe quę nō contra inferiora:
sed in diuersum renitendo fornicantur: ut asinorū genus illud quos Xenophon
cantbelios in bac ipsa mentione uocari tradit. Vtitur boc uerbo & Vitruuius &
paulo post plinius. Item ex cap. xliii. IN StoBOs CauātuR. Fortasse in tubos
unde tubuli quoq; noīantur: ex Plinio Varrone Vitruuio. Theodorus in Theo
phrasto: campteras conuertit tubos fictiles: in quibus cucumeres inclusi adole/
scant in longitudinē: Malim uitiles dixisset: quanq̄ librario⁊ id uitio dare opor/
tet: nam campter a flectendo nomen traxit. Plinius. xix. Cucurbita inquit omnī
modo fastigatur uaginis maxime uitilibus. Item cucumeres ingt in fistula flore
dimisso mira longitudine crescunt. Vitilia dicuntur quęcunq; sic lenta sunt ut cō
mode flecti possint a uinciendo dicta: ut uitex. uitis. uimina. uiticulę. Item ex
cap. xliiii. de pbago. FRagiliS & tenore EOdem FICtilibus LamiNIS IN tenui
FLeXiliS. Vetus lectio fragilis & tenera: eadem fectilibus laminis zc̄. Sed paulo
supra: STamineaM IN HOc ulu PROBant VenaM & VOcant FEruleā EX
ARGumentO Similitudinis qm̄ Lacunose CRispa. Legendū puto lacrymose
nō lacunose. Theopbrastus lib. primo: nerui: boc est īρεσ a uenis differūt. il'li cō
tinuo rigore tissiles & longi: nec fertiles germine sociabilesue. contra uenę latio/
res crassiores foecūdę ramulis atq; lacrymosę: boc est παρεβλάστησσ ἔχουσαι
καὶ ὑγρότητασ. Est aūt bygrotes in arboribus quę ab aliis succus: ab aliis dacry
on: id est lacryma inquit appellaē. illud obiter nouerimus: esse ubi supra boc lib.
Plinius pulpā pro neruo illo accipiat quē Theopbrastus uocauit. īμα. Inter pul/
pas inqt & uenas discrimen facile: uenę latiores candidioresq; sunt: pulpę fissili/
bus insunt. Item quibusdā inquit pulpa sine uenis mero stamine ac tenui cōstat.
bęcq; maxime fissilia. Nec illud prętereo quas Gręci dicunt īμασ in adipe ani
lium curando: Plinium uenas fibraq; nō neruos conuertere. xxviii. lib. Tenuis/
sima qdem pars chartę ut ait Festus ina dicit. Sed an ab Gręco uerbo qd̄ neruos
significat ducatur ęstimandū: Nam billa pro intestino qd̄ ieiunū est eodē auctore
re: ab bira potius q̄ ab ina deriuat: siue ab bilo/ut Varro ait: boc est minimo. Ita
enī uocat id qd̄ grano fabę adbęret: unde nibil & nibilū. ꝓinde rectius qbusdā
uidet ut intestinū id nō illā: ꝛ billā siue bilā scribamus: ut obiter supplcamus bęc
quę de lactibus. xi. lib. diximus. Itē ex cap. xlv. TiburNO Conditore. & pau
lo infra: IONem. Vetus lectio tiburte nō tiburno. & io nō ionē: quod. & ꝓbius.
Item IOVis StatiVi. Dicimus stratiui: boc est militaris scribi posse: ad idq; ue/
tus lectio inuabat. illud addo iouem stratium: hoc est ut dixi milit rem ueteri/
bus coli solitum. auctor milius Pollux: ut stratii iouis boc loco puten legendum.

Ex Libro. xvii. Cap. iii.

CAMPos ROsię ITalię Dixit SEMen. Scribēdū sumen nō semen Var/
ro de re rustica ꝓmo lib. Cęsar ingt Vopiscus ędiliti⁊ caul am cū ageret
apud Censores/Campos roscię italię dixit esse sumen: qa in eo reli cta inquit per

Universidad de Deusto
Biblioteca

tica postridie nō apparet propter herbā. In quo tñ pro roscię rore aer mendose
scriptū erat. Festus Roscea inquit in agro Reatino campus appellatur : qa in eo
arua rore humida semp seruñt. Item ex cap. ix. ARGeus Rex in GRęcia Ex
cogitasse TRadit: Diuulgasse VEro HERcules IN IT Alia. Vetus lectio nō ar/
geus sed augeas. Strabo quoq; Augeam eleoꝝ regem fuisse tradit quē Hercules
sustulerit. boc ipm & Aelianus cōfirmat. Item ex cap. xvii. de moro: Q m IN
VLMO Eam INseri REligiO FVLguꝝ probiBET. Legitur fortasse: qm ramo
eam seri religio zc̄. Duo enim genera serendi hoc loco ponit: ramo & thalea.
Cūq; mox dixisset morū thalea tm̄ seri/adiungit: Q m inquit ramo eam seri re/
ligio probibeat. Item ex cap. xviii. PaLO PriuS LOcū NE FeceriS. Scriben
dū ex Catone palo prius locū feceris: boc est: palo prius laxato meatū quo tha/
lea dimittit. Item ex cap. xx. HArundO ETiā Num Dulciore q̄ Hę solo Gau
deT. Scribendū nō dulciore: sed ut uetus habet lectio dilutiore : boc est humi/
diore madidioreq;. L. Columella: Cū nō recusat inquit harundo locū ullum pro
sperius resoluto q̄ denso: humido q̄ sicco: uallibus q̄ cliuis: fluminibus: ripis & li/
mitibus ac uepribus cōmodius q̄ mediis agris deponit. Item de castaneis: IDE/
oq; NucibuS PotiuS q̄ RadicE. Scribi potest: Ideoq; nucibus potius q̄ uiuiradi
ce. Columella lib. v. Propter quod compertū inquit est cōmodius nucibus q̄ ui/
uiradicibus eiusmodi syluas instituí. Item LauruS PErsicA. CoryLVS. MaLuS.
Codices antiq nō malus: sed amygdalus. Itē ex cap. xxi. PampinatioNI quoq;
& OccatioNI Omniq; OpeRI FacilioR. Vetus lectio nō occationi sed occula
tioni: boc est insitioni. Sed & occationi defendat. Columella. v. lib. de malleoloꝝ
canterio: Insegtur inquit fossor crebris bidentibus equaliter & minutim soli ter/
ga cōminuat. Item VitiuM SVrculis & QuarundaM ARboꝝ. Videt legendū
surculi multitudinis uocabulo: qm̄ sequat: intersepiunt medullā. Nec multo post
Cū uero inquit concreti ademere transitū. Item Quādi V Nodi PeruiA PateT
FIstulA. Quid si enodis scribat? Item ex cap. xxii. Q Vę RatiO IN iugerū
CirciteR. xvi. Viuę RadiceM DonaT. Legendū. xvi. milia uiuiradices. Colu/
mella lib. iiii. Nos iam inqt. xx. milia malleoloꝝ per uineę iugeꝝ inter ordines
pangimus. Atticus minus quatuor milibus deponit: boc est. xvi. milia. In eo au/
ctore deprauatus locus est eadē parte paulo supius: Et adhuc tñ inquit sic cōpu/
tauimus quasi mille sint uiuiradices quę de palatinato eximant. Scribendū non
quasi mille sed quasi nullę. Sed & nō multo infra: Vt cultoris inqt negligētia sex
milia seminū ingerunt. Scribendū nō ingerūt sed intereant. Item. AuT radiCE
RobuR OLeaq;. Scribendū at radice robur oleaq;. Sicut pali e iunipero inqt
cupresso alburno sambuco. Columella. v lib. Stabiliendę inqt uineę melior est ri
dica palo. neq; ea quęlibet: namq; est prępipua cuneis fissa olea quercus & suber
ac si qua sunt silia robora. Tertiū obtinet locū pedamenta res. Mendosum hoc
Non. n. scribendū pedamenta res: sed pedamen teres. quale inqt maxime ꝓbat
ex iunipero & cupresso & lauru & sambuco & pinu siluestri: ut qđ Plinius hoc
loco ponit alburno siue laburno/Columella uideat eius uice laurū statuere. utrū
uerius & an utrūq; tueri liceat extimādū puto. Itē: Nec Ante. XL. Mēsem FalcE
CVrari. Vetus lectio nō. xl. sed. lx. Columella quoq; lib. v. quinquēnem uinēā pu
tari prępipit. Item ex amminiculo: VLtra CItraq; SuLCos PERpetuos. Cato cu
ius uerba recitantur: ultro citroq; Item lBiq; uiuAM RadiceM seriTO. Cato: ui
uiradicem. Item ALliGatOq; leuitER POrrigitoq;: Quę VBi recTE steterin T
Cato: corrigitoq; uti recte spectēt. Posset & uerbū porrigito seruari: qm̄ lib. v. Co
lumella: Quidā inquit eam partē quā nos prępipitamus: supra iugū porrigūt &
crebris uiminibus innexis continent. quos ego minime inquit probandos puto.
Item VBi uua Vallaria FIERi COeperiT. Cato uaria nō uallaria. Plinius quoq;
supra: Variante se inquit uua. idem Columella. idem cęteri. Et infra FLOXatoq;
uti FVERit. Cato & codices antiqui: laxatoq; uti fuerat.

Ex Libro. xviii. Cap. iii.

VNDinis COMitia Haberi NON LiceBAT. Diximus ita quosdam
n legere: Comitia nisi nundinis haberi nō licebat. Refutauimus ex Festo:
qui nundinis agi cum populo nefas esse dixit. Cum populo agere aliud
nō est eodem auctore q̄ populū ad conciliū aut Comitia uocare. Dicat aliquis:
cur ergo Columella in prefatōe operis: Nundinaꝝ inquit cōuentus ꝓpterea ma
nifestū usurpatos/ut nonis tm̄ modo diebus urbanę res agerent: reliquis admi/
nistrarentur rusticę. Illis enim tpibus proceres ciuitatis in agris morabant: & cū
consilium publicū desiderabatur a uillis arcessebantur in Senatum. Ex eo quoq;
qui eos cuocabant Viatores noīati. Aut igitur mutata cōsuetudo: aut aliud cum
populo agere : aliud urbanas res cum proceribus ciuitatis administrare! Sed &
quod farreum supra nōnulli scribendum putant/far adoreum/ut dixi: [facile co/
arguuntur a Festo: qui sic ait: Diffarreatio sacrificii genus erat inter uirū & uxo/
rem quasi dissolutio. Confarreatio aūt/ quia fiebat inquit farreo libo adhibito.
Mouebāt eos uerba Plinii octauo capite: Primus inquit antiquis latio cibus far
magno argumento in adoreę donis ut diximus. Cętez bęc nō ad libum nuptia
le referūtur: quod quidē proprie nō erat donū: sed ad illud qđ supra mox dixe/
rat. Dona inquit imperatoꝝ ac fortium ciuium amplissima: quantum quis uno
die plurimū circumarauisset. Item quartarii farris aut heminę conferente popu/
lo. Est autem adoreum semen/ ut ait Columella/ idem quod & far. cuius deinde
quattuor discrimina: Clusinum: Vermiculum: Candidum: Trimestre. Sed et ado
rea & adoreola Ciceroni aliisq; pro gloria sumitur: quia gloriosum ut ait Festus
putabant esse qui farre abundaret: Vel ut ipse conicio qui farre a populo dona/
tus esset. Nec id omisero quod dixi LENtinoꝝ melius uideri si lentulorum scri
batur. Sciendum est & lentinos Romę gentem fuisse dictos a lente : ut Cicero/
nes a cicere. Item ex capite sexto de fossis. RETVsis LOcis Apertas RE/
LINqui . Potest quidem extorqueri ut retusis legatur . Sed meminisse oportet
Columellā cretosis dixisse: Spissis inquit & cretosis regionibus apertę relinquun
tur. Item IN REprociBVS ac SVpinis LATeribus PROCumbere Q Vasdam
OBserari ET IN alias DIRIGi. Vetusti codices non obserari sed occęcari. Co/
lumella quoq; non in reprocibus sed imbricibus. Itaq; legi potest ad hunc mo/
dum: Imbricibus ac supinis lateribus procumbere quasdam occęcari & reliqua.
Sed Columellę uerba sunt bęc secundo libro: Si humidus ager erit: abundantia
uliginis ante siccetur fossis. Earum duo inquit genera: cęcarum & patentū. Item
ubi solutior inquit humus est aliquę fiunt patentes: aliquę etiā occęcantur: ita ut
in eas ora biantium fossarum competāt. boc est ut ait Plinius in alias dirigi ma
iores patentioresq;. Item latius inquit apertas summa parte decliuesq; & ad solū
coartatas imbricibus supinis similes facere conueniet. Est autem decliues eas ad
solum coartari nihil aliud q̄ lateribus non rectis sed supinis : boc est decliuibus
procumbere in terrenū. Sequit enim protinus: Nam quaꝝ inquit recta sunt late/
ra celeriter aqs uitiant & supioris soli lapsibus replent. Et reliqua nō parū multa
quę Plini? boc loco paucissimis uerbis foelicissima illa sua & inimitabili festi/

natione comprehendit·Ea quippe singularis est & admiratione digna breuitas: quę nihil prętrit·Nam & necessaria est de natura scribentibus:prętim omni Et cum uerba fides sequitur:regia res est & plena maiestatis·Reuocamus autem sicubi a nobis huius occasione loci:quem nemo deprauatum putabat:reproci/ bus pro asperis & difficilibus usurpatum est·Cęcas ergo fossas dicimus / ut cę/ cos aditus atq; portus:qui sint uidelicet obsepti adobrutiq; sicut cęcos morbos: hoc est opertos:& quoꝝ causa facile reddi nequeat·Occęcatio quoq; seminis in sperſi per translationem dicitur·Cicero in Catone: Terra inquit cū gremio mol lito & subacto semen sparsum excepit:Primū id occęcatum cohibet ex quo oc catio quę hoc efficit/noīata est:deinde tepefactū uapore ac complexu diffūdit & elicit herbescentem ex eo uiriditatem·Columella inoccationē quoq; banc ap pellat secundo lib·Semen inquit quod sicco solo ingestū & inoccatū est pinde ac si repositū in horreo nō corrumpitur·Idem auctor de legumine serendo:Pri/ us inquit iactemus semina:deinde proscindemus terram:,pciſſamq; in lirā reuo cabimus:occabimusq; ꝙ altius largiore humo contegatur· Et paulo post: Cum semen inqt crudo solo ingesserimus:inarabimus imporcatūq; occabimus· Erit igitur occari dictū quasi occęcari:hoc est glebis extantibus prefractis & resolu/ tis obrui:operiri:contegi·Diuertimus in hęc ꝙ in Cicerone legebatur occęcatio nō occatio·Verbū aūt procumbere nō hoc tm̄ significat quod est decliuiter ia/ cere:sed etiam finiri terminariq; ac desinere: quod faciunt quęcunq; se in arctū ex latitudine recipiūt:ut mucrones:ut imbrices:ut metę:ut triangula· Plinius de harundine libro·xvi·Folia inquit a medio internodio:cum plurimū desinunt ue stire/procumbuntq;· Item ex cap·vi·CIRca ClusiuM ET SENas· Fuere qui uerbū senas urbis in Etruria nomen putarent:hoc est Senensis colonię: cuius li/ bro tertio meminimus·sed ea uox ad libras refertur hoc sensu: Circa clusiū far/ ris modios pendere nó uicenas quinas tm̄ libras:sed & senas: hoc est uicenas se nas·Item FALituR COLumella:Q VI Ne TRimestriS ¦Q VideM Proprium GENus EXistimaueRIT· Mirantur pleriq; quāobrem Columella reprehenda/ tur:qui secundo libro ita dixerit:Tritici genera inquit complura cognouimus: unum ex his maxime serendum est quod robus dicitur: cum & pondere & ni/ tore prestet·Secunda conditio est habenda siliginis:cuius species in pane preci/ pua pondere deficitur·Tertiū erit trimestre:cuius usus agricolis gratissimus:Nā ubi ,ppter aquas aliamue causam matura satio est omissa/prędiū ab hoc petit· Item lib·xii·Trimestriū inquit satio nō est alicna huic tpi: q̄uis tepidis regioni/ bus melius administretur per mensem Ianuariū·Plinius quoq; trimestria scribit inuenta esse detinentibus terras niuibus·An ideo taxatus ab ipso est:qm̄ eodem secundo lib·siliginis genus quoddam fecerit trimestre triticum? atq; ita nō pro/ prium genus sed spēs generis:hoc est siliginis existimasse uidcatur· an potius quia eodem libro dixerit·Neq; enim est ullum inquit quod multi crediderunt natura trimestre semen quippe idem iactum autumno melius respondet· Itē ex cap·xi·circa finē:LActi INcoctiS MIXTura· Scribe:lactis incocti mixtura·

Item ex cap·xii·de faba:IN FRVGibus ReferrE MoS EST Auspicii Cau/ sa:Q VęIDeo ReferuiA APPELLatuR· Vetus lectio nō in frugibus sed e fru gibus·nec referuia sed referina·Festus Refrina:qm̄ inqt ut ait Cintius ad sacrifi/ ciū referri faba solet e segete auspicii causa q̄si reuocātis fruges & domū denuo reuerti ad rē diuinā faciendā· Aelius Gallus dubitat an ea sit quę ,plata in segetē domū referaṫ:an quę refrigaṫ quod est inquit torreaṫ·Sed opinionē Cintii adiu uat ꝙ in sacrificiis publicis cum puls fabacea diis prębetur noīatur inqt refrina·

Item ex cap·xiii·RApaM LętioREM Fieri si Palea SEmineTVR· Legendū fortasse:si palea iacente seminetur: aut si cū palea seminet:hoc est q̄diu paleę in area sunt· Columella lib·xii·Rapę inquit semina lginus putat post triturā iacen tibus adhuc in area paleis/inspergi debere:quoniā fiunt lętiora capita· Item ex cap·xiiii·de lupino:TERraq; Operiri NON Vult· Legi posse diximus: ter/ raq; operiri uult:id est amat:quoniā statim decidēs sub terra delitescat condatq; ipsum se:quia tamen sequentia demonstrāt amare quidem lupinum terram sed coli nolle:raroq; leui sulco integendum & obruendum esse : Columella quoq;: Nec ulla inquit res magis uacuis operariis aut seritur aut conditur: Reuerentius est ut nihil mutemus· Item ex cap·xviii·PRoscellis binis TERNisq;·Vetus lectio procellis·Scribendum arbitror porcellis a quibus superiore libro porcule ta:etiam si proculeta legebatur·Porca in agro est:quam ut Columella tradit lirę similem in sationibus campestribus rustici faciunt ut uligīnem uitent· Idem au/ ctor secundo libro:Liras inquit rustici uocāt easdem porcas cum sic aratum est ut inter duos latius distantis sulcos medius cumulus siccā sedem frumentis prę/ beat·Ergo porca dicta ꝙ aquas porcat : hoc est porro arceat· Varro ꝙ porrigat frumentum·Sed &·xxx·pedum latitudinem·cxxv· longitudinem porcam uo/ cabant auctore Columella· Item ex capite·xix·VErsum PEraGI Nec Stri/ gaRE in ACtu spiritVS· Diximus legi posse:Versum peragi nec striare in actu sępius·Lucius Columella secundo libro: Nec in media inquit parte uersurę cōsi stat:detq; requiem in summa ut spe cessandi reliquum spatium agilius enitatur· Item MALE aratuR aruuM Q VOD Satis FragiliBVS OCCanDuM EST· Codices ut monuimus antiqui nō satis sed saxis fragilibus·Sed Columella tm̄ eo dem libro satis frugibus nō saxis fragilibus : Veteres inquit Romani dixerunt male subactū agrum qui satis frugibus occandus sit:hoc est qui occationem de sideret cū seminauimus·Itē COLlectitias INterponeRE· Dictū est collicias in Vitruuio scriptum esse·Potest & colliquias·L·Columella eodem libro: Cauebit inquit ut patentis liras crebrosq; sulcos aquarios:quos nōnulli elices uocāt facia/ mus:& omnem humorem in colliquias atq; inde extra segetes diriuemus.
Item ex cap·xxiiii·DIrigenDI Sint in DIEs IuOS· Scribe digerēdi:hoc est ordi nandi·nam & digestio sidęꝝ uocatur ab ipso ut sequentibus liquebit· Nec aliter honestius dici potest:cuius rei plurima exempla uolēs prętereo·Illud testari mo do liceat quod ait Varro de re rustica lib·primo:Familiā inquit Cato dirigit ad duas metas·fortasse legi posset:digerit·Sed hoc arbitrariū sit· At id quod subiun git:Catoni uisum esse mancipia tredecim habenda:uillicū uillicam operarios·v· bubulcos tres:asinariū unū:subulcū unum:opilionem unū·monet me ut Cato/ nis ipsius uerba quę feruntur mendosa corrigā·Ita enim legitur in ipso: Villicus uillicos operarios habeat·v·bubulcos duos & reliqua·scribendū enim Villicum uillicā operarios quinq;:bubulcos tres ꝫc̄·Appellat me locus alius/ quanq̄ extra propositum/in Varronis secundi libri fine:ut le restituā·Tonsores inquit in Ita/ liam e Sicilia uenisse primū dicunt·P·R·Consl·An:ccccliiii·Scribendum nō·P· R·Consl·sed·P·R·cond·hoc est ut septimi libri ait calce Plinius:Post Romā cō ditam & quę sequuntur ubi & Varronem citat· Item ex cap·xxviii·ROreM INustum soLE AGri·Scribendū acri: Tāto deteriore uitio quorundā exempla/ rium in quibus nō inustum sed mustum legitur· Item ex cap·xxx·CHalci/ dica aut CARiotiCA CReTA· Omīs uetus lectio carica nō cariotica·Nomen ei a Caria ubi foditur· nam & Creta lycia nominatur circa oppidū Bubonem· de qua Plinius·xxxv· libro · Est autem Lycia Carię usque adeo contermina ut

Universidad de Deusto
Biblioteca

altera pro altera ſępiſſime reddi ſoleat:ut in telmeſſo dictum eſt libro quinto.Po teſt & cariatica pro carica intelligi auctore Stephano. Item ex cap.xxxv. SEq; Lambentes CONtra PILum. Codices antiqui nō contra pilum : ſed con/ tra pluuiam:quaſi contra partem illam unde futura ſit pluuia. ut illud non mul/ to poſt : Trifolium inquit inborreſcere & folia contra tempeſtatem ſubrigere. Lambere dicuntur ſe boues cum ora circum lambunt:quod quidem ab iis fieri ſępiſſime conſpicimus cum imbres expectantur:linguam enim circum os prę/ ducunt/inſeruntq; naribus.Sunt qui & contra pilum dicant eos ſeſe lambere. ol factari uero coelum ab iis & ipſi uidimus & Maro teſtatur:aut bucula coelum ſuſpiciens patulis captauit naribus auras.

Ex Libro.xix. Capite quarto.

ORTOrum CAto PRędicat CallentES. Antiqua lectio nō callentes:
b ſed caules. Cato Braſſica inquit oīibus oleribus antiſtat.Plinius hoc li bro:Braſſicę inquit cato miras canit laudes. Hoc ipſum & ſequēti repe tit:Ante omnes inquit Pythagoras & Cato nō parcius celebrarint braſſicā.Item FAtetur NON DOMi VErſuraM fieri ſoliTAM. Codices antiqui particulā negatiuā nō habent:hoc ſenſu:Condimentaria herbaꝝ genera quę in hortis ſe/ runtur confiteri & teſtatū facere priſcos illos ea parſimonia fuiſſe/ut neceſſe nō habuerint mutuam pecuniam foris ſumere cum domi eſſet hortulus unde tanq; a mēſa foeneratoris uerſurā quiſq; poſſet facere:atq; nō indicū piper & peregri/ nas opes mercari.Verſurā facere inquit Feſtus eſt pecuniam mutuā accipere;qa initio qui mutuabantur ab aliis nō domū ferrent:ſed iis qbus debebant ſolueret quaſi uerterent ſummouerentq; creditorem. Item ex cap.v.de napis.COrn thiVM CLEOnęū LyothaſiVM BOEticū. Theophraſtus lib.vii. λειοθαλάσ σιορ id eſt liothalaſſion nó liothaſium: atq; ita Theodorus cōuerterat. Cęterū λειοθάσιορ id eſt liothaſium ſcribere oportet ex Athenęo qui ait thaſiū quoq; dictum fuiſſe.Sed & illud mirū q; oīa hęc quę Plinius aſcribit napis Theophra ſtus & Athenęus rhaphanidi:hoc eſt radici tribuunt.Alioquin napos Greci nō rhaphanidas ſed bunia appellāt.Tueri Plinīū hac qdem parte nō aliter poſſum q; uſurpando uetus illud qō de Vergilianis inſolubilibus dici ſolet:emendaturū eum ſi uixiſſet fuiſſe:quemadmodū et id de quo ſtatim diſſerā de raphano.Cri ſpi inquit atq; leuis & tertium ſylueſtre.Theophraſtus lib.vii. hęc ipſa de Rha/ phano quidem : ſed ut braſſicā tñ in eo uerbo capiat.Attici enim braſſicam nō ut cōmunis lingua crambem:ſed rhaphanon appellāt: noſtri & poſt Nicandrū Theophraſtumq; Greci quoq; cęteri appellatione Rhaphani radicem uulgo di ctam audiunt:& hęc forte cauſa Plinio fuerit:quāobrem rhaphanida nō pro ra dice:ſed pro napis ut ſupra mox oſtendimus/acciperet.Idem error cauendus & infra capite hoc & ſeptimo & in quibuſdā medicinis eius ſequenti libro. Item de bulbis:BaLBinon.Scribēdū bulbinem ex uetuſtis codicibus: Theophraſto Athenęo Plinio ſequenti libro. Item ex cap.vi.de cepis:SaRDa Samothracia ALſidĒNa SEtaNia. Theophraſtus lib.vii. Sarda ſamothracia gnidia ſetania. De gnidiis Plinius quoq; paulo poſt:minime inqt lacrymoſus odor gnidiis:ſed hoc in medio relinquimus.De ſetanio Plautinum illud ſubit in truculento:Non poſſunt inquit militares pueri ſetanio exducier.quanq; etanio nō ſetanio ſcriptū eſt/ut arbitror mendoſe.Poteſt & de frumenti genere ſetanio quod & trimeſtre dicitur exponi : quippe quod inopię ſubſidio inuentum Plinius & Columella

prędicant. Sed & meſpili quoddam faſtigium uocant Setanium Theophra/ ſtus:Plinius:Dioſcorides:Galenus.Fortaſſe uero etbaniū quoq; legat aliquis pro uaſe:quod Greci ἠθάριοῤ appellant:quę uox collum ſignificat:unde uerbum ex collare pro eo quod eſt purgandi gratia guttatim per collum diffundere. Athe neus in Aegyptioꝝ inquit domibus tria hęc uiſuntur crea:cyathus:phiala:etba nium.Item de ulpico:ALii ANtiſcorDON. Columella Vlpicum inquit quod allium punicū Greci aphroſcorodon uocāt:ut uel menda ſit in altero:uel utrūq; nomen ulpico ſit impoſitum.Alioquin antiſcorodon ab excellentia uideri poſ/ ſet appellatum:ſicut ἄρτιχειρ digitus pollex:& ἀρτίοεσσ & multa huiuſmodi Cęterum aphroſcorodon quanq; Punicum ſit allium : non tamen ex Aphrica magis q; a ſpuma quę uocatur aphros nomen traxerit: ut de quo ſtatim dicatur Tritum inquit in oleo & aceto mirum eſt quantum increſcat ſpuma. Plautinus locus in penulo mendoſus circumfertur hoc modo:Amatum plenior allii ulpi/ ci q; Romani remiges.Scribendū non amatum ſed aman tu:hoc eſt amas ne tu qui allio uicitas!Poſſis & ita legere:Amas tun:eodem ſenſu : aut certe/ama tun: pro eo quod eſt/amas tun/littera s detrita:quemadmodū in uerbo illo:dignu lo co:pro dignus loco.cuius rei Ciceronis atq; Fabii teſtimonium attulimus.

Item ex cap.vii.CEPE.XIX. Aut.xx. Theophraſtus libro.vii. unde omnia hęc ad uerbum:Praſſon inquit:id eſt porrum.xix.aut.xx.Sed ut corruptum in ipſo locū ſuſpicer facit q; idem auctor de cauſis plantarum libro quarto:Porrum in/ quit quintodecimo die proſilit. Item: QVę in CORtice SVunt DIFFiciliME MatureſcuNT.Theophraſtus inareſcūt. δυξεαιραμτότερα δὲ τὰ ἐμφλοιόσ περμα.Item ET ſi QVorum RadiCEM Minimi FLOruM RELinquVNT. Vetus lectio:minimi feroꝝ.Scribo annuiferoꝝ.Theophraſtus καὶ ἐιτίμεμ ρί ζαι διαμένουσιμ ἐπετειοκαύλωμ hoc eſt ad uerbum:& ſi quoꝝ radices per/ manent annuicaulium.Quod enim Greci uocant ἐπετειόκαυλα nos annuife/ ra & annuicaulia interpretari poſſumus:id eſt quę annuo caule fruticant.In quo notādum eſt eodē auctore lib.vii.alia eſſe quę ἐπέτεια id eſt annua dicantur. alia quę ἐπετειόκαυλα id eſt annuicaulia.Annua ſunt quę tota pereunt.Annui caulia ſiue annuifera quę lnareſcunt & exoleſcunt quidem:ſed radices tñ ſuas re linquūt.qui locus in theodori tranſlatione deprauatus eſt. Item ex cap.viii de braſſica:LACus TVRRiſq;.In Columella ut dixi nō lacus turriſq;:ſed lacus Turni/legitur:& ita Merulam probaſſe uideo. quia tamen ſunt codices in qui/ bus non Turni ſed turris ſcriptum eſt apud eum ut illo uerſu: Et turris lacus & pomoſi tiburis arua.nō putaui prętereundum quin & hoc monerem:pręſertim cum in Plinio ſequatur uerbum illud:quę remanet:

Ex Libro.xx.Cap.vii.de lactucis.

TOmachos DiſſolutoS VTiliſſime ADiuuaNT VRinę Vſus adiu/
s VANT. Hoc etiam ſi uerum eſſet:Plinianū nō eſſet. Quid enim facit obſecro iſthęc eiuſdē uerbi adiuuāt!inſulſa & inepta repetitio!Codices antiq nō urinę uſus adiuuant:ſed urinę eo uſu adiuuant.Falſum & hoc:ſed argu mentū & coniectura ueritatis.Itaq; ſcribendū arbitror:uti ne eo uſu abluant ex Dioſcoride ἄπλυτοσ ἐσθιομένη ςομαχικοῖσ ἁρμόζει Si nō abluant inqt lactucę ſtomachicis medent eſu.Itē: ET Oxyporoboli AſperitateM AdditO DulCi AcremētuM Aceti TpanteS.Vetus lectio nō oxyporoboli ſed oxyporo bolis.nec acremētū aceti ſꝫ ad ītinctū aceti.pīde ita ſcribi poſſet:oxypori obolis

Universidad de Deusto
Biblioteca

aſperitatem addito dulci ad intinctum aceti temperāt:hoc eſt lactucis illotis ad/
iuuari ſtomachos diſſolutos cum oxyporo quod oboli mēſura capiatur: cuius
aſperitatem inquit addito paſſo ad intinctum aceti mitigant. Propterea ſubiun/
gitur:ſi pituita craſſior in ſtomacho uidebitur:non oxyporo dulcibus edomito
ſed ſcyllite aceto:aut abſinthite uino cum lactucis utendum eſſe. Oxypora uero
ſunt:quę.L.Columella tradit appellari quoq; oxygara ultimi libri fine. Quoniā
inquit cum uſus exigit aceto garoq; diluuntur. Plinius quoq; hoc libro: Fenicu
lum inquit condimentis prope omnibus inſeritur oxyporis etiā aptiſſime. Sunt
& ſua medicis oxypora quaſi a celeritate dicta penetrandi. Plinius.xxiiii.libro:
Iuniperus inquit miſcetur antidotis oxyporis.

Ex Libro.xxi.Cap.x.de Thymo.

i NFLore IPSO intelligi TVR. Sunt qui ſcribendum arbitrentur nō in
telligitur:ſed interlegitur. Item de abrotono:RITV VitiS FRVticanT.
Vetus lectio:Rutę uice fruticant. Theophraſtus quoq; IIbro.vi. Arboreſcit inqt
rutę modo. Illud noſcēdum/quaſi faſtigia duo facere Plinium abrotoni:uacuū
& adonium:ut appellatione uacui accipias uel id quod cura:uel id quod ſemine
deficitur. Adonium uero quod adonidis ut Theophraſtus innuit ferebant bor
ti:nec tam genere q̄ cultu differens.

Ex Libro.xxii.Cap.vii.de eryngio.

c ONTRa CHRyſodos. Vetus lectio fere contra chryſopidas. Fortaſſe
chryſaſpidas:quando genus illud aſpidis qđ & ptyas uocaſ:colore qui/
dem ſubuiridi cinereoq;:ſed in aurum tendente deſcribitur a Grecis.aut
cherſaſpides:hoc eſt terreſtres aſpides. Ita enim genus earum quoddam appella
tur:niſi magis cui placeat cherſydros: uel chelydros:de qbus(nam differunt in/
ter ſe)Nicander in theriacis.

Ex Libro.xxiiii.Cap.v.de cedri ſucco.

Temq; PRVrigiNES. Vetus lectio nō prurigines: ſed potrigines. De
i quibus apud Celſum & ſequentibus libris Plinium. Item ex cap.
octauo de platano. PILulę EAruM in VinO POtę QVatuordeciM
PONDere:Vetus lectio non quatuordecim:ſed quatuor.Sed & uerbum ponde
re niſi addatur cuius menſurę:ſenſum conuellit. Remedium hoc Dioſcorides
quoq; retulit:ſed neq; numerum neq; pondus appoſuit. Quīd ſi non quatuorde
cim ſed.X.iiii.pōdere ſcribaē:ut nota illa.X.denarios ſignificet: qđ & duodeci/
mo libro docui.alioquin & Greca quoq; littera.X. ut Paulus Aeginita: ceteriq;
teſtantur:ſi habeat ſupra ſe.a.tunc chalcus intelligitur.ſi.h.chema.ſi.oi.choenix
ſi.o.chus:id eſt congius. Item ex capite.xiii. de eryſiſceptro. IN SYRia &
RHODiorum inſuLIS. Codices uetuſti non in Syria ſed in niſyro: quę qualis
eſſet inſula & q̄ Rhodo proxima in terrarum ſitu diximus. Item ex capite
xvii.IN THemiſyriaca REGione. Scribendum in themiſcyra: ut libro ſexto
conſtat.

Ex Libro.xxvi.Cap.iiii.de remediis uelicę.

EV Lauer CRuDVM SILaus NaſcituR in GLareOSIS & PErenni/
s BVS RiuiS. Vetus lectio non ſeu ſed ceu. nec ſilaus ſed ſilaux: ut fere

ſcribendum ſuſpicer ad hunc modum:Ceu lauer crudum. lauer naſcitur in gla/
reoſis & perennibus riuis & cętera.Moueor q̄ deſcriptio hęc proxime accedit
ad illud genus oleris:quod Greci ſium uocāt:niſi q̄ ſium inter odoratas herbas
ponitur/ut dixi.lauer non ponitur.proindeq; nō alia res uidetur lauer eſſe:q̄ qui
uulgo Creſiones appellātur:quos & in riguis limitibus & utiles uelicę naſci paſ/
ſim cernimus.Supra quoq; nō parum multis uerſibus: Lauer inquit herba na/
ſcens in riuis condita & cocta torminibus medetur. Accedit q̄ Dioſcorides ſiū
in Italia uocari tradit Lauer:etiam ſi mendoſe in eo ſcriptum eſt lauerde: non q̄
Sium putem eſſe omnino idem q̄ lauer creſioneſue:cum illud odore prętet: li
ne odore ſit alterum:ſed q̄ natura ualde proximū:ita ut ſium herba quēadmo/
dum proprie lauer non dicitur:ſic lauer odoratum fortaſſe poſſit appellari.Huc
pertinent & quę ſequuntur:Coquitur inquit ut olus acidum:hoc eſt lauer ipſum
non modo crudum recenſq; manditur:ſed acidum quoq; aſſeruatumq; coqui/
tur ut olus.Verbū enim acidum non tam ad olus q̄ ad lauer ipſum refero:quan
doquidem non alia uidetur oleris & oleris acidi coquendi ratio. Sium quoq;
apud Grecos & crudum & coctum uelicę prodeſt.Porro quod adiūgitur ALi/
TER INVtilis VESICis.Scribendum inutili:hoc eſt ipſa panacis radice:auctor
Dioſcorides.Venerunt hęc in mētem paulo ante:propterea q̄ de ſilao diximus
aliubi:ita demū rata ſunto quatenus iis quę nunc attuli non repugnant. Omnia
uero talia prefatione munienda ſunt: ambigendo hęc nos & dilceptando: non
decernendo contendendoq; proponere. Cauendum enim ſemper illud ne ex
remediis uitia fiant:quod euenit(ut Plinii uerbis utar)ex nimia & intempeſti/
ua ſępe medicina. Item ex capite.xii. AD AMBuſta HYperici QVOD
COriſſuM APpellauiMVS. Scribendum nō coriſſum ſed corium ſiue corion
ex Dioſcoride:Galeno:cęteris.Et paulo infra:Hyperici QVOD CHAROS Vo
catur.Idem auctores non charos:ſed coris.Duo enim hęc hyperici ſunt diſcri/
mina.Alterum coris.Alterum per diminutionem corion uocatur.Corio ad am
buſta.coride ad opiſthotonum utuntur.Item:PHRimoN.Scribe phrynion ex
Plinio aliubi & Dioſcoride in herba poterio ad prędiſos neruos probante: ut
hoc loco Plinius. Item ex capite ultimo:DENigra THyperiCON Quod
& oriſtON VOcatuR.Antiqua lectio coriſton:ſed ut mox dixi corion aut co
ris ſcribendum.Item OphryOS HERBa.Legendum non ophryos ſed ophrys
q̄ ita quoq; nominatur herba Grecis alia:uel ophryon diminutionis forma: ut
coris & corion.Ophrys ſupercilium ſignificat.

Ex Libro.xxvii.Cap.xii.de odontia herba.

EMEN in ALiis.Scribendum uidetur non in aliis ſed in alis: hoc eſt
s quod Greci ſępe uſurpāt ἐμμασχάλισ & Plinius quoq; alibi ut mo/
nuimus.

Ex Libro.xxviii.Cap.viii.de hyęna.

VLMOnes in CibO SVMPTOS CoeliacíS. Eſt ubi uetus lectio nō
p coeliacis ſed iliacis habeat.Quod ideo monere uolui nō q̄ non & coe
liaci dicantur aliqui:ſed q̄ iliaci noſcentur ii quos libro.xx. ilioſos & la/
gonopono laborātes ab iliis uidelicet uocari diximus:ſicut ileoſos a dolore gra
cilioris inteſtini.Item ATLantion VOCant EST autem PRimuS. Quid ſi nō
primus ſed poſtremus legatur? ex Iulio Polluce: Primā inquit ex ſeptem uerte/
bram ceruicis ſtrophea & epiſtrophea nominant & odonta hippocrates.Secun
dam axona:quoniā ſit īmobilis quaſi axis.Vltimū atlantem: quia baiuli modo

Universidad de Deusto
Biblioteca

& tubicinis onera sustineat:An & primus defenditur:nō qdem ceruicis sed dor
si:ceu necesse sit ut qui postremus est in ceruice articulus:idem in dorso sit pri/
mus.Sunt autem in ceruice nodi septem:spinę duodecim.Alioquin primus spi
nę sub atlantem cadit:asphalia Greçce dictus. post quem maschalister ab axillis
uocatus.Reliqui a lateribus pleuritę.duodecimus a pręcinctura diazoster. Ha/
bentur & alii quinq;:sed in lumbis. Nodos Greci spondylos appellant. interim
cubos & astragalos. Item ex cap.xix.INsimuLARI.Q.ScipioneM. Scri/
bo.Q.Cepionem.Plinius.xxxiii.uolumine: Inter cepionē inquit & drusum ex
anulo in auctiōe naturali inimicitię coepere:unde origo socialis belli & exitia re/
rum.Quanq̄ ibi quoq; non Cepionem sed Scipionem mendose legebatur. Ci/
cero in oratione ad Pontifices.M.inquit Drusus clarissimus Tribunus Pl.ponti
fex fuit.Ergo si is.Q.Cepionis inimici sui postem ędium tenuisset:& pauca uer
ba fecisset:ędes Cepionis essent dedicatę ui.Socialis uero belli auctores eos fuis/
se Asconius Pedianus.Valerius Maximus.L.Florus/cęteriq; testantur.Diximus
de hoc & alibi:nunc distinctius Cepiones multos fuisse.Nam & Catonis Vticē
sis frater Cepio dictus est/Plutarcho. & Cepio Seruilius is: cuius culpa Roma/
nus exercitus a Cimbris deletus est:propter quod in carcerem coniectus/ mox
a.L.Regino Tribuno Pl.per gratiam emissus in exilio perierit Valerio Maxi/
mo & Plutarcho auctorib⁹.De quo & Liuius et secūdo de oratore Cicero. Fuit
&.Q.Cepio Seruilius qui de cilicibus triumphauit:sed postea reus damnatusq;
in Gemoniis scalis manu carnificis laceratus traditur ab eodem Maximo Vale
rio.In Ciceronis Bruto.Q.Cepio uir acer & fortis fuisse legitur : cui fortuna⁹in/
quit belli crimini/ inuidia populi calamitati fuit . Eodem libro Cepiones duos
fuisse tradit/qui clientes suos consilio & lingua multū:plus auctoritate tñ & gra
tia subleuarent.De Cepionis auro Tolosano trogi uerba prętexui.xxxiii.uolu/
mine ubi Strabonem diximus:Addo & Appianum in bello illyrico nō Cepio
ni:sed.L.Scipioni sacrilegium id tribuere:ut necessario mendosi sint codices.
Item ex cap.ultimo:TAlisq; SVum DiscordiA VIM QuandaM INesse IN/
CENdiis.Diximus legi posse:talisq; suum discordiam quandā inesse incendiis.
sed longe rectius est:Talisq; suum discordię uim quandam inesse : ut uerbū⁹in/
cendiis initium sit sequentis clausulę. Norunt enim omnes incenso stabulo ex/
tractum pecus solere recurrere.Id uti ne contingat: remedium illud traditur.

Ex Libro.xxix.Cap.quarto.

ATVLina ADdiTA TaliBVS.Scribendū monstraui adiicialibus ex
c Varrone ac Plinio superius.Nam & adipales quoq; dici possunt: ut il/
lud Ciceronis in Oratore de Asiaticis: Asciuerūt inquit aptum suis au/
ribus opimum quoddā & tanq̄ adipale dictionis genus. Sed quęritur qua fabu/
la Catulinam Plautus retulerit?Festi uerba subiiciam:Romanos inquit estimauisse
Catulinā Plautus in Saturione meminit. Item ASIORtioN. Dictum est genus
hoc phalangii astorgion scribi posse: quasi discordiale inamabileq;. prętertim
quia uetusti codices habebant astertion:nunc asterion legendum arbitror:q; ita
uocet Nicander. Item ex cap.vi.LapillOS QVI VOcanTVR CEnidia. Ve
tus quidem lectio zonidia. Quid si cinędia?Plinius libro ultimo: Cinędia inqt
inueniuntur in cerebro piscis eiusdem nominis. De cinędo pisce in.xxxii.libri
fine agitur.

Ex Libro.xxx.Cap.tertio.

e Xiis OLITanAE. Plinius lib. ix. solitanę. Varro quoq; de re rustica
secundo:Minutę inquit albulę quę afferuntur e Reatino: & maxime quę de il/
lyrico:& mediocres quę de Aphrica: nō q; in his regionibus quibusdam locis
magnitudinibus sint dispariles. nā & ualde amplę sunt. quanq̄ ex Aphrica quę
solitanę inquit uocantur:ita ut calices quadrantes. lxxx. capere possint. Et hic in
aliis regionibus eisdem inter se collatę & maiores inquit & minores. Verbum
aūt EX liS mutare non est necesse: ut quidam putabant non ex iis : sed exin le/
gentes:quoniam Aphricanas esse bas non credebant.

Ex Libro.xxxi.Cap.iii.

DEOq; Niues PRęferuntuR NVbibus NiuiBVSq; EtiaM GLacies.
i Vetus lectio probior:Ideoq; niues pręferunt imbribus:niuibusq; etiam
glaciem Sed hanc tamen aliorum sententiam ipse statim improbat.

Ex Libro.xxxii:Cap.v.

ITVLOS QVI SaleM ViRusq; RECipiunt.Fortasse respiunt nō re
m cipiunt:qua uoce Plinius frequentissime utitur hoc opere/hoc est redo
lent. Item Cap.vii.EParCOrini. Scribendum monui bepar Elacate
nes ex Athenęo.Potest & elacatene.Festus:Elacatena genus est salsamēti : quod
appellatur inquit uulgo melandrya.quanq̄ aliud est proprie melandryum. Co/
lumella quoq; libro nono:Scombri/carchari Elacatenęq;/Ventriculos & ne sun/
gula enumerem salsamento⁊ omniū purgamenta.Quanq̄ nō Elacatenę:sed ela
catę scriptum erat.Melius quoq; fuerit Carchariam q̄ carcharū dixisse ex Ari/
stotele:Theophrasto:Athenęo.Notauerim & illud: Piscem q; paulo supra box
Plinio Greçiq; dicitur:& a Theodoro uocari:hunc uideri:qui apud Festum bo/
cas appellatur:Bocas inquit piscis genus est a boando : id est uocem emittendo
nominatus.

Ex Libro.xxxiii.Cap.primo.

ARSiporeS LOCIporeS. Scribendum ut dixi: marcipores lucipores:
m a Marco & Lucio Fabii aliorūq; testimonio.Festus quoq;: Caipor in/
quit & quintipor a pręnomine dominoꝝ.Quāuis sunt qui a numero fi
liorum ex ancilla quinto loco dictum inquit putent quintiporem. Item ex
cap.iii.IN TRiente VERO & Q Vadrante ęS. Diximus a quibusdam legi: in
triente id & quadrante erat:hoc est nauis signum.Ab aliis.In triente uero et qua
drante ęra:id est numeri nota. Nunc in codicem Plinianū peruenterem incidi/
mus:ex quo uera lectio facile retrabitur ad hunc modum:In triente uero & qua
drante rates.Scriptum enim fuerat paulo mendosius/erates. Festus Rantum in/
quit quadrantem dictum putant:q; in eo & triente/ ratis fuerit effigies/ ut nauis
in asse.Propterea ubi superius statim dicitur:nota ęris fuit ex altera parte ianus:
ex altera rostrum nauis: uidetur in eodem codice scriptū fuisse nō ęris sed assis
nota.Cęterum sunt qui non Rantum quadrantem in Festo:led raticum pronun
tient ex Lucillio.Illud quoq; testatum esse uolumus ipsum ęs uteribus non ran
tum ut diximus:sed raudum siue rudus & ruduſculum potius uocatum. Festus:
Ruduſculana inquit porta Romę dicta q; rudis & impolita sit. uel q; raudo id
est ęre uincta . Item AGOMENCELVM alexanDRI Magni PrefectuM au/
reis CLauiS ꝛc̄. Scribe nō agomencelum:sed agonem teium.Plutarchus in ale
xandro:Agon Teius inquit suffixas clauis argenteis crepidas ferebat. Itē CuM
argenTO ęre PLVMBO LINeę DVcantuR. Vetus lectio non ducant:led ; rę
ducantur.Plinius.xxxv.libro:Eretria inquit terra si ęre pręducatur uiolaceū red
dit colorem.Item terra inquit uilissima qua circum prędurere ad uictorię notā

Universidad de Deusto
Biblioteca

instituerunt maiores·dixi de hoc & alibi·Potest quidem recte dici:lineę ducan/
tur:sed nihil officit antiquā lectionem asserere·Vt aliud tamen quadamtenus te/
stemur esse lineas prędurci:aliud ęra:siue quod idē est ęre prędurci:ut ex iis quos
modo attuli Plinianis locis colligas·Quod autem sequitur hac parte:manus sor
descere decidua materia:sensum illum habet fere quem Suetonius in Augusto
expressit/dicēdo:manus collybo decoloratas· Est aūt collybos Iulio Polluci per
mutatio pecunię:a quo qui id exercent collybistę nominātur. Theophrastus in
libro de gemmis colymbon uocari tradit genus ponderis:hoc modo: Minimū
inquit pondus est ordeum:sequens colymbus:tum quod a parte quarta tetarte/
morion appellāt:sicut hemiolium a sesquiplo:deinde obolus:per quę inquit ue/
lut signa quędam:periti nummoꝝ scrupulatim cognoscunt usu cotis lydię:quan
tum in iis auri/argenti/ęris habeatur. Callimachus nō colymbū sed collynum
uidetur scripsisse(nisi uitium sit in codice)nummi genus gracilis minutiq; signi
ficans Polluci·Hieronymus collybistas a collybiis uocatos tradit:Collybię uero
inquit sunt quę tragemata bellariaq; dicantur ciceris frixi uirarūq; passarū uilia
munuscula·unde inquit collubistę pro nummulariis foenus mutatitium exercē
tibus dicantur. Item ex cap·iiii·CVM iam INuentuM est IN SVMMO
CespitE ALutationEM VOcant· Antiqua lectio fere:nō cum iam sed gummi:
quasi hoc sensu:terram illam gummi similem cui subsit aurum:in summo cespi
te repertam uocari alutationem·De aurariis metallis quę dicantur allutia Plini/
us sequenti libro in mentione plumbi: ut alutia uocasse uideantur opifices quasi
elutia/quoniā eluantur:seu quasi ablutia· Nisi quis alutationem ab aluta dictam
existimet:quia summo terrę corio inueniatur·Item LINDOS INsula RHOdi
oruM· Cōmodior uetus lectio insulę nō insula· Et etim Lindos oppidum est in
Rhodo insula·Vbi Lindię Mineruę fanū quod Danaides condidere/ut ait Stra
bo/celebratur· Item ex cap·ix·de argento:NIGrescit Oui INdurati LVteo·
Aiunt quidem & ouo argentum nigrescere : at uetus lectio non nigrescit sed in
crescit·Proinde sequitur: Vt tamen inquit aceto et creta deteratur·Flagitium hoc
in auro quoq; uita comperit ex aurium sordibus· Item ex cap·xii·OBIN
SigneM CalumniaM cum celeBRitaTE EXpectarentuR ADOlescentiuM
SCHOlę· Antiqui & Romani Codices:ob insignem cū celebritate affectatio/
nem adolescentium scholę·Schola & litteraꝝ ludum significat Valerio Maxi/
mo & Ausonio:sed plurali numero apud Festum:Erat & in balneis schola noīe
Vitruuio pars labri siue aluei:a pręstolando/ut arbitror/dicta:ut occupato ab iis
qui priores uenissent labro : in schola cęteri circumspectantes recte inquit stare
possent·Erat & in porticibus auctore Plinio:Alexandrum inquit & Philippum
cum Minerua qui sunt in schola in Octauię porticibus & Philippi·Fortasse ue/
ro quis appellatione scholę sodalitatem & conuentum aliquem id ętatis iuuenū
hoc loco intelligat·Nam & celebritas dicebatur ait Macrobius cum uel sacrifi
cium fiebat:uel epulum dabatur:uel ludi agebantur diis:uel ferię obseruabātur·
Item ET Cibis ET PROBris SERuiatuR· Scribo seruiat· Item ex eoδ·xii·
FIT enim CEruleuM: QuoD PRoprie LimuS EST· Vetus in pleriscq; lectio:
Sic & ceruleum sed proprie limus est·Vulsa & hęc atq; lacera:sed parcius & ad
uerum quasi gradus·Propterea scribendum erit: Sil & ceruleum· Sil proprie li/
mus est·Id & precedentia declarant:In auri inquit & argenti metallis nascuntur
etiam nunc pigmenta:hoc est sil & ceruleum·Ac primo de sile agitur·Sil inquit
proprie limus est & reliqua·Hoc & protinus sequentia manifestissime demon/
strant:ubi ait eius esse genera: Atticum: marmorosum pressum:lucidum : quę
discrimina non cerulei sed silis sunt Vitruuio Plinioq;·Is sequenti capite:Sile in/
quit primi instituere pingere:sed polygnotus & mycon Attico & reliqua· Item
xxxv·lib·Silis inquit lucidi libris·x·Item quatuor inquit solis coloribus immor
talia illa opera fecere ex albis melino·ex silaceis Attico· & reliqua·Item usta in/
quit fit & Romę cremato sile marmoroso:& restincto aceto/quod & Vitruuius
quoq; prior dixit & hodie conspicit·Si enim ipm Sil combusseris & in acetum
miseris/fiet de luteo purpureū·Est enim luteus color sili ut ex Vitruuio in ochrę
mentione sumi potest:quę res facit ut ceruleum a sile genus alterū omnino sit:
etiam si nos locum hunc minime deprauatum rati/ speciem q̄dam cerulei cre/
didimus a Plinio uocari sil·Poteramus & hoc & alia quędam paucula in casti/
gationibus prioribus nondū editis inducere aboleręq;·Sed peccata nostra exta/
re uolumus ut omnes intelligant:nō ęgre laturū me/si peritiores aliq nostra cor
rexerint:quando ipse me primus omnium reprehendo ac reuoco· Iam ceruleū
arena est ut huius libri calce dicitur nō limus·At limus est sil: qō pingendis aba
cis etiā Vitruuius lib·ix·cōmendat:Ex atramento inquit subigendi sunt atq; po/
liendi cuneis silaceis seu miniaceis interpositis:quanq̄ nō silaceis sed siliccis cor
rupte scriptum est·Idem:Antiqui egregia inquit opera salis ad politionem ope/
rum sunt usi·Scribendum silis nō salis·Et alio loco nō silaticum:sed sil Atticum·
Hac ipsa parte Plinius:Precium inquit in pondo libras·xxii· sed scribendum ar
bitror ut libro quoq;·xii·notauimus:Precium in· P·libras·x·xii·hoc est denarii
xii·Quod quidem peccatū & hoc ipso libro & aliis restituere oportet· Idem ue
ro est in pondo libras & in libras dicere:quod ex Cornelio Celso facile percipi/
tur· Item ex cap·ultimo:NESTOrianuM· Vitruuii codices antiqui Vesto/
rianum a uestorio·Sed liberum sit·

Ex Libro·xxxiiii·Cap·ii·

YPRio SVis AssiBVs CONtento·Vetus lectio facilior:Cyprio suo as/
c sibus contentis: hoc est marianum ęs in sestertios & dupondios conue
nire Cyprium in asses· Item ex cap·iii·LychNI PENSiles· Anti/
qua exemplaria non lychni sed lychnuchi·& sane ita Gręce nominatur quicqd
lucernas sustinet:quasi lucernifer: ut inter astra ophiuchus : id est ut Columella
uertit anguifer· Et Sceptruchi reges homero: id est sceptriferi· Lapis est Romę
bis uerbis:Pātbei cū suis parergeis & cupidines duo cū suis lychnuchcis·Quid
sint parerga:alibi monstrauimus · Differunt lychnuchi & lychni ab ellychniis·
Lychnuchi lychnos id est lucernas amplectūtur·Lychni siue quod idem est ly/
chnię continent ellychnia·Est aūt ellychniū funiculus ille papyraceus siue spar
teus canabinusue aut stuppeus:qui stans in oleo puritur:quem & Thryallida &
Pblomon quoq; Gręci appellant·Sicut & uerbascum herbam propter eundem
usum· Nam obeliscolychnion Aristoteli quid esset·xxxiiii·libro diximus· Vi/
deturq; Iulio Polluci sordidiuscula & castrensis appellatio fuisse·Vtit ea & The/
opompus in comoedia· Item ex cap·quarto: PalacaS HispaNI alii PALA
cranas VOCant· Antiqua lectio fere palacas hispani ascuruas uocant:quasi lege
re conueniat:palacas hispani astures uocant:quoniam paulo post sequatur: Vice
na inquit milia pondo annis singulis Asturiam Galeciam & Lusitaniam prę sta
re·Distant uero strigiles a palacis:q; strigiles appellabāt paruas auri natiui mas/
sulas ut ait Plinius superiore capite:Palacas uero & balucem quęsiti arte·Strabo
cum palas auri non maiores selibra inueniri dixit in Hispania/ uidetur intelle/

Universidad de Deusto
Biblioteca

xisse strigiles. Item ex cap.vii.FABianus VERrucosuS. Scribendum Fabi
us non fabianus ex Plutarcho: Appiano: ceteris. Item QVEM Fecit BRaXis.
Scribendum bryaxis ex Pausania:Columella:Plinio. Item ex cap.viii.de
pythagora.HVIVsce Deę SunT Seminuda VNDe & LaudaTa SVNT. Ve/
tus lectio q̄ uera nescio: Huiusce deę septem nuda & senis unū laudata sunt. Itē
SpinaRVM. Fortasse spinthbarum ut monui.Aristophanes quoq; ita quendam
uocat in comoedia quę ornithes inscribitur:Philemonis genere moribus phry/
ga.Item STEphusaM SpelumeneN OenophoRVM. Operum uocabula sunt
hęc.Spelumenę quid sit non constat: nisi quis aut spi umenen legat:quod inqui
natam & sordidam mulierem significat.aut certe plilumenen:quod glabram de
pilem atq; uullam unde nomen etiam psilothro.Item DEsias CanTHaruS.Ver
bum delias mendosum est: quoniam de nominibus hic agitur ab littera.c.inci/
pientibus ut Clesias fortasse:id est κλεισίας scribendum sit. Item SCINNVs.
Lectio antiqua scymnus frequens uiri proprium:quanq̄ leonis catulum ea uox
proprie significet:ut aliarū ferarū scylacia Iulius Pollux auctor.Nouit id & Lu/
cretius illo uersu libro quinto: At catuli pantherarū scymniq; leonū. Item Daip
puS PELla lOMenoN DaipHRON. Quid si non pella iomenon sed perixy
omenon legatur:ut sit nomen opis de quo & supra. Nam de littera. d. sermo est
hac parte:sicut de.p.in uerbo tisicrates:quod ego pisicrates nō tisicrates scriben/
dum autumo.Item STRatonicus CęlatoR ille PHiLOsophus FEcit SCOpas
VTRasq;. Diximus Scopas fuisse duos Pausanię.alterum Parionis filium. alte
rum Parium nisi menda sit in Greco codice: propterea non utrasq; sed utrosq;
legi posse.Nunc & illud uelim studiosi considerent:ecquid hac parte nō philo
sophus sed philosophos.nec utrasq; sed utraq; scribendum sit:hoc sensu:Strato/
nicum qui & celator fuerit:ut nō multo ante demonstratum est:philosophos se
cisse:qō genus opis factitari solitū ostēderat hoc capite.Scopā uero utraq;: hoc
est Stratonici & Simonis opera.Nam & paulo supius ubi ait sequens pbus fecit
Coclites:etiā si nō coclites sed celetas:id est κέλητας scribi posse/ cogitandum
est an cōmodius sit ita legere:Sequens philosophos fecit ut deinde non celetas
sed colotes aut cleoetas initium sit alterius membri & nomen artificis. De Colo
te Strabo:qui eum tradit in elidis Cyllene mira specie fecisse ęsculapium ebur/
neum.De Cleoeta Pausanias.

Ex Libro.xxxv.Cap.ii.

VLGatis IAMprideM SalibuS ETiaM CARMinuM. Fuit quando
u suspicarer non salibus sed talibus scribendum esse: boc sensu: ut carmi/
num/ita statuarū permutari capita coepisse:quasi uel ad illa sua in prę/
fatione uerba:Permutatis inquit prioribus syllabis duriusculum se fecit: uel ad
Homeri uersus alluderet:qui uocantur acephali:boc est sine capite: quoniam a
breui syllaba incipiant.Sicut Myuri:qui postremo pede claudicant: & Lagari:q
medio.Neutrum placet.Subiacet & tertius quidam modus:ut legeretur Vulga/
tis iampridem talibus etiam numinum:id est frequentari iampridem tales sta/
tuas coepisse:quarum capita permutarentur.nec hominum modo:sed etiā deo/
rum atq; numinū.Mireq; ad boc Suetonii uerba faciebant: qui de Caligula sic
ait:Diuinam maiestatem asserere sibi coepit:datoq; negocio ut simulacbra nu/
minum religione & arte pręclara:inter quę olympii louis:apportarent e Grecia
quibus capite dempto suum imponeretur.& reliqua. etiam si non e Grecia sed

Acephali
Myuri
Lagari
versus

egregia scriptum erat.Idem auctor in tiberio: Statuę inquit Augusti caput qui/
dam depresserat ut alterius imponeret. Acta res est in Senatu & sumpta poena
de reo.Legendum aūt non depresserat sed dempserat. quanq̄ propter hęc dicat
aliquis nō tam numinum aut carminum q̄ criminū scribi posse ad hunc intelle
ctum:Talia etiam criminum iampridem patere delatoribus ut agantur rei qui
caput alienę statuę iniussu possessoris detraxisset.Defendat aliquis et salibus car
minum:boc est ex illa capitum permutatione promiscuas & tranlatitias iampri
dem esse factas inscriptionum argutias quę in statuaꝝ base continebantur ut su
periore libro tradit ipse quarto capite.Item de messala:PROHibuit iNseri gen
ti SVę BleuinoruM alienAM imaginEM.Quid si nō bleuinoꝝ sed leuinorum
scribatur:cum ex bac familia.M.Valerium Leuinum parum prospere aduersus
Pyrrbum pugnasse constet:elephātoꝝ maxime inusitata facie territis militibus
Auctores Liuius Floruspq;.Nam Valerium Messalam Coruinū Virgilius in ope
re ludicro quod cirris inscribitur Tabenium appellat.M.Valerium Messalā Pli
nius & Varro quoq; nominant eum qui e Sicilia deportauit Romā borologiū.
Messalam a Messana ibi urbe capta dictum sciunt omnes. Item ex.cap.iii.
ATLanta ET HelenA.Melius est ut atalanta scribatur q̄ atlanta: quod & uetus
habet lectio. Item ex cap.vii.IN LAmianis HORtis.Vetus lectio marianis
non lamianis.inuenio largianos bortos.inuenio & uarianos apud Flauium uo/
piscum in aureliano:Sermonem inquit multum a palatio usq; ad uarianos bor/
tos instituit.Sed & marianos fortasse quis intelligat:in quibus monumenta ma/
riana fuerint.Valerius Maximus secundo libro: Templa febri tria.unum inquit
in palatio.alterum in area marianoꝝ monumentoꝝ.tertium in summa parte ui/
ci longi. Item ex cap.x.PROcessu iratus OPEri ET DiXit.Vetusti codices
processit.Item CONtra SuBsidia iNiuRię & VeTustatis. Verbum contra su/
peruacuū est.Potest & ita legi:subsidio iniurię & uetustatis.aut sic:subsidio con
tra iniuriam uetustatis.uel aliquid hmōi. Item ex cap.xi. PARietes THE/
bis.Vetus lectio fere thespiis nō thebis.Item EODEm TemPOre FuiT & Cy/
clias.Vetus lectio cydias.Et paulo post nō talētis.cxliiii.sed.H—S. boc est sester
tiis.cxliiii.Item AB Oeta MONte.Codices antiqui ab octa mōte doridos. Est
aūt regio doris ut lib.quarto constat.Item LEONtium EPiCurum COGitantē
Scribendum censeo theontius. aut certe ita ut ab littera.t.incipiat ea uox:quan/
doquidem boc quoq; loco per ordinem litterarum nomina digeruntur pictoꝝ
quę ratio efficit ut quod & diximus:nō multo supra Ctesidemus nō testidemus
scribendum sit qꝫ ibi de littera.c.disseritur.Item LAla CYziceNa PERPetua uir
go MARtia.M.VARronis iuuenTA. in nullo codice manu scripto legit Mar
tia quasi Varronis ętate:non aliqua Martia sed ipsa plane Lala Cyzicena fuerit.
Item ex cap.xii.CERtiore Auro CERte iNNOcentiorE. Vetus lectio non cer
tiore sed sanctiore uel sanctiora & innocentiora: boc est ipsa fastigia. Et paulo
post.FicTiLiBus PROlibatur siMPulis innocENTius. uerbum innocentius
adiectitium est:nec id babent codices antiqui. Hic mos & Grecorum fuerat qui
ut Athenęus ait non auro nec argento nec gemmatis potoriis: sed e terra colla/
de fictilibus operabantur.Item IMBRicibus TABulis TEGulisq;.qdā scribunt
imbricibus tegulis tubulisq;.sequebatur enim ad balneas mammatis. Tubulos
autem māmatos seu māmas in balneis & fontibus intelligūt quas libro septimo
uitruuius mastos Greca uoce nominauerit:Athenis inquit ex eiusmodi locis &
fontibus masti usq; ad portum Pyrreum ducti sunt salientes.Eas.M.uarro de re
rustica papillas conuertit.Cassiodorus ubera:Quanto inquit pulcbrius est Clau

Universidad de Deusto
Biblioteca

diam aquam per tot ſicca montium iuga lauacris & domibus liquores puriſſi/
mos fiſtularum uberibus emiſiſſe:Erat & poculi Greci genus maſtos.Item Cru/
nus quo noſe ſalientes proprie apud nos dicuntur Frontino celebrati. Cęterum
in Vitruuio non maſti ſed in aſti legendum uidetur:hoc eſt in ciuitate.ita enim
per quandam exocben Athenę uocabantur: Et Alexandria ęgypti quoq; ut ait
Stephanus.Idem error lib.ſeptimo: Marti inquit ad olympum coſſutius ſuſce/
piſſe memoratur.Scribēdum enim nō marti ad olympū:ſed in aſti iouē olym/
pium:quod & ſuperiora quoq; indicāt:ubi de coſſutio loquitur:etiam ſi nō coſ/
ſutius eo loco ſed cōſultus ſcriptum eſt.Nec illud omnino placet ut tubulis mā/
matis ſcribatur : ſed ut tegulis ad balneas bamatis. Vitruuius libro quinto : Si
contignationes inquit in balneis fuerint figlinū opus ſubiiciatur. Regulę ferreę
aut arcus inquit fiunt: hęque uncinis ferreis ad contignationes ſuſpendantur q̄
creberrimę.hęque regule ſiue arcus ſic diſponantur ut tegulę ſine marginibus ſe
dere in duabus inuebiq; poſſint.Adhibebātur & tectorii loco parietibus bama
tę tegulę interdum contra uliginem.Vitruuius lib.vii.Erectę inquit bamatę tegu
lę ab imo ad ſummū parietem figantur. Et paulo poſt: COctilibuS LAterculis
FVNDamentiſq;. Legi poſſet nō fundamentiſq;:ſed frontatiſq;. Sunt autē fron
tati Vitruuio id genus latez quos Greci diatonos appellant: quia per latitudinē
totam porrecti utranq; parietis frontem conficiant.ideoq; nō lateribus dixit ſed
laterculis ut a frontatis qui lateres quidam magni ſunt diſtingueret. Alioqui uer
bū fundamentis hac parte uſq; adeo ſubſultat & officit ſenſui:ut ſine dubio qua
ſi notbum & adulterinū credi poſſit.Erit uero clauſula hęc a capite in hunc mo
dum:Figlinarū opera imbricibus tubulis teguliſq; ad balneas bamatis uel ad te
cta.coctilibus laterculis frontatiſq; aut quę rota fiunt etiam fictilibus doliis ad ui
na excogitatis & ad aquas.Porro tubulos ad balneas factitari ſolitos:cum alii:tū
Vitruuius:Fiſtulę inquit ponantur ad balneas ut quotannis uectigal populo prę
ſtent.& Proculus de ſeruitutibus urbanis:in balnearia inquit inſula non licet tu/
bulos habere admotos ad parietem cōmunem: quia uidelicet per eos flamma
torreatur paries:etiā ſi nō legitur eo loco tubulos ſed tribulos.Item de ęſopi pati
na:SEſtertia CENtum STEtiſſe.Plinius lib.x.Aeſopi inquit patina ſexcentis ſe/
ſtertiis taxata.Item VitelliuS IN PRincipaTV ſuo.CC.SEſtertiiS. Vetus lectio
nō ſeſtertiis ſed talentis:quanq̄ nō ducentis ſed.x. Et hercule ſi ſeſtertiis.cc. ſcri/
batur minoris ueniſſet q̄ ęſopi quę ſexcentis/ut dixi/ſteterat.Nihil quidem mu
to ſed locum indico mutandū & caſtigatione dignū:aut hic aut libro decimo.
Item ex cap.xviii.AMPHioneM.Q.Catuli iNTerfectoREM.Cum Cicero
de oratore ſecundo libro referat.Q.Carulum nō incolumem fortunā:ſed exiliū
deprecantem/ coactum eſſe ut uita ſe ipſe priuaret. Appianus quoq; dicat eum
accenſis in cubiculo carbonibus ipſum ſe prefocaſſe.non uideo qui Amphion
interfector eius eſſe potuerit.Accedit q̄ uetus lectio id uerbum non habet.Item
MENam & MEnecrateM SEXti POMpeii.Appianus libro quinto bellorum
ciuilium non Menam ſed Menodoz & Menecratem libertos eius uocatos ſcri
bit.Nihil mirum:& enim Menas & zenas diminutionis forma pro Menodo/
ro & zenodoro apud Grecos dicuntur.

Ex Libro.xxxvi.Cap.xiiii.

b ERONibus AREna PLENis MOLLi Puluino SVper CAPita CO/
LVMNarū EXaggeraTO.Diximus nō beronibus ſed peronibus ſcri
bendū.Nunc & illud teſtamur:non puluino ſed cliuo in omnibus uetu

ſtis exemplaribus haberi:quod & rectius eſt propter uerbū exaggerato.Et quia
paulo poſt:donec totum inquit in colle ſederet:quanq̄ ibi cōmodius fortaſſe fu
erit nō in colle ſed in cubili ſcribere.Vtitur ea uoce cū Vitruuius ſecundo libro
ſepius.tum mox infra Plinius:ea inquit maxima moles fuit/nec ſedit in cubili.
Nam & hoc notatu dignum: errauiſſe qui uerbū illud in cubili/ principium fe
cere ſequentis cęli:hoc modo:in cubili ergo anxio artifice. nam & uetus lectio
a nobis eſt:in qua nec uerbū quidē illud ERGo habeť ſane.Sed & hoc monue/
ro/perſpicuū magis ſenſum illū fore/ſi non SVpeR ſed inſuper capita columna
rum legať.quā prępoſitionem Vitruuius quoq; uel ſępiſſime uſurpat:cum alibi
tum lib.v.Inſuper eam inquit exęquationem & reliqua. Erit aūt intellectus hic:
arena ſaccis conuecta excitatū collem fuiſſe:qui ſummas columnas nō operiret
ſed medius excederet.Per eum cliuum epiſtylia in altum facile attolli potuiſſe.
tum ab imo exinanitum collem fuiſſe:q̄diu epiſtylium ſederet in columnę aba
co:qui ſuum erat epiſtylio cubile.Perones in Vitruuio quoq; legi non merones
credidimus:lib.v.Creta inqt meronibus ex ulua paluſtri factis calcetur:arcę du/
plices relatis tabulis & catenis colligatę in eo loco qui finitus erit:conſtituanť.
Cęterū & merones tueri poſſumus quaſi partes magnas pilarū ſpecie:cuiuſmo/
di Venetiis plerunq; factitari cernimus:quoties uel ciſternę fiunt uel canales luc/
candi ſunt:finguntur e creta uel luto globi/ atq; in arcas illas ſepti modo circun/
datas impetu coniiciuntur.Perones a pera noſtantur ut aſcopera: quo noſe Ari/
ſtophanes quoq; utitur & Iulius Pollux:ſicut & ſaccopera. Idem auctor aſcopiti
nam & pitinam quaſi culeos uinarios intelligit. Item ex cap.xv.REpentE
CircumactiS ut CONſtiteranT.Scribendū cenſeo nō ut conſtiterant ſed ut cō/
tra ſtarent:hoc eſt ex auerſis aduerſa fierent:nondū tn coirent.tres enim ſpecies
theatra illa duo ſinguliſ dieb⁹ p̄bebāt.auerſa ante meridiē.aduerſa poſt meridiē.
coibant ueſperi.Proinde qō ſtatim cōſequiť:DIſcedētibuS TAbuliS. nō habēt
uetuſti codices ſed loco eius:etiā ſedentibus aliquis.Vitioſum & hoc:ſed exquo
fortaſſe collocari ac redire poſſit integritas:ut nō ſedētibus neq; diſcedētib⁹: ſed
incedentibus.nec aliquis ſed lignis ſcribatur: ad hunc ſenſum: Inclinato iam die
non circumactu:quippe qui iam pręceſſerat:ſed inceſſu ligno⁊ coiſſe cornua.Si
ue igitur incedentibus ſiue accedentibus lignis dicatur/elegantius futurū uidet:
q̄ ſi diſcedētibus tabulis:hoc eſt ſummotis ſcenis defendere libuerit:p̄ſertim cū
SCYthici POpuli OMNes BelGę AppellaTi. ſcribendum ſagę non belgę.He rodotus & plinius libro ſexto:Perſę inquit ſagas uocant omnes ſcythas.etiam ſi ſacas Greci malunt ſcribere q̄ ſagas.Pomponius quoq; infra:Scythę inquit ſunt androphagoe & ſagę diſtincti regione. Item VBi Sol NoN QuotidiE ut NO/bis SeD PRimuM VernO equinoctiO EXortus AVtumnaLi DemuM Occi diT & ideO SeX MenſibuS Dies & TOtiDEM Aliis NOX . Plinius contra ſentit libro quarto:Semeſtri luce inquit & una die ſolis auerſi non ut imperiti di xere ab equinoctio uerno in autumnum ſemel in anno ſolſtitio oriuntur iis ſo/les bruma q; ſemel occidunt.Item ALBani & MOLCHi. ſcribendum non mol chi ſed moſchi.Item AMERDi & PeſtiCi.ſcribendum amardi & peſici ſeu pę ſicę ut Ptolomęus & infra pomponius.Sunt qui amordos eos ſcribant: ſed Stra bo & Stephanus amardos.ea gens eſt bircana:unde ptolomęo quoq; amardus amnis in caſpiū delatus.Itē CAMBiſes ex RadicibVS COrſici Mōtis.Legēdū arbitror coraxici nō corſici.Sunt aūt mōtes coraxici : quos ut ait.vi.lib. plinius quidā beniocbos dixere.Ptolomęus tñ uocat montē caſpiū unde cābyſes oriē. Nihil mirū ꝙ eos montes qui tauri partes aut lacinię ſunt:alii aliter ut in plinio quoq; diximus/appellauere.Subit nunc locus in plinii ſexto deprauatus cap.ix.

Universidad de Deusto
Biblioteca

ubi de araxe ait:Auctuſq; amne muſi & ipſe ut plures exiſtimauere a Cyro de/
fertur in Caſpium mare.Scribendū enim uidetur nō muſi ſed cambuſi: hoc eſt
cambyſe Nam & boruſthenē pro boryſthene ueteres dicebāt. & alia ęque hu/
iuſmodi per.u.libentius q̄ per.y.Pomponius in idem littus inquit elabitur c; rus
& cambyſes ex radicibus coraxici montis uicini editi & in diuerſa abeūt perq;
hiberas & hyrcanos diu & multum diſtantibus alueis defluunt. poſt nō longe
a mari eodem lacu accepti in hyrcanū ſinum uno ore perueniunt:etiam ſi Pto/
lomęus boſtia eorum ſeiungit.Item LAXartes & OxoS. Scribendum iaxartes
per.i.non per.l ex Plinio.ſtrabone.ptolomęo. Q.curtio.marcellinoq;. Et paulo
poſt SVRdianoruM REGionibuS. ſcribe ſogdianoꝝ. Item IVxta DacaS PRi
mū INflectituR. ſcribo dahas nō dacas. Item INteR AmardoS & PEſicaſoS
AperituR.Legendum:inter amardos & peſicas os aperit/iiſdem auctoribus.Itē
INdoS QuoſdAM a RegE BOioruM DonO Sibi DatoS.Plinius:a rege Sue/
uorum nō Boiorum.in quibuſdam tñ Pomponianis codicibus nec boioꝝ: nec
ſueuoꝝ:ſed ineptiſſime Lydoꝝ. Pliniana lectio ſimilior uero eſt q̄ Sueui longe
lateq; imperitabant:maiorēq; ut ait Tacitus Germanię partem obtinebant. Erāt
& boii eluetiis attigui:unde Boemi ſiue ut idem Tacitus appellat boiemi.

Ex inſulis Oceani.

SEpteM MiniME INteR PluReS etiaM MeſſeS. Legēdum ſeptem minimū
interim plures etiam meſſes. Item ANguſtis INter ſe DVetę SpaciiS. ſcriben/
dum diductę. Plinius:Modicis inquit inter ſe diductę ſpaciis: ubi de orcadum
ebudumq; numero plura quędam notauimus:uti hoc loco nō emodes:ſed ebu
des fortaſſe legi poſſit:niſi q̄ contra germaniam eas conſtituit.Ebudes uero con
tra Galliam potius habentur ultra Hiberniam ac Britaniam:ſi Ptolomęo credi/
mus:in Plinio quoq; ſeptem ſcribuntur hemodes ſiue ut nunc legitur acmodę.
Item CEnęaS: Qui Ouis AuiuM PaluſtriuM & Auenis TantuM AlantuR.
Plinius nō cenęas ſed oonas.Ferūtur inquit & oonę inſulę in quibus ouis auiū
& auenis incolę uiuant. Idem erratum & in ſolino apud quem oceanos ſcriptū
eſt.Dicuntur aūt oonę:id eſt ὠᾶραι Grędis ἀπὸ τῶ ὠᾶρ hoc eſt ab ouis. Item
TilE BelgaRVM LiTTORi. ſcribendum thule.ita enim Grędi appellant. &
apud nos Claudianus ut ſicubi aliter ſcriptum eſt:non ratione aut de cto uſu id
ſed uel incuria ſcribentium uel imperitia grāmaticoꝝ obtinuiſſe uideatur.Dixi/
mus & aliis locis quę per.ou.diphthongum grai enuntiant ſeruari hoc & a nobis
Quę uero illi per.y.hędc per.u.parte plurima ueteribus efferri conſueuiſſe. Item
TalgE lN CaſpiO MAri.Ptolomęus talca.

Ex India.

GangeS IN HęmO Medię MontE CONceptuS. ſcribendum uel in hęmodo
indię monte:uel ut Ptolomęus in imao indię monte conceptus. Et enim imaus
& hęmodus mōtes ibi ſunt omnibus.Item INdus ex MONte CAroparnaSO.
Scribendū indus ex monte paropamiſo ex ſtrabone.ptolomęo.cęteris.Et infra
paulo:COpem AGaſinum HYdaſpeN. ſcribendum non copem ſed cophen.
aut cophenen. Sed & aceſinem quoq; nō agaſinū iildem auctoribuus. Item de
taprobane:ParS ORbis ALteriuS HYparchuS DiciiuR. ſcribe hipparcho: id
eſt ab hipparcho.Item SetHis Per CARmanioS ſuprA ſandiS & CORos EF
FLuuntT. Plinius oppidum Carmanię zethin & ut uetuſti codices habent ce/
thin uocat Ptolomęus flumina hęc andanin & coriū appellat:ut ad hūc modū
ſcribi poſſit:Cethis p carmanos ſupra andanis & corios effluunt.Item de arabia

CArmaniis ContrariaM Partem MagnAE. Scribendum Carmanis cōtrariam
partem macę:plinius.ptolomęus.cęteri.Sunt & macę in libya.Item ALterum ſi
gnum VNdiq; ArabeS incingunT. ſcribe ſinum nō ſignū.Item de Arabico ſi/
nu:Cara ARabia GandamuS. ſtephanus carrę carrarum:ad mare inquit rubrū
ſunt carrę/cognomines iis quę ſunt in Meſopotamia craſſi nobiles interitu. De
arabia emporio ptolomęus.Tertium locī nomen haud comperi.Item Hieropo
liticVM. ſcribo heroopoliticum:ita enim uocatur ſinus ab urbe quam heroum
oppidum plinius: Grędi heroopolin uocant omnes. Item COllaca PHilopteris
& PHiomaliS. ſcribendū colaca:ut ſit colax colacis promontorii eius nomen.
item philoteris & ptolemais:ex plinio.ptolomęo.ſtephano: ut in plinio mōſtra
uimus. Item DioriGE.ſcribēdum eſt dioryge.Vox ea & Gręca eſt & familiaris
Straboni/ foſſas & alucos manufactos ſignificans. Item CORnutę TRagapo/
menes EQuinis AuribuS. ſcribendū aut hic tragopanades ex plinii libro deci/
mo/ubi banc ipſam deſcribit auem:aut lectio pliniana corrigenda.Tragopomo
nes.Verbum aūt equinis auribus iungendum cum ſequenti: hoc modo:Et equi
nis auribus pegaſi.Plinius:pegaſi equino inquit capite uolucres. Item CVM La
chanuM Regem ALExandrię.Scribo latburum ſiue lathyrū:ex Plinio.ſtrabo/
ne.cęteris:qui de hoc ipſo eudoxo & rege tradunt hęc. Item VT Grędi VocāT
THeoN. Addi poteſt ochema:ut legas/theon ochema:hoc eſt deoꝝ uehiculū
ex Plinio.ſtrabone.cęteris:id eſt θεῶ ὄχημα.Item DORcades Domus ut aiūt
ALiquandO GorgonuM.Plinius libro ſexto Gorgones inquit inſulę narrantur
gorgonum quondam domus.Item SYnaptodeS inflexi LentiS CruribuS. ſcri/
bendum himantopodes ex plinio.ſolino.cęteris:qui eos a loro uocāt loripedes.
Id enim ἱμὰς ſignificat:ob id adiecit Pomponius lentis cruribus/ quaſi loreis
diceret.Nam & genus auium ex eodem argumento ita nominātur Plinio. Item
Lixio flumini Luno ProximA. ſcribēdum lyxo flumini lunxo ꝓxima: id eſt
λυγξῶ:ut libro quinto docui.

HERMOLAI: BARBARI: IN Plinium Gloſſemata ad Alexandrum Sextum Pont.Maximū:Prefatio.

INhoc quarto lucubrationis noſtrę cōmentario Pont. Max. contínen/
tur delectu quodam gloſſemata/& expoſitiones uerborum/ quę in Pli/
niano codice ſubobſcura uidebantur:ſunt enim ſua cuiuſq; artis & diſci
plinę uocabula/qbus uti eum/qui de natura uniuerſa diſſerebat & licuit:& opor
tuit.Inſeruimus iis & indicem earum rerum/quas ipſi diximus/ utiq; non omni
um:ſed inſignium:aut quę minus faciles inuentu eſſe uidebantur:q̄ non parum
multa(ut incidebant)alienis locis & quodam quaſi aceruo cōfuſa reddideram
Omnia uero hęc quo promptiora quęrentibus fierent/ litterarū ordine digeſſi/
mus.Quem morem/cū alii: tum Plinius ipſe multis locis adamauit/ alibi pro/
palā teſtatus: ut certis regionibus Italię & in gemmis libro ultimo: alibi clam &
nihil prefatus:ut in ſitu orbis ſępiſſime ac per omnes fere tractus & in ſtirpibus
xxvii.uolumine:& in piſcibus.xxxii.& ab hoc ad extremū in nominibus arti/
ficū.Cuius rei obſeruatio caſtigatiōib⁹ nr̄is ſumminiſtrauit copioſam ſegetē.

Universidad de Deusto
Biblioteca

Baculus lib·xxxvi·cap·xxvi·Sed abacus e ligno quidem erat parte plu/
a rima:uerum & e marmore uel structura factam planicie ad sessum ha/
bilem abacum uocabant:nam & calcis usum in abacis fuisse Plinius in
mentione silis docet·xxxiii·uolumine·Nam & podiorum & columnarū aba/
cos siue quod idem est cubilia in Vitruuio quis non legit? Dicitur & solis aba
cus pro disco eius astrologis·Vulgus ipsum bodie quicqd tale est in quo mul/
ti sedere possint: appellat abacum detrita tantum/ ut imperitę plebis mos est:
uocali prima·Sidonius apollinaris:Ibi stibadium inquit et frequens abacus·Sti
badia lecticulę sunt ab herba quidem & stramentis dicta:ut apud nos tori: sed
ex marmore tamen quandoq; ut in epistolis Plinii Cęcilii: Nunc ex opere in/
testino in quibus accubatur interdiu maxime:qualia celebrātur Florentię Tu/
scanica·Dicunt et anaclinteria:sicut apud Lampridiū in beliogabalo accubita.
Ablaqueare lib·xx·cap·xx.
Abomasum lib·xxviii·cap·ix.
Absides:siue ut Greci uocant apsides lib·ii·cap·xvii· in secunda editione: forni/
ces & curuaturę sunt in curribus propríe·Dicuntur uero ἀπό τοῦ ἅπτειν : ga
rotę cum uoluuntur contingant terram·Sed in coelo capiuntur pro circulis fe/
re qui eccentri:siue quod idem est eccentrici Ptolomęo : Proculo: Theonicq;
dicuntur·Id autem quod absis summa & absis ima nominatur ueteribus:recen
tiores barbare augem & contrarium augi locum uocant·Ptolomęus apogeon
& epigeon:in hoc a Plinio diuersus/q; moueri hęc preterq; in sole uoluit·Plini
us immobilia ea in signis quęq; suis facit·Est & illud scitu dignum/Neotericos
dissentire a Ptolomęo & Proculo:apogeon & epigeon solis moueri: ut cętero/
rum planetarum putantes:quod illi pernegant.
Acatium lib·ix·cap·xxx·& quod idem est acatus Ausonio aliisq;.
Acetarium & acetabulum lib·xix·cap·iiii·
Accensi·M.Varro·Sex·Pompeius·Nonius Marcellus Cicero: Nec idem pror/
sus omnes in eo uerbo sentiunt·Liuius quoq; octauo libro.
Acephali uerlus lib·xxxv·cap·ii·in secunda editione.
Aciem trahere lib·xxxi·cap·x.
Aconeti lib·xxxv·cap·xi.
Acoeton mel lib·xi·capite·xv·ἀπό τῆς κοίτης q͡d lectū cubileq; significat: un
de coeton:hoc est dormitorium Plinio & procoetion in epistolis Cecilii pro an
tecubiculo:etiā si procestrion quoq; legitur non absurde· Quid sit procestrion
Festus·Pōpeius docebit·Procoetion & coeten Vitruuius thalamū & antithala
mum usurpat.
Acopa nō ut quodam loco scriptum est/acopica: dicuntur ita quoniam ad lassi
tudines quas greci κόπους uocant/inuēta sunt:sicut apona: Quanq; apona nō
tam quia contra morbos sint dicuntur q; quia citra dolorem ullum afferant re
medium·Vnde patauini quoq; fontes aponi sunt appellati ut Aurelio Cassio/
doro placet:Non tantum inquit delitiosa per eos uoluptas q; blanda medicina
confertur·sunt enim sine tormento curę:sine horrore remedia:sanitas impuni/
ta:balneę contra diuersos corporis langores attributa : quę ideo aponon greca
lingua nominauit antiquitas·Et paulo post:Vt ipsum inquit lauacrum mūdius
redderetur:stupenda quędam cōtinentię disciplina est·Vnda:qua uiri receptā/
tur:si mulier descendat:incenditur· Quod quidem & Martialis poeta significa
re(ut arbitror)uoluerit:cum dixit fontes aponi rudes puellis·
Acrochordones in uerbo Thymus·

Accubita in uerbo abaculus·
Adenes in uerbo parotides·
Adiicialis & adipalis libro·x·capite·xx·Item in utraq; editione lib·xxix·ca·iiii·
Adoreum & adoreola libro·xviii·cap·iii·in secunda editione·
Aduiuere lib·xv·cap·xviii·Sicut aūt in exemplaribus adiuuare scriptum est pro
aduiuere:sic inuicē aduiuere pro adiuuare: ut illud apud Lampridiū in Alexā
dro:Rerū inquit memoria singularis/quā nemo Nicoacholius ferebat ad uitā
Mendosissimus locus est/atq; ad hunc modum reddendus:Rerum memoria
singularis:quā nemo nisi acholius ferebat adiutā: hoc est adminiculatā·Porro
Acholius nomen auctoris est:cuius mētio aliis quoq; locis pluribꝰ fit ab ipo·
Aera aerę libro·xxxiii·cap·iii·
Aegylops ab auena dicit· Est aūt abscessus inter nares & angulū maiorem ocu/
loꝝ per quem pituita assidue distillat:& si negligatur ad ossa usq; debilscit in fi/
stulam·Differt ab ęgylope id quod crithen:hoc est ordeum: uulgo ordeolum
appellant·& Galenus posthiā·Crithe abscessus est pusillus oblonguscq; sub ipm
palpebrę toruluꝫ:hoc est(ut ait Celsus) super piloꝝ locum · Officit luminibus
& quod uocatur ancylops:siue ancyloblepharos:quo uidelicet palpebrę coale/
scunt inter se:apeririq; non potest oculus· Cui non admodum ablimilis mor/
bus est/quiꝰEncanthis uocat:in ipso angulo tuberculū:qꝺ palpebras paꝝ didu/
ci patit:sed & si mēbroꝝ articuli sic hęrēt uelut cōprehensi ancyla & ancylosis
appellat:idq; aut uinctu lęsis pribus:aut distētione aliqua neruoꝝ euenire solet·
Alabādici libelli soloecismiq; lib·xxxvii·cap·vii·Alabandes uero quare parum
sapere sint crediti Vitruuius libro septimo·
Albaria in uerbo intrita & in uerbo interpollare·
Album quod·& Greci ut est apud Iulium Pollucem uocant λεύκωμα non so/
lum ea tabula uocatur in qua iudicū descripta essent nomina:Iudex inquit Se/
neca ex turba electoꝝ quem census in albū & equestris hęreditas misit : quod
& pyctacium quoq; dicitur:ut in Alexādro cęsare Lampridius uulgo matrix
appellata·Sed & ea quoq; tabula nominatur album Ciceroni primo de Orato
re in qua singulorum annoꝝ acta litteris mandabantur a Pontifice Maximo:
proponebaturq; domi eius ut potestas esset populo cognoscēdi:biq; nunc an/
nales maximi noiant· De albo Liuius & apud greços Dion· &·xii·li·Fabius·
Albugines in uerbo argemon·
Alosa libro·xxxii·capite septimo·
Alopecia Vulpinus fere morbus est unde nomen quoties in humano capite are
as & glabreta capillus deciduus facit · Hoc ipm erat ophiasis: sed a serpēte tan
tum cui subsimilis est uocata · Vtrunq; ui humoris atq; succi non deferentis
ut in caluicio:sed corrupti uitiatiq; coalescit·
Alphos in uerbo uitiligine·
Alsiosi frutices & sata non hęc sunt quę frigidis alsiosisq; locis gaudeant:sed cō/
tra potius quę algores ferre non possunt:& quę Greci uocant ἀλυσπιγα ut ab/
rotonum auctore Plinio Theophrastoque·
Alterare libro duodecimo:capite duodecimo·
Aluini libro:xxi·capite·xxvii·Item libro·xxv·capite septimo·
Amaurosis & Amblyopia in uerbo obscuritates·
Ambusta greci πυρίκαυτα:dicuntur & adustiones & adusta Celso·
Amentarius in uerbo armentarius·
Amphimalla q; utraq; pte sunt uillosa:sicut amphitapetes·Erāt et amphimascha

Universidad de Deusto
Biblioteca

la ab axillis dicta & ĩgenuis dicata:ſicut beteromaſchala ſeruitiis:auctor Pollux
nam & ex altera tm̃ parte uilloſum beteromallon uocabant et malloten quoq;.
Amphimerinos febris libro·xxviii·capite decimo.
Amphora libro·xxxvi·capite ſeptimo·Item libro·xiiii·capite quarto.
Amuletum & amula libro ultimo cap·ix·In amula corripitur prima Columellę
Anaclinteria in uerbo abaculus.
Anaphorę uerbū e uerbo ſcanſiones uocant:ſiue ut recẽtioribus mos eſt:aſcen/
ſiões ſignoꝫ ab oriente circũactu mũdi quotidiano factę: quia porro nõ ęqua
les ubiq; ſcãſiones ſunt:ſed ex ĩclinatõe coeli uaria:nũc maiores:nũc minores:
Mirũ nõ ẽ:ſi nonageſima illa pars anaphorę uitã alio tractu ꝓgat:alio dimi/
Anaglypha in uerbo cataglypha. (nuit.
An in prefatione.
Anadyomene libro·xxxv·capite undecimo.
Anaitis dea libro quinto:capite·xxiiii·Item libro·xxxiii·capite quarto.
Andricelos libro·xxxv·capite ſexto.
Ancylops & ancyloblepharos & ancyla in uerbo Aegylops.
Angina in uerbo ſynanche.
Ancones libro ſecundo:capite·xlvi.
Anchiale libro quinto:capite·xxvii.
Anima libro nono:capite·xxxv.
Anodyna uocãtur quę leuationem doloris/ſomnũ accerſendo/moliuntur.
Angiportus arctę uię ſunt:quas Greci στεφανοῦσ appellãt:ſiue ut Feſtus ait itet
compendiariũ in oppido:quaſi anguſtus ad portũ aditus: nam quę ſunt latio/
res fereq; militares/prętorię:conſulares:Platęq; noĩant Vitruuio:ut errent q are/
as & dicata foris loca in eo uerbo ꝓprie accipiunt : Nam & Greci latas uias a
populoꝫ frequentia λεωφόρους uocant:auctor Pollux . Vlpianus : angiportũ
inquit a portu dictũ eſt·Portus uero concluſus & munitus locus eſt: quemad/
modum & ſtatio ab importandis exportandiſq; mercibus nomen habens.
Annua annuifera annuicaulia libro·xix·capite ſeptimo ſecunda editione.
Anquirere & anqſitio li·viii·c·iii·Sex·Pompeius:tm̃ anqrere inqt ẽ circumqrere.
Antę in uerbo paraſtatę:unde antepagmẽta ualuaꝫ ornamẽta:q; pãganẽ antis ut
Antethalamus & antecubiculũ in uerbo abaculus. (Feſtus ait.
Antiades in uerbo tonſillę.
Apartia in uerbo licitatores.
Aphe libro·xxxv·capite undecimo.
Aphtę ſunt quas Plinius fere non aliter q̃ oris ulcera in infantibus appellat:albe
ſcit iis ſumma cute lingua tõſillę Columellaq; a gingiuis incipiunt ad uuã fau
ceſq; deſcendunt.Sunt & alia oris ulcera/ſed minus ſęua utiq; in adultis.
Apogeon in uerbo abſides.Sed & apogei quoq; uenti nominantur: quoniam a
terra conſurgant:non quidem ſemper/aut qualibet:ſed ex madida uliginoſaq;
Nam qui e mari ueniunt per ſinus:Encolpię appellantur ariſtoteli.
Apona & aponi fontes in uerbo acopa.
Apoplectici & apoplexia in uerbo paralyſis.
Apolectus Libro nono capite .xv.
Apoxyomenos Libro·xxxiiii·capite octauo bis.
Apotropęa Libro ultimo:capite nono.
Appluere libro nono:capite·xvi.
Apyron & apyroton libro nono:capite·xvi.
Arathe dea libro quinto:capite·xxiii.
Argathoninus libro ſeptimo:capite·xlviii.
Argei libro ſeptimo:capite·lx.
Argenum in uerbo argemon.
Argemon lib·xxviii·cap·octauo & argema plurali numero caſtigatius q̃ arge/
mata·Videtur aũt eſſe idem fere quod leucomata:hoc eſt albugines: quanq̃ in
lotho herba Dioſcorides uidet ſeiungere cũ & ad argema et ad leucomata pol
lere illã tradat:niſi quis nõ leucomata eo loco:ſed glaucomata ſcribendũ cenſe
at.Argemon certe a candore dicitur·In Plinio quoq; trigeſimitertii libri quinto
capite:Argena ſpuma legitur·ſed ſcribendum tm̃ argẽti ſpuma: quanq̃ nõ igno
ro apud Sex·Pompeium haberi:argenum inquit argentum percandidum.
Armentarius mirmillo·Verbum & exemplum idem legitur in Solino. Quid ſi
non armentarius/ſed amentarius ſcribatur:ab amento: unde amentatas haſtas
uocamus:& amentare uerbum Lucano:uel armẽtarius quaſi taurarius:quia cũ
armentis congrederetur ut beſtiarii cũ feris:aut nomen eius Mirmillonis pro/
prium·De Retiario & Mirmillone Feſtus in Domitiano· Suetonius patremfa
milias quod Thracem Mirmilloni parem : Muncrario imparẽ dixerat/ detra/
ctã e ſpectaculis in barenã/canibus obiecit: cum hoc titulo impie locutus Par/
mularius·Parma ſcuti genus eſt:quod Greci peltã uocãt auctore Plinio atq; Li
uio·Sunt igitur Parmularii nõ ſcutoꝫ opifices geſtatoreſue quicunq; aut gre/
garię militię homines/ut in Suetonio quidam interpretati ſunt:ſed gladiatores
ii qui parmulis utebantur:Itemq; fautores & locatores eius generis. Porro par/
mularii etiam Thraces ſiue Threces appellabantur. Sex·Pompeius: Threces
inquit gladiatores a ſimilitudine parmularũ thracicarũ uocati· Quia ergo pa/
ter ille familias Thraci ſtudere uidebatur/ quaſi parmularius arguitur. Fabius
quoq; ii·libro·de quodam qui Theodoręus an Apollodoręus eſſet:interroga/
tus ſoculariter reſpõdit: Ego inqt parmularius ſum·Mirmillones dicti q; ſcuto
ſe tuerentur quo de muro pugnabatur idem Feſtus auctor · Munerarii dicun/
tur ii qui munus & ludos exhibent populo·De quibus octauo libro Columel/
la:Cum ſilueſtres inquit & feri arietes ſicut alię beſtię munerariis deportaren/
tur:ut uerborum Suetonii quę attulimus ille ſit ſenſus:Patrem familias ſeu pro/
prie id nomen ſumatur:ſeu pro laniſta/ qui familias gladiatorũ aleret/ dixiſſe:
Thracem ſuum uel cui ſtudebat Mirmilloni quidem eſſe parem: Munerario
autem:id eſt Cęſari/qui munus forte id edebat/ imparem · Idem enim auctor
paulo ſupra:Quęſtoriis inqt muneribus quę olim omiſſa reuocauerat ita ſem
per interfuit/ut populo poteſtatẽ faceret/bina paria e ſuo ludo poſtulandi:quę
nouiſſima aulico apparatu induceret· Quibus ex uerbis liquet Munerarium a
Laniſta Cęſarem uocatum:ob id ellogium illud morituro adiectum: Impie lo
cutus Parmularius.
Arrepboroe Libro·xxxvi·capite quinto.
Artemo in uerbo bypagon.
Artopta & artopticinus libro·xviii·capite decimo.
Aſarota Libro·xxxvi·capite·xxii.
Aſcarides in uerbo Tineę.
Aſcopa·aſcopera·aſcopitina libro·xxxvi·capite·xiiii·in utraq; editione.
Aſio auis aurita Libro·ix·cap·xxix·Seruat hodie quoq; nomen apud Marſos.
Aſpaltum libro octauo:capite·xxxvii.

Universidad de Deusto
Biblioteca

Aſpergo lib.xxi.cap.xix.Greçe ῥάντιζω dicitur. Vitruuius quoq; illo uerbo utit:
Redolent uero aſperginem parietes noui:Redolent loca ut inquit ille:ſenta ſitu
& humentia uligine & quę perflatum non habent: quod quidem odoris ge/
nus imperita plebs Rheumaticum appellat.
Aſſecla libro ſeptimo.capite duodecimo.
Aſſa in uerbo faſtidium.
Aſſeres & aſſamenta in uerbo axes.
Aſſula Libro duodecimo capite.xxiii. Vtitur & Vitruuius: ſed pro fragmentis
quę Marmorarii ex operibus deiiciunt:ſciros a Greçis appellatus. E ligno au/
tem ſchidia idem auctor appellat:ſicut Epiſchidion pro cuneo:id quoq; a Gre
cis tractum.
Aſtarte dea libro quinto:capite.xxiii.
Aſthma & aſthmaticus in uerbo Suſpirioſi.
Aſty libro.xxxv.capite duodecimo.
Atacini & atratini libro ſexto:capite.xxiii.in utraque editione.
Atergatis dea libro quinto:capite.xxiii.
Athlotheta libro.xxxvi.capite.xv.in ſecunda editione.
Athara dea libro quinto:capite:xxiii.
Athara ſiue athera & atheroma in uerbo Meliceris.
Atlas & atlantion lib.xxxvi.capite quinto. Item in ſecunda edit. li.xxviii.c.viii.
Atocion libro.xxix.capite quarto.
Atrophi in uerbo Tabes.
Attoniti in uerbo Paralyſis.
Auctio preçonis in uerbo Licitatores.
Auctoratus uindemitor:id eſt ad periculum conductus. Vnde milites exaucto/
rati qui aliqua de cauſa Militię ſacramento ſoluuntur:ſicut reſignati quibus ob
delictum adimitur ſtipendium. Itaq; auctorati nō ſimpliciter conducti: ſed ad
mortem quoq;:ſi caſus ferat: obligati ſunt uelut gladiatores/ ut illud.xxxvi. li/
bro in mentione theatri uerſatilis: Ipſum inquit magis auctoratum populum
Romanum circumferens. Quod autem.xiiii.libro ſcribitur:ab auctorato uin/
demitore rogum & tumulum excipi: ſiue quod idem eſt recipi: Nam utroq;
modo legitur:hunc ſenſum habet: Eum qui operā ſuam in tam altas uites elo/
caſſet:ſolere ultra conſtitutam mercedem:illud quoq; ſtipulari/ ut ſi deuolutus
eſſet:funeris impenſam dominus infunderet.
Augurium ſalutis libro.xviii.capite tertio.
Augurium canarium libro.xviii.capite tertio.
Axes unde coaxatio: id eſt contabulatio:libro.xxxvi.capite.xxv. Nam aſſeres
tabulę Vitruuio non ſunt:ſed craſſior & anguſta in modum paruę trabis mate
ria ab aſſidendo parietibus atq; tignis appellati/ut Feſto placet. Quibuſdā co/
axatio per.ſſ.non per.x.uidetur ſcribenda:quēadmodū & aſſamenta & aſſulę.
Axinomantia libro.xxxv.capite.xix. id eſt per ſecures dolabellaſq; facta diui/
natio:ſicut Catoptromantia per ſpecula. Spartianus in Didio Iuliano:Carmina
inquit profanę incantauerunt & ea quę ad ſpeculum dicuntur fieri: in quo
pueri preligatis oculis incantando uentura inquit reſpicere putantur. Hoc ge/
nus ludibrii hodie quoq; ſeruant.

B

.B. &.M. libro decimo:capite octauo.
Balius color lib. ultimo: cap.vii. ab Euripide uidetur accipi pro uario:
quidam pro ſpadice: hoc eſt palmeo: qualis eſt equorum quoq; apud Maro/
nem:Nam & baius uulgo dicitur is:quoniam ſpadices: hoc eſt palmarū cum
fructu ſuo Termites Greçi uocant βαῖα. In Vopiſco diximus baltias ſiue balias
a colore ueſtes appellari. ſed blatteas ſcribēdum ibi cenſeo. Caſſiodorus in epi
ſtolis de Chamęleonte:Colores inquit ſuos multifaria qualitate cōmutat mo/
do Veneta:modo Blattea:modo Praſina:modo Cyanea. Eutropius:Nero inqt
inuſitata luxuria fuit/ut qui exemplo Caliculę frigidis & calidis lauaretur un/
guentis/bamis aureis argenteiſq; piſcaretur:quę blatteis funibus extrahebant:
quos Suetonius & Oroſius interpretantur purpureos. Ille:Piſcatus inquit eſt re/
te aurato purpura coccoq; funibus nexis. Oroſius:Luxurię inquit tam effrena
tę fuit Nero/ut retibus aureis piſcaretur:quę purpureis funibus extrahebantur.
Fortaſſe quia genus illud purpurę quod Indicum eſt conchylium paulo egini
tę:cuius teſta onyx a Dioſcoride uocatur:apud recentiores medicos blatta by
zantia nomen habet. Rura bodie ſubrubrum colorem panni blattum Ro/
mę appellant:ſiue bladum: ut binc uideri poſſit ortum: Quamobrem frumen
tum quoq; ipſum ita barbare nominetur uulgo. Et enim auctor eſt Columella
e tribus tritici generibus/illud maxime ſerendū eſſe:quod robus dicitur: quaſi
a colore/quom & pondere inquit & nitore preſtet. De colore:qui Robus dica
tur:Feſtus.
Baius & baia in uerbo balius. & in uerbo ſpadix.
Baris libro quinto:capite.xxxii.
Balineum & balneum libro nono:cap.liiii.
Battuere li.xxxi.cap.ix. Vtitur eo uerbo Suetonius quoq;.
Batillus libro.xxxiii.capite duodecimo.
Baucalium in uerbo gaſter.
Balanus uocatur id genus alui ſubducēdę:quod clyſteris loco ſubditur a ſpecie
glandis. Id ut ait Pollux ex adipe ac nitro factitabatur parte plurima. Vtitur &
βαλανίσαι uerbo Hippocrates.
Berberi libro nono:capite.xxxv.
Beluata libro.xiii.capite nono.
Bibaculus. De boc in prefatione multa. Cremonę natum eum ſcribit Hierony/
mus in chronicis paulo minorē Cicerone. Fuit ei prenomē Furius. Credo aliū
fuiſſe. A. Furiū poetā:quē Cicero in Bruto. Q. Catuli familiarem appellauit.
Bicarium & bicos in uerbo Gaſter.
Blatteus blatta blattum bladum in uerbo Balius.
Boeotia non boëtia libro quarto:capite ſeptimo.
Botryones libro.xxxii.capite ſeptimo. Vtitur ea uoce Palladius quoq;.
Bomiſtria libro.xxxvi.capite quinto.
Boa & bua in uerbo Papula.
Branchos in uerbo catarrhus.
Brabeuta libro.xxxvii.capite.xv.in ſecunda editione.
Brachiale libro.xxviii.cap.vii. Id ex collatōne Dioſcoridis atq; Plinii & Ariſto
telis facile cognoſcit. Sed & ornamētū partis eius ut ab armo armilla: brachia
le dici poteſt. Ab armillis armillini uocantur mures alpiū & ſeptētrionis quoꝝ
eſt candor eximius:quoniam ex iis pelles/ambire ueſtiū manicas armillę mo
do conſueuiſſent:nunc totis ſubduntur ueſtibus/lectoꝝ quoq; ſtragulis
Broci dentes & brocitas libro undecimo capite.xxxvii. Lucilius bruncos. Var/
ro tamen in re ruſtica de canibus ſecundo libro diſſerens/nō bruncos:ſed bro
cos uocat:Duobus inquit dentibus dextra & ſiniſtra paulo eminus: ſuperiori/

bus directis potius q̄ brocis. Greci eos quibus dentes prominent appellant προόδοπτας: auctor Pollux.
Bronchocoela in uerbo Enterocela.
Byssacia ueſtis libro quinto: capite quarto.
Byzari libro ſexto: capite quarto: bis.
Buxus & buxulus libro. xxxv. capite decimo.
Bua in uerbo Papula.
Bubonocela in uerbo Enterocela.
Bubones abſceſſus ſunt circa inguen maxime: a quo & nomen uitio: Nam & in guina ipſa greci bubones uocant. uulgo quoq; noſtri collectiones & inflāma/ tiones eius partis/ inguinarias appellant.
Bulimos in uerbo Cardiacos.

C

C. & cappa in uerbo. P. R. C.
Cacizotechnos lib. xxxiiii. cap. octauo. Vitruuius Callimachum tradit propter elegantiam artis marmoreę catatechnon uocatum.
Capis. capidula. capula. capuncula. capedo. capeduncula lib. xxxvii. cap. ii.
Calpar: calpis: calpium libro. xxxvii. capite ſecundo.
Cauſarii libro. xxv. capite quinto. Spartianus in Adriano: Omnes inquit cauſarios liberalitatibus ſubleuauit.
Catachlyſis libro. xxxv. capite octauo: ab caligine: ut huc quibuſdam uideatur pertinere quod in Hadriani uita legitur: Catachlyanos inquit obſcuriſſimos libros Antimachum imitando ſcripſit. Ceterum nihil decerno: preſertim cum non catachlyanos: ſed catacrianos ibi ſcriptum ſit.
Cathaglypha libro. xxv. capite octauo. Siue (ut uetus habet lectio) catagrapha: hoc genus fere ſignificat quod a breuitate imaginum: quas ita repreſentari/ cū ſunt obliquę/ poſtulat ratio: Pictores modo excurta uocant. Anaglypha uero nomen habent ab aſperitate: ut triglypha celaturis inequalibus eminentibuſq; Ob id: quia non ſunt lęuia ſed aſpera: nunc ab officinis eque obſoleta & plebeia uoce releuia dicuntur.
Catagrapha libro. xxxv. capite octauo. Et in uerbo cataglypha.
Caluata uinea Catoni Plinioq; ſignificat in qua uites quidem ſint: uerum paucę rareq;: ut in caluitio capilli. Nam & greci loca ſatis/ fruticibuſq; nuda/ phala/ cras/ quaſi calueta appellant: ut quę nihil ferūt apud Columellā/ glabreta. Idem auctor quinto libro: Preſtat inquit ex uulnere ſobolem repullescentem uellere q̄ nodoſam & ſcabram plagā relinquere: hoc enim modo celeriter cicatricem ducit: illo caluatur atque putreſcit. Quanq̄ & cauatur mendoſe (ut arbitror) ſcriptum eſt. Item eodem libro: Propter mures inquit atq; talpas ſępe nouella caſtaneta calueſcunt. hoc eſt rareſcunt. Propterea ſubiungitur: Atqui ubi frequentanda inquit ſunt: melius ex uicino/ ſi competit/ mergi more/ pertica declinata propagatur/ q̄ exempra referitur. Quem locum Plinius ſeptimodecimo libro expreſſit/ dicendo: Tota inquit caſtanea in ſulco proſternitur. & reliqua.
Candelę ſunt quacunq; conſtent materia: ſcirpis: teda: ſeuo: cera: uti mirum ne ſit libros Numę cādelis inuolutos tradi. Niſi quis caudellis ſcribat: Caudes enim ut ait Seneca/ tabulax contextus ſunt: unde codices & caudicarię inqt naues.
Cachecta & cachexia in uerbo Tabes: ſed & habitus ille corporis qui ſolet hydropem antecedere: Cachexia dicitur paulo. Eſt & alius fere ſignificatus Ariſtoteli: de quo dicemus in Topicis.

Cardiacus ſiue a corde: ſiue ab boſtio & ore ſtomachi: quod cardian quoq; greci uocāt: morbus eſt ex nimia imbecillitate corporis: quod quidem ſtomacho languente/ immodico ſudore digeritur: hoc eſt διαφορεῖται. Propterea dipho reticus ſudor appellatur is/ qui ſua redundantia corpus debilitat: & quos medici diphorumenos quandoq; dicunt. Plinius modo ſudatores: modo expaue/ ſcentes nominat. Ab eadem pte ſtomachi uidetur deduci cardiogmos & uerbum καρδιώττειν pro eo quod eſt uehementer eſurire. Ita enim Doriēſes/ ut ait Pollux/ intempeſtiuam famem uocant: quam Xenophon & communis lingua bulimon: alii cardiogmon pro cordis ęſtu capiunt.
Calathoides figura libro ſecundo: capite decimo.
Catinum libro tertio: capite octauo.
Caſiaca ueſtis libro quarto: capite duodecimo.
Calaſtri pueri libro quinto: capite quarto.
Caniphera & canephoroe libro. xxxvi. cap. v. Item libro. v. capite. xxxi.
Calceoꝝ genera libro nono: cap. xvii. Addi poſſunt iis & phęcaſii: unde phęciſiatos & ſacerdotes & deos uocamus: ut qui deos ipſos aut ſacerdotes non phęcaſiatos: ſed phęcaſios dixere/ coarguātur ab Appiano: Iuuenale: Seneca. Erant & patentes calcei: quos. quendā Cęſarum oſtentare ſolitum/ ſi recte memini: legiſſe uideor apud Hieronymū. Sunt & patricii: quibus Martū triumphaſſe legimus: eorumq; cum alii: tum Philoſtratus quoq; in ſophiſtis meminit. Quāq̄ ſunt qui nō patricios: ſed patitios: hoc eſt patentes ꝓnuntiandos ex illo Hieronymi teſtimonio/ quod attuli/ ſuſpicentur.
Calua & caluaria libro nono: capite. li: Item libro. xxviii. capite primo. Sed & loca ſepulturę publica dicuntur caluarię: quas greci uocant polyandria: ex Polybio: Iulio Polluce: zoſimo: Aeliano. cęteris.
Carbas & Carbina li. xi. c. vii. Non ꝙ carbas idem ſit qui carbinus/ Sed ꝙ ab eo fere obuerſo nomen habere uideatur.
Catoptromantia in uerbo Axinomantia.
Calabrix li. xvii. capite. x. ꝓ ſentice: a greco fortaſſe: cum Iulius Pollux inter uillaꝝ ſepta numeret genus unum: quod καλαυροψ inquit appellatur.
Canarium augurium ſiue ſacrificium libro. xviii. capite tertio.
Calliblepharon li. xxviii. cap. x. Cardiogmos & cardia in uerbo cardiacus.
Caryatides li. xxxvi. c. v. bis. Plautus in milite: Non oſculum poetę eſſe inaudiui barbaro: luxata lectio ſed ad hūc modum fortaſſe reditura in artus: Nam hoc colūnatim porticu eſſe inaudiui barbara. i. pſica ex Vitruuii. i. libro. Quibuſdā placet poetę quaſi ad illud mediocribus eſſe poetis Nō dii nō boīes Nō con/ ceſſere columnę.
Cataſtagmus in uerbo catarrbus.
Canaliculata libro. xxvi. capite nono. Et in uerbo Stria.
Cacoēthes in uerbo carcinoma.
Catapotium a deuorando: quoniam pilulę modo prębeatur a medicis.
Caros in uerbo ueternum.
Calix libro. xvi. capite ſeptimo in ſecunda editione.
Campteres libro. xvi. capite. xliii. in ſecunda editione.
Catarrbus latine fluctio/ differt a coryza & brancho. coryza dī cū pituita nares tm̄ obſidet/ grauedo latine dicta. catarrbus uero cū fauces palatūq;. at brāchos cū & guttur & arteria corripitur: ob id & arthericum quandoq; ut ait Paulus/ id uitium appellant. Omnia hęc tamen Hippocrates coryzas uocabat: noſtri diſtillationes: quia grece cataſtagmi nominantur in cōmune.

Universidad de Deusto
Biblioteca

Caſtella quid ſint in aquę ductibus/ignorare poteſt nemo qui Romę fuerit: aut Vitruuium Frontinum iuriſperitos legerit: ea multis locis extant: Nec aliud ſunt q̄ fluentis per formas & fiſtulas ſuas aquę deriuacula. Nec illum modo uſum prębet quod in balneas atq; uillas ſumminiſtrari poteſt inde aqua: ſed quod illis quaſi obicibus atq; diuerticulis ſuffrenatur & edomatur aquę decurrentis impetus: qui alias nimius & grauis eſſet fornicibus.

Carcinoma durities eſt Polluci cum inflammatione/interim & ulcere liuidi coloris ac ſubrubidi/manans ſanguine: raroq; non cohęrent & recuruantur in eo uenulę atq; pili: morbus inſanabilis. Celſus tria facit eius genera. Primum Cacoëthes: cum ulcus quidem preſſum eſt: ſed quę circa ſunt intenduntur & intumeſcunt. Secundum ſine ulcere. Tertium quod Thymium uocat.

Cęſale in uerbo Sella.

Celebritas libro.xxxiii.capite duodecimo: ſecunda editione.

Celetes & celetizontes libro.xxxiiii.capite quinto & capite octauo. Item Libro ſexto: capite.xxix. Item libro nono: capite decimo. Et nauigia quędā celetes appellantur: auctor Pollux: uti mirum ne ſit: teſtudinum quoq; id genus celetes uocatum fuiſſe.

Cemētum unde cemētitii parietes Vitruuio & Plinio lapidis genus eſt uulgarii quo cum alibi: tum Romę utuntur exciſo monte aliquo uel effoſſo. Importāt eum quotidie iumenta. Fodinas quoq; ipſas ruſtici Campanię cementarias appellant. De cemento Nonius quoq;.

Cea ueſtis lib.quarto: cap.xii. Item libro.x.cap.xxii.

Cercura libro ſeptimo capite.lvi.

Cerago libro undecimo: capite ſeptimo.

Ceroſtrota libro undecimo: capite.xxxvii. Meminit & Vitruuius in relatōne forium: etiam ſi celoſtrata mendoſe ſcriptum eſt.

Cerion libro.xx.capite.xxi. & in uerbo Fauus.

Centipellio libro.xviii.capite nono.

Ceſtrum & ceſtus libro.xxxv.capite undecimo.

Ceraphia in uerbo gaſter.

Cephalea & cephalalgia in uerbo heterocrania.

Ceroma & ceratum a cera: Nam & a Gręcis quoq; κήρωμα & κήρωτή dicuntur. Sed ceroma etiam πάτος appellatur: eſtq; oleum id quo luctaturi ſe perfundunt. Quanq̄ πάτος proprie coenum eſt atq; lutus ceromati permixtus: cui ſi ſudor acceſſerit: coniſalos uocatur Attice ut Galenus ait. A cera & ceramentum quis deductum putet? Plinius libro.xx. Verrucas inquit ocimum mixto ceramento ſutorio tollit. Sed eo loco non ceramentum: ſed attramētum ſutorium ſcribere oportet: hoc eſt chalcanthū. De quo Plinius & celſus millies.

Chamęţerides libro.xxxv.capite quinto: ab humilitate: Nam & arę humiles fiebant: Veſtę terrę matriq; Vitruuius.

Chalaza in uerbo grandines.

Chelys & chelyon libro nono capite decimo: unde uerbū χελύσσεται & ἀπὸ χελύσσεται Idem fere pollens quod apud nos expectorat.

Chironium ulcus ſine periculo eſt: nec ſerpit ait celſus. magnum id alioquin & duas habens oras callentes tumēteſq; dolore modico. Fit maxime in pedibus & cruribus. Paulo autem nomen habent tale uetera & quę cicatrice includi fa-

cile non poſſint: ceu Chironis operam deſiderent: quę & Telephia inquit dicā/tur a Telepho qui huic uitio fuerit obnoxius.

Chloreę ueſtes libro.xxxvii.capite ſeptimo & decimo.

Chorion in uerbo ſecundę.

Choerades in uerbo ſtrumę.

Chordios & Chordapſos in uerbo colon.

Chondros libro.xiiii.capite.xvii. & in uerbo nucleus.

Cholera plurali numero. Item cholerę morbi genus eſt pręcipitis: in quo & uomitus & deiectio ſimul fiūt: unde cholerici Celſo Galeno cęteris. Pro bile quoq; ut uulgus & medici recētiores loquunt ab Aelio Lampridio uideſ id nomē accipi. Alexander inqt Cęſar iudices q furto; fama laboraſſent: ſi caſu aliquo uideret: cōmotione animi & ſtomacho cholerā euomebat. Sed puritatem linguę in eo ſępiſſime deſidero.

Cippus & columnā ſignificat & nomen uiri propriū eſt Plinio. Valerius quoq; li.vi. Genutio inqt Cippo prętori paludato portā egredięti ſubito uelut cornua emerſerūt. & reliqua. Ouidius quoq; in metamorphoſeos li.ultimo: Cornuaq; auratis mirā referentia formā Poſtibus inſculpunt longum mauſura p ęuum.

Ciciliſmus libro quinto: capite.xxvii.

Ciſium & ciſtarii libro.xxviii.capite quinto.

Cirſocela in uerbo Enterocela.

Ciſſa & citta prągnantium in uerbo defectus.

Circumlitiones oris ſunt quas Dioſcorides & alii περὶ χρῖσα καλλιβλέφαρα appellāt a circumlinendo quod eſt expolire: Nam & in pictura circūlitionem uocat ipſe: cum operibus iam perfectis manus quędam ſalutatrix admouetur ultima: quę illa ipſa properante lambenteq; penicillo circumlęgat atq; reuiſitet. Sunt & Epichriſta Galeno in eundem fere uſum: Enchriſta uero apud Celſum medicamenta liquida ſunt quę illinuntur.

Clarigatio quia repetendo clara uoce agatur. Meminit eius rei Liuius & alii. Fabius libro ſeptimo: Opus inquit eſt aliquando finitione obſcurioribus & ignotioribus uerbis ut quid ſit clarigare. Dicemus & in uerbo Thalea.

Clauicula Libro nono: capite.xxxvi.

Clauus Gręce ἦλος rotunda ſpecie: coloris albi: ſit in plantis digitiſq; pedum maxime. Fiunt & calloſa quędam in candido oculi tubercula quę claui nominantur oculorum.

Clauatę ueſtes libro nono: capite.xxxvi. Item libro.xiii.capite nono. Item in uerbo Pictę ueſtes. Clauata uero ſunt etiam ſi non ex auro / ſed aut ex cocco: aut aliis coloribus clauos & uerrucas habeant. Lampridius in Alexandro: Conuiuium neq; opimum neq; nimis parcum/ ſed nitoris ſummi fuit: ita tamen ut pura mantilia mitterentur. Sępius cocco clauata: aurata uero nunquam. Varro: Si quis inquit tunicam ita conſuat/ut altera plagula ſit anguſtis clauis: altera latis: utraq; pars carebit analogia. Erant & Teſſellatę quędam tunicę. Plinius trigeſimoquinto libro: Zeuxis inquit aureis litteris in palliorum teſſeris intextū nomen ſuum oſtentabat.

Clemateres libro.xxxiii.capite undecimo.

Cliuina uocabulum eſt. quidem alitis: ſed ab auſpiciis dictę cliuiis: ita enim uocabant/ut inquit Feſtus/quę aliquid fieri prohibebant: nam & omnia difficilia & ardua nominabantur cliuia: unde cliuus quoq;.

Clides & clidia libro nono: capite.xv.

Universidad de Deusto
Biblioteca

Clinici libro·xxv·capite quinto·
Clibanus libro·xxxii·capite quarto·
Climacteres libro septimo:capite·xlviii·
Climaces & climateres libro·xxxiii·capite undecimo·
Clipeus & clypeus & clypeodes in uerbo cluere·
Cloſtra & cloſtrales ludi in uerbo Euripus·
Cluere duo ſignificat:nam & pro uerbo eſſe capitur Lucilio : & ſi recte meminī Lucretio:ſed & ꝓ eo qđ eſt pugnare:unde cluacina uenus Plinio cęteriſq; Nā & clipeum a cluendo:id eſt pugnando/peruerſa/ut ipſe ait/grāmaticoꝝ ſubtilitas tractum exiſtimat:cum tī ἀπό τοῦ γλύφειν:hoc eſt a ſcalpēdo cęlandoq; deducatur imaginibus in ſcuto cōtineri ſolitis:ut trigeſimoquinto libro docuit Vnde fit ut clypeum nō clipeum ſcripſiſſe uideatur·Vnde ciuitas aphricę uicina Carthagini clupea dicatur·y· in noſtrum·u·(quod ſępiſſime fit) migrante·
A clypeo clypeodes figura nominatur inter gemmas Plinio·
Corybantian libro·xi·uerbum gręcum eſt infinitiui modi κορυβαντιᾶν a pupillis oculoꝝ:ſiue genis quas Gręci κόραϛ uocant : ſicut & corybantes & curetes:qui cum cuſtodes Iouis eſſent nō modo excubare: ſed etiam apertis oculis dormire cogebantur: hinc natū uitio ex fabula uocabulum: ut qui lepoꝝ mō ſomnum caperent oculis patentibus/ita nominarentur· Proinde qui coryban/tes a choreis dictos arbitrantur errant:etiam ſi Lucretius ita cecinerit: cum pueri circa puerum pernice chorea Armati in numerum pulſarent ęribus ęra· In eundem ſēnſum & ariſtophanes poeta uſurpat uerbum id in comoedia quę Sphoeces inſcribitur ἢ παραφρονεῖσ ἐπεὶ ἢ κορυβαντιᾶσ·
Coeliaci a coelia:id eſt uentriculo ſtomachi uocantur q̄ morbus is atq; dolor in ipſius uentriculi porta conſiſtat:quę pyluros gręce nominatur : unde medicamenta quędam huic uitio contraria coeliacę dicuntur·
Colici a colo breui prima Iulio Polluci·Eſt aūt colon inteſtinū laxius: unde uerbum κολάζεσθαι ꝓ eo quod eſt torqueri cruciariq;·Is morbus & chordios & chordapſos quoq; dici ſolet: itemq; ileos:ſed Diocli tantum Caryſtio·Ceteris uero ileos proprie is eſt per quem dolores in inteſtino graciliore ſentiuntur·
Coronaria libro·xviii·capite·xxv·Item libro·xix·capite octauo·
Collicię & colliquię & colliges libro·xviii·cap·xix·in utraq; editione·
Colluthea & colluthra ſiue collythra libro·xiiii·capite·xiii·in ſecunda editione·
Collybiſtę & collubia li·xiiii·ca·xiii·in ſecunda edit· Et in eadē lib·xxxiii·c·iii·
Collybos collynos colymbos libro·xxxiii·capite·iii·in ſecunda editione·
Coaxatio in uerbo axes·
Comitialis in uerbo Epilepſia·
Colon producta prima libro nono:capite·xxix·
Corium terrę Plinio eſt non tam cutis eius faciesq; ſumma q̄ tectorium & ſtamen quoddam craſſius:cui & aliud quoq; ſubeſſe poteſt corium:Nam & in parietibus ſtruendis ordines ipſi laterum coria Vitruuio dicuntur:hoc eſt quę uulgo turba opificum appellat curſus·
Concerrones ſiue congerrones in prefatione·
Coa ueſtis libro quarto:capite duodecimo·Item libro·xi·capite·xxii·
Conſectanei & conſecranei & huius formę pluſcula libro ſeptimo:cap·xliii·
Corchorus & corcburos libro ſeptimo capite·lvi·
Cortina libro·xiii·capite nono:unde Columella cortinale·

Commentatio & commentaculum libro·xxviii·capite ſecundo·
Confarreatio libro·xviii·capite tertio:in ſecunda editioue·
Coicina texta & coix libro·xvi·capite·xxv·in ſecunda editione·
Compago libro·ii·capite·ii· Eſt & impago impagis:itemq; impaginis Vitruuio ut id genus marginis ac regulę ſignificet quo timpanum:id eſt quadratum uel alterius figurę ſpatium in ualuis alioue opere inteſtino per ambitum includi/tur:ut fere ſint quę uulgo quoq; ſuppages appellantur·
Coraxis & coracinus colos libro·xxi·capite nono·
Coloſſinus color eodem loco·
Coloſſus coloſſicus coloſſeus coloſſicotera libro·xxxiiii·capite octauo:unde hypocoloſſicotera Vitruuio:qnanquam mendoſe legitur ipſa coloſſicotera·
Coſtilla libro·xxviii·capite quarto·
Collabefactari teſtula libro·xxxii·capite ſexto:quod & eiici urbe per ſigna teſtarum dixit Hieronymus in Euſebii chronicis de Theſeo·Simile huic genus abuſu non teſtarum ſed frondium petaliſmus in Sicilia uocabatur/ auctore Dio/doro:quod Iulius Pollux etiā φυλλοφορεῖσθαι appellat·
Collaſtratę libro·xxxiiii·capite octauo·
Coneti libro·xxxv·capite undecimo·
Commotria libro·xxxv·capite quinto·
Corneolę libro·xxxvii·capite ſexto·
Condylomata circum ſedem coronāq; partis eius cōſiſtūt Pollux auctor & alii·
Coryza in uerbo catarrhus·
Conuulſa & conuulſio in uerbo rupta·
Contribulare li·xxxvi·cap·xxv·in ſecunda edit·a tribulo uel tribula quę inſtrumentum eſt terendis frumentis:unde tribularium Columella primo libro·
Collyria non oculorum modo ſunt medicamenta:ſed aluo quoq; ſubiiciuntur· Id cum ex aliis:tum ex Columella diſcas in cura equorum·
Cranos & cranion libro nono:capite·li·
Crapula lib·xxiii·cap·ii·Gręce dicitur κρεπάλη ſiue quaſi lucta capitis·dolores enim & uertigines in eo uinum facit reſinatum maxime:nam & medicamēta quibus uini lenitas excitat:crapulę dicūtur li·xiiii·Siue ἀπό τοῦ πηλοῦ :quia uoce/ut Photion ait/poetę uinū ſignificāt:qa πάλλειν hoc eſt uibrare faciat·
Crambe repetita libro quinto:capite·xxx·
Crenę ſunt inciſurę a quibus crenata herbarum folia uocantur:hoc eſt ſerrata ſectaq; per ambitum·Hodie quoq; multis locis ſigna quibus agreſtes numerum aliquem in ferulis deſcriptum habent/crenę appellantur·In ſagitta quoq; partis extremę ſectio:in quā neruus inſeritur:arcū tēdere uolentibus:crena dī·Sed & in ipſo arcu ſumma cornua crenas ſuas bīnt: in qbus collocat ſedetq; neruus·
Cremium libro·xxvi·capite octauo·Columella ruſticos dicit ita nominare ſurculos aridos & minutos:quanquam ſcriptum eſt gremia·
Crunos·libro·xxxv·capite·xii·in ſecunda editione·
Cryeon pro cryenſium:& dedaleon pro dedalenſiū Lib·quinto cap·xxxi· ſicut & dorieon pro dorienſiū Vitruuius ꝓmo lib·etiā ſi doricon uitioſe ſcriptū eſt·
Culeus quadraginta urnas continet Plinio:Columellę:cęteris· A culeo ſeſquicu/leare dolium:lexaginta urnas capiēs a Greco id nomen tractum:uaginas enim κουλεούσ appellant·Pollux auctor & alii·
Cubile in uerbo abaculus·item libro·xxxvi·capite·xiiii·ſecunda editione·

Universidad de Deusto
Biblioteca

Cylindroides figura libro secundo:capite decimo.
Cymatile genus uestis libro octauo capite.xlviii.
Cymindis li .x.c.viii.q̄ dr̄ cybindis Aristoteli:ſꝫ & cymindis quoꝙ Aristophāi
Cymę libro.xx.capite nono:cymata etiā dicuntur hęc a Columella in carmine.
Cybium libro.xxxii.capite septimo sępius.
Cynanche in uerbo synāche a canibus dicta quos infestat:prefocatio est noctur
na maxime:ut ait Pollux:pituita crassa & lenta in fauces ceruicesq̄ delata.

D

d Apalis libro decimo capite.xx.
Dardani & dardanarii libro.xxxiii.capite primo.
Defrugare segetem uidetur qui uel nimia foetura exinanit agros:uel per insciti
aut negligentiam perdit lacessitue fruges . Omnino cū uel festinata semētis est
uel serotina:prępropereq̄ aut prępostere quid agitur defrugari segetē cōtingit.
Decretorium sidus tempusq̄ dicitur id ex quo de prouentu aliquarum rerū fu/
turo sumitur indicium:unde sua medici quoq̄ auguria dies creticos appellant
quos nostri decretorios uocare possunt.
Decapulatores in uerbo elutriare.
Defunctus libro secundo:capite.lxx.pro cadauere:quod & sepultura quoq̄ Ci/
ceroni dicitur quandoq̄:ut cum ait illam insepultam sepulturam.
Deletitia & deletilis in uerbo hopistographus.
Delitia & deliaca libro.xxxiii.capite.xi.
Despuere in sinum libro.xxviii.capite quarto.
Decussatim & decussare libro.xviii.capite.xxiiii.Vtitur & Columella.
Dextratio & dextrarius libro octauo capite.xlii.
Desumus libro octauo capite.xxv.
Derceto & dercetis dea libro quinto capite.xxiii.
Desultorii equi lib.xxxiiii.cap.v.Cassiodorus in eplis diuersuꝫ ab hoc genus ita
notat in ludis Circēsibus: Equi inqt desultorii sunt per quos circensiū ministri
missos denuntiant exituros:ut luciferi: quadā in astris silitudine : pręcursorias
uelocitates imitari uideanť.In pręliis quoq̄ desultorii propterea dici poterant:
qa ut Iulius Pollux primo libro ait:duo equi singulis equibus prępto erant exer
citatis ita militibus ut altero de uia fesso desilire possent in recentem.
Denuntiare pestem libro.xiii.capite.xxii.in secunda editione.
Dentifricia Gręce dicuntur ὀδοντοτριμματα:Dioscoridi Galeno cęteris.
Defectus animi:siue ut Celso moris est loqui: defectus animę lipothymia & li/
popsychia grece dicitur:a nostris etiā animi deliquiū : & uerba linqui animo/
& intermori/& deficere:& extinctę animę spēm prębere : quos Plinius & de/
fectos animo quandoq̄ appellat . Defecta uero corpora & defecti sunt quos
Gręci παρέτους quasi resolutos dicunt:& resolutionem ipsam πάρεσιμ.Sunt
& defectiones mulierꝫ a cōceptu:qd̄ genus & in malacia pręgnantibus uocare
Plinius solet:id gręci κισσᾶμ & κιττᾶμ appellant: hoc ē ut Theodorus gaza
uertit Picare a pica dictū:qm̄ auis eius mō:uaria solēt appetere cū sunt pręgnā
tes.Malacia uero dr̄ & ī stomacho debilitas & in mari malacia,p trāqllitate ca
pit Cęsari:pellacia Lucretio:subdola cū ridet placidi pellacia pōti a pellicīēdo:
unde Vlixē Virgilius pellacē noīat.Fabi.viii.li.Fallūt inqt uerba uel regiōibus
qbusdā magis familiaria uł artiū ꝓpria:ut uētus atablus & nauis saccaria:& in
malaco sanū. In quo tm̄ uerbo Fabii qd sentiā nō plane cōstitutū habeo:tāetsi

Plautus Malacum pallium usurpet:& malacissatū a malacisso etiā medici fre/
quentent.De Atabulo in Appulia cum Oratius:tum Plinius lib.xvii. Flatus in
quit alicuius regionis proprius/ut est atabalus in Apulia:in Euboea olympias.
Diffundere in uerbo Elutriare.
Dioptra instrumentum est Geometricum ab explorando perspiciendoq̄ . Pto/
lomęus:Theon/proculus in astrolabo.Item Vitruuius octauo libro:Quibus li
brāt aquę & altitudo turriū e lōginquo deprehendit ἀπὸ τοῦ διοπτεύεσθαι.
Diadumenus quasi uittatus diadematusq̄.Meminit Themistius &.I.Capitolin⁹
& alii post Plinii.Nomenq̄ id nō tam,ppriū specioſi iuuenis uideť fuisse q̄ fa
cti Dionysius & Theopraſtus in elide certamen formę solitum haberi scri/
bunt:Vincentem donari armis:uittatumq̄ ab amicis & fauentibus ad templū
deduci:coronariq̄ myrti foliis/arma ipsa Mineruę consecrari.
Diuaricare est disiungere separareq̄ . Quod quidem faciunt proprie qui stant
diducti.Fabius:Varicare inquit supra modum & in stando deforme est & ac/
cedente motu prope scenicum. Cato: Arbores inquit hoc modo putentur: ra/
mi diuaricentur quos relinques : hoc est fere quod ait Columella: in diuersas
partes brachia disponātur.Est & obuaricari:unde obuaricatores: qui ut Festus
ait:cuipiam occurrebant:quominus id rectum iter conficeret.
Diphorumeni lib.xxii.cap.xxiiii.& in uerbo cardiacus.
Diaphoretica uis discussoria latine dicitur:hoc est dissolutoria. Discutiuntur in/
cipientia tubercula:emittuntur concocta & suppurantia.
Discus in uerbo Lenticula & Scaphio.
Diametros linea:hoc est dimetiens lib.ii.cap.ix.
Digerere in uerbo cardiacus.item lib.xviii.cap.xiiii.
Dirbibitores & dirbibitorium lib.xvi.cap.xli.
Diapasma libro.xxi.cap.xix.
Dissectio lib.xxviii.cap.viii.
Distringere lib.xxxiiii.cap.viii.bis pro defricare in balneis & uti strigilibus Pli
nio Cecilio in epistolis.
Dignu pro dignus lib.xxxv.cap.x.sicut & fatu pro fatum multis locis.
Discapedinare libro.xxxvii.cap.ii.
Distillatio in uerbo catarrhus.
Diffarreatio lib.xviii.capite.iii.in secunda editione.
Dolichos lib.iiii.cap.xii.
Dodrans in uerbo palmus.
Dorophori & doryphori lib.xxxiiii.cap.viii.
Dothienes in uerbo furunculus.
Dysuria & stranguria difficultas & stillicidium urinę dicitur : quod quidem si/
ne calculis & inflammatione potest accidere.hoc Cato significat cum ait qui/
bus ęgre lotium it.
Dysenteria exulcerationem intestinorum significat:quę latine tormina dicantur
ut inquit Celsus.Plinio tormina sunt quę Gręci strophos uocāt interim & pro
tormento sumit:ut cum tormina urinę dixit:nisi quis eo loco nō tormina sed
tormenta legerit.

E

E Pro ei diptbongo greca lib.vii.cap.lvi.
Ectropion in uerbo glaucomata.
Ectrapeli lib.vii.cap.xvi.

Ecnephias li·ii·cap·L·latine ꝓcella dicitur:quę ut inquit Aristoteles uentus is est qui distecta nube crassitudinē eius in sese discutit absumitq; ob id Plinius sic/ cam ab eo nubem rumpi tradit : hoc est sine imbribus : nam qui cum imbri/ bus nubem repente frangunt/exbydrię nominantur.
Econ & ecuncula li·xxxv·cap·viii·Grecum nomen diminutio latina: ut sipbon sipbunculus:qui & sipunculus quandoq;/ut in epistolis Ceciłii.
Eclegma lib·xxvii·cap·xii·
Ectypa lib·ultimo cap·x·
Ellychnia lib·xxviii·cap·x·Item in secunda editione lib·xxxiiii·cap·iii·
Elutriare id significat quod greçis ἀπαγγίζειν:hoc est de uase in uas tranffer/ re:quod quidem & transuasare dicitur latine/ sed rarius : fortasse a lura quę os culei est:unde lurcones apud Festuꝫ capacis gulę homines. Apicius detrullare id appellat:hoc est de trulla in trullam deplere:quod ipsum & diffundere uo/ catur Plinio:sicut in oleo decapulare. Trulla differt a trullo:sicut matellio a ma tella/siue matula Catoni:quę omnia uasorum sunt uocabula: nam mateola ge/ nus est marculi apud ipsum Pliniumq;:Trulla'uero & instrumentum illud ap pellatur quo tectoriis linendis complanandisq; fabri murarii delutare solēt:un/ de uerbum trullissare Vitruuio.
Elices·lib·xviii·cap·xix·item lib·xxxiii· cap·iiii·nam inciles fossę quas de com muni riuo deducendę aquę causa facimus·incilia quoq; nominari solent. Inci lę a Festo:nisi quod uereor/mendosum sit.
Elenchos in fine prefationis.
Elminthes in uerbo tineę.
Elephantia lib·xx·cap·xviii·siue quod idem est ęgynitę paulo elephantiasis & elephas ut in Plinio quoq; possis defendere: sicubi elephantis pro elephantiis scriptum est. Est autem id ceu lepre quoddam genus elephantorum cuti simile crebris:summa corpis parte maculis ac tumoribus rubore paulatim se in atrū uertente·iis non ora modo atq; manus: sed surę ac pedes inflantur ut binc re/ centiorum pleriq; non alios esse putent elephantiacos q̄ quibus crura sic intu/ mescunt ut pedes elephantorum habere uideantur. Origo morbi ex atra bile: nō quidem omni sed retorrida. Morbus inexpugnabilis atq; ut cancer unius partis :sic elephas totius corporis quasi cancer existimatur. Cassiodorus:Cutis inquit animalis elephanti ulcerosis uallibus exaratur a qua transportaneorum nephanda inquit passio nomen accepit.
Emarginat id est crustas & pulullos & oras ulcerum adimit.
Emplastratio Plinius Columellaq;.Nos in uerbo scutula.
Emplastra differunt a'malagmatis & pastillis : Emplastra imponuntur uulneri/ bus:malagmata super integram cutem iniiciūtur: Pastilli aut illinuntur aut ali/ cui molliori ceratoue miscentur. Sunt & alia horum inter se discrimina:de qui bus per initia li·v·Celsus . Pastilli a pane per diminutionē ut ait Festus dicunt.
Empusa lib·ultimo cap·x·
Emprosthotonos in uerbo tetanici.
Emboliaria mulier ab Embolio uidetur appellata . Cicero ad Atticum in epi/ stolis:Embolium inquit nouum cogito:quasi argumentum & ingressum quen dam scenicū: ut fortasse id Suetonio significet cum in Nerone dixit: inter pyr richarum argumenta taurus pasiphaën in ligneo iuuencę simulacro abditam iniit:quale sub Domitiano quoq; representatum est si Martiali credimus ium/ ctam pasiphaën dictęo credite tauro. Vidimus/accepit fabula prisca fidem:Ci cero item pro Sextio:Ille inquit ipse maxime Ludius non solum spectator:sed actor & Acroama/qui omnia sororis embolia nouit. Qui In idē mulieri pro Psaltria inquit adducitur ut ridiculi sint qui embolíariam ex artis genere acci/ piūt:unde nominentur etiā emblemata:quasi ab interserendo:ut quę Phrygio/ num opus aut plumatile conficiat. Ergo saltatores & psaltrias introduci solitas in scenā cum Polybius Athenęusq; testantur & alia ridiculoꝝ genera:idq; a Lu cio maxime Anitio factū fuisse ludis capto cū liberis Illyrioꝝ rege gentio. di/ citur & stabilitas ipa Greçis embolon.& rostra quoq; nauiū appellant embola Sed & acies in rumbi modū instructa noīatur embole:sicut & pars arietis ex/ trema machinę muralis qua ingruit. Ipsa quoq; sibula rotaꝝ axib⁹ firmādis im mitti solita:quā rustici clauiculam appellant: greçe nomen habet emboliū. Nā & dies intercalares/embolimęi:& ipsa intercalatio emboliſmus appellatur.
Encolpię in uerbo Apogeon.
Enchiridion a manu dictum quasi promptuarium & quod ad manum semper haberi debeat:ceu in ense capulus:quem ita Greçi nominant: cuius inscriptio/ nis cum alii:tum Gellius quoq; meminit postremo libro noctium . Sed & re/ mi partem illam quam nautę manu comprehendunt Enchiridion uocari Iuli/ us Pollux tradit.
Encyclia in prefatione.
Entelechia & endelechia libro quinto:capite·xxxii·
Encauston libro·xxxv·capite sexto & undecimo.
Encyon uersus libro·xxxv·capite decimo.
Enchrista in uerbo circumlitiones.
Encanthis in uerbo Aegylops.
Enterocela dicitur cum intestina dilabuntur in scrotum. Epiplocele cum omen/ tum. Hygrocela cum in alterum e testibus humor confluit. Omnesq; has spe cies nostri uocāt Hernias:ut inquit Celsus. Ramices uero qui sequunt:Poroce/ la cum ex abscessu aliquo circa scrotum materia subduruit . Sarcocela cum in ipso scroto concreuit caro . Cirsocela cum uenę intumuerunt tunicis testium integris:uel in ipso scroto:uel cū bubonocela dicitur in inguine. Est tamen ubi Plinius Enterocelam dixerit ramicem ut in medicinis cupressi. Differt ab bis omnino Bronchocoela·quippe quę in ceruice sit quasi tumor magnus & rotū dus inter cutem & asperam arteriam:qua modo caro bebes:modo humor ali quis includitur. Interdum etiam minutis ossibus pili immixti:ut in Celso per/ peram scribatur Bronchoceolę libro septimo.
Epoptides Valerii sorani:siue per diminutionem epoptidia:& enim ἐποπτεία Greçe dī inspectio meditatioq;:Suidas auctor. In qua uoce possit & spectacula quis accipere: quādoquidem & Sicinius capito:ut ait Lactantius:libros edidit spectaculoꝝ inscriptos. Ipsas quoq; speculas Greçi ἐπωπεῖον & ἐπωπίδιον uocant ab epoptia:siue a uerbo ἐποπτεύειν. Dicuntur etiam epoptę inter my stas:Ephori quoq; dicti:qm̄ post annū q̄ initiati essent admitterent ad spectan/ dum sacra·de hoc Sorano·M·Varro·Apud Valeriū inquit Soranū uetus ada/ gio est·Item Cicero de oratore lib·iii·Nostri minus inquit studentꝫ q̄ latine tm̄ ex istis quos nostis urbanis in quibus minimū est litteraꝝ : nemo est quin fratissimū togatoꝝ oīm·Q·Valeriū Soranū lenitate uocis atq; ipso oris pressu & sono facile uincat·Idem in Bruto·Q:inquit & Decius Valerii Sorani uicini & familiares mei non tam in dicendo admirabiles q̄ docti & greçis litteris & latinis·Valerium Soranum subita morte corruisse perhibent cum alii: tum Pli nius:ꝙ arcanum urbis nomen alterum enuntiasset.

Valerius Seranus

Universidad de Deusto
Biblioteca

Epigeon in uerbo absides.
Epischidion in uerbo Assula.
Epagon in uerbo Hypagon.
Epitiates Greçe dicitur qui nobis uillicus procuratorq; ac prepositus.
Epialos:Greçe ἐπίαλος febris genus est ex pituita quidē frigida: sed uitrea putrefactaq; nomen ei dedit placidi pellacia ponti subdola : quam Greçi uocant ἁλὸς ἠπιότητα quoniam agitatum ex tranquillo difficillimum efficitur uel ἀπὸ τοῦ ἡ πίως ἁλεαίρειν quia blande ac modice calfaciat.
Epityrum libro undecimo capite.xlii.
Ephimerinos febris libro.xxviii.capite decimo.
Epicyclus libro secundo capite.xvii.in secunda editione.
Epiplocela in uerbo enterocela.
Epichysis libro.xxxv.capite duodecimo.
Epichrista in uerbo circumlitiones.
Epinyctis pustula est subliuida modice humescens & plena sanguinis:ut ait Pollux in tibiis & pedibus fere:noctu maxime infestans a quo nomen. diximus & in uerbo pustula.
Epulis id est ἐπουλίς in uerbo parotides.
Ephelis:id est ἐφηλίς aspredo quędam cutis mali coloris in facie quemadmodum & Varí:quos Greçi ionthos uocant:nam lenticulę alia quoq; parte corporis nascuntur.
Epileptici:hoc est comitiales ab epilepsia:quí & maior morbus dicitur. Est autem quędam corporis totius cōuulsio:unde nomen epilepsię a comprehensis & illigatis sensibus:affecto cerebro aut eius uentriculis.
Epidromides plagæ funiculi discurrentes appellantē: qbus retia panduntē contracta & contrabūtur expansa.auctor Pollux : quí epidromos tamen & peridromos uocat eos.Plagę uero ꝓprie sunt quadrata retia q̄ Greçi uocant ἄρκυας Eius enim formę lintea plagulas nominare consueuimus.
Epidromon libro nono:capite.xxx.
Equitatus non modo equitum manum significat & actum ipsum equitandí: ut illud Plinii: Femina equitatu atteri & aduri solent. Item illud ab armorum & equitatus lassitudine:sed & ordinem equestrem.xxxiii.uolumine:secūdo capite.Quinctiam inquit ipsum equitum nomen sępe uariatum est in iis quoque qui ad equitatum trahebantur.In quo tamen scire oportet dubitare me uitiata esse uerba illa:quoniam in uetustis Codicibus alio modo scriptum legi: sicpote:Equitum quidem etiam nomen ipsum sępe uariatū est in bis quoq; qui id ad equitatem trahebant.
Erysipelas in uerbo ignis sacer.
Ergata in uerbo bypagon.
Etieda libro ultimo:capite decimo.
Ethanium in plauto libro.xix.capite sexto:in secunda editione.
Etrusci libro tertio capite.xv.Item libro quinto:capite.xxvii.prima est in ea uoce breuis Martiali cęterisq;.
Euripi fossę in ludis circundatę pro septis: quoꝝ loco temporaria prius clostra fuerūt auctore Plinio.Hinc natū existimo ut ludi equestres:quoꝝ modo usus est tam multiplex:uulgari uerbo clostra nuncupentur:hoc est clostrales. Spartianus in heliogabalo:Eurtpis inquit uino plenis nauales Circēses exhibuit.Cę terū ueteres non tam Euripos a similitudine chalcidici freti:sed nilos quoq; noïabant Cicero auctor.
Euthyoria libro tertio:capite secundo & quinto.
Eutrapeli & euapeli libro septimo:capite.xvi.
Exanthemata in uerbo pustula.
Exterere libro.xxxi.capite decimo.
Expectare libro.xxviii.capite quarto.
Expectorat in uerbo chelys.
Exaduerso appellare:est nomina per antistrophen imponere:ut qui herbā illam omni duricia carentem:bolosteon uocauit:quo significatur tota ossea.

F

f Atui quod & fauni quoq; dicerentur Lactantius ex Varrone.
Fastus libro quarto capite quinto.
Fascinum libro.xxviii.capite quarto.
Farreum libro.xviii.capite tertio in utraque editione.
Fastidia stomachi sunt quę greçi uocant ἄσσας
Far libro.xviii.capite tertio:in utraque editione.
Fauus cerion: id ē κηρίον greçe dictus:i scaplis et pectore frequētior mītis foraminibꝫ mellis spissitudine manātibꝫ:carne in altitudinē corrupta & subpallida: ut ait Pollux.qō qdē genus meliceria Celso noīat.duas.n.facit melicerię spēs.
Ferrugo nō solum color est compresse purpurę uel coccini:ut illud Vergilii:Ferrugine tinctus bybera & ferrugineos quoq; hiacinthos uocātis. Verum etiam rubigo ipsa ferri Plinio. Erat & oppidū & lacus ferrugo in Volscis apud Valerium:sed apud Liuiū tm uerrugo.
Festuca in uerbo fistuca.
Ficatum iecur libro.xxviii.capite nono.
Figlinum libro.xxxv.capite secundo.
Ficus a similitudine dicuntur ulcera in latitudinem se desuper fundentia qbus & dolores & bubones cōtrahí Pollux tradit.Greçi quoq; σύκον & σύκωσιν appellāt id uitiū.Celsus in ptibus fieri scribit q̄ pilo ītegunt ut in barba capillos.
Fistuca unde fistucato spissare:apud Vitruuiū & Plinium & Cęsarē in cōstructōe pontis:instrumēti nomen est quo figunt panguntq; in terrā sublicę paliq;. Festuca uero dr & arboris nouellę oīnoq; ifantis cuiusq; sati pullulus: ut Augustino quoq; placet.
Fluctio in uerbo Catarrbus.
Fluctuatus libro nono:capite octauo.
Fornacalia libro.xviii.capite tertio.
Frontati libro.xxxv.capite duodecimo:in secunda editione.
Fugere libro ultimo capite.xiii.
Fulminum genera libro.xv.capite.xv.
Furunculus Greçe dothien:id est δοθιήν uocatur:tuberculū est acutum cum inflāmatione ac dolore:in carnosis maxime partibus Galeno:;puenit ex humoribus crassis.Differt a phymate: qꝫ hoc maius est furunculo rotundius atq; planius. Differt & a pano siue panicula quā ut Celsus ait phygethlon Greçi appellant.Etiam si mendose legitur phlygezion . Est autem panus siue ut quandoq; scriptuꝫ est in Celso panis a similitudine figurę dictus tumore nō alto sed lato in quo quiddā pustulę sile est:fitq; in uertice:alis:inguine cū dolore ac distenti

G

g Aster pro uase libro capite .Id & gasterium uocatur Aristophani: seruatq; adhuc nomen uulgo:sicut & bicos bicarium:& a cornu Home

Universidad de Deusto
Biblioteca

rico ceraphium:& baucalium·de quo Pollux·
Gangręna caro est emortua ex ulcere uel inflāmatōe ac rubore.Subalbescit aūt primo:demū atra fit sensu amisso:in prominētibus mēbris:id est inter ungues & alas & inguina.Et in senibus fere atq; iis quorum corpus mali habitus est.
Gangilion siue ganglion in uerbo meliceris. Est & ganglion Paulo nerui alicuius uel ex ictu uel ex lassitudine contortio.Multis quidē omnino corporis partibus:sed pręcipue mobilibus:ut in extremitate manuum atq; pedibus.
Galeotę non modo stelliones appellantur:sed & uates quidam in Sicilia & Attica ut ait Stephanus a Galeote Apollinis filio & Themistus quę Zabii regis Hyperboręorum filia fuerit:hic autem galeotes frater Telmessi eius traditur q Telmessum urbem in Caria condiderit: oraculo ex Dodone accepto / ut alter orientem Solem uersus:alter occidentē nauigaret:atq; ubi ea quę sacrificassent ab aquila rapi cernerent:in eo loco sedem capesserent.Aelianus quoq; Dionysium Tyrannum galeotas solitum consulere in Sicilia significat. Cicero quoq; in primo diuinationis libro portentorū interpretes in Sicilia Galicios appellat ut fortasse non galicios:sed galeotas scribere oporteat.
Gerusia in gręcis urbibus uocabant conuentum senum:ut apud nos Senatum & Senaculum.Auctor & Vitruuius & Plinius.
Gemursa sub minimo pedis digito tuberculum q̄ gemere faciat ita dictum Festo.Plinius oblitteratum id & nomen & malum tradit.
Gerrę in prętatione.
Gentiles libro septimo:capite.lv.
Glamę in uerbo gramię.
Glandulę in uerbo parotides & struma.
Glaucoma & hypochysis:siue/quod idem est/hypochymata quę nos suffusiones uocamus oculorum:Idem putabant esse ueteres:secuta ętas ut inquit Paulus:ita dirimit ut glaucoma sit uitium humoris eius:qui crystallinus appellatur in colorem glaucum mutantis. Suffusio autem ex humore inter corneam & crystallinam partem cōcreto nascatur:interdumq; hęc oculi potentię:qua ceritur:se opponit.Habetur & id genus mali quod apud Celsum glaucophthalmos gręce nominatur: quoties in aliqua curatione plus ęquo excisa cute: uel alia causa euenit:uti oculus non contegatur. Cęterum non glaucophthalmos: nam id glaucoma est Galeno cęterisq;:sed lagophthalmos in Celso erat scribē dum:a leporibus qui apertis oculis dormire consueuerunt:cum superior palpebra non descendit: cui uitio contrarium est ectropium: cum inferior palpebra parum sursum attollitur:sed pendens hiat.nec cum superiore committitur.
Glabreta in uerbo Caluata.
Gonorrhoea in uerbo profluuium geniturę.
Gramię uel glamię oculorum:unde gramiosi libro.xxvi.capite undecimo. Id a Gręco trahitur:Nam & Plato uerba illa usurpat γλαμᾶρ & λαμᾶρ. Festus Gramię inquit oculorum sunt uitia quas alii glamas uocant.
Grauedo & grauedinosi in uerbo catarrhus.
Graphis & graphice libro.xxxv.capite decimo.
Grando quā Gręci χάλαζαρ & χαλάζιον uocant: collectio est sub cute buboni & egyptię fabę similis ut ait Pollux:dolorē si tangat afferēs.Dicunt & in oculo grandines cū segnis humor circa palpebras coit: sed ita ut id tuberculū digito huc & illuc impelli possit.
Gummi facit gūmis:unde gūmitio Columellę lib.ult.quā gręci κόμμασιρ

H

b Alieuticon est cōmentatio de piscatu/qualis Oppiani modo extat: qui tpibus Antonini cęsaris fuit:cui & opus id dicauit adeo nō prior Ouidio(ut quidam rati sunt)scripsit & Apicius:sed halieusin appellauit.
Hęmorrhois intra sedem nascitur immaturi mori specie: interim sine tuberculo:fissuras habet unde sanguis effluit:interim lęuis rubensq; tumor est:nec sanguinem remittens:propter quod hemorrhois cęca dicitur.
Heredium & herediolum libro.xix.capite quarto.
Hebetudo in uerbo obscuritas oculorum.
Hermę lib.xxxvi.cap.quinto.unde per diminutiōem hermuli Cassiodoro.
Hectapales libro septimo/capite.xvi.
Heteromalla in uerbo amphimalla.Item heteromaschala:quod quidē genus fere significat Plautus cum dicit:Expapillato brachio.
Helicoides libro nono:capite.xxxvi.
Helicteres & helices libro nono:capite.xxxv.secunda editione.
Hernia in uerbo Enterocela.
Hectici & febris hectica nō a consuetudine/ut imperiti credunt / & ob id ethicam barbare pronuntiant:sed ab habitu nomen habet.hęc non in humore tantum atq; spiritu:sed in ipsis plane coit & inolescit ossibus.
Hemiplexia in uerbo paralysis.
Hemicranici ab hemicrania:siue/quod idem est/hemicrano:& hemicręta:sunt qui dimidia parte capitis laborant:quemadmodum cephalęa: quo totū caput infestatur.Differt a cephalalgia sicut species a genere: illa potest esse temporaria ex ebrietate: commessatione: perfrictione: insolatione: uulnere:causis aliis. Cephalęa uero & hemicranea quasi reduces morbi sunt & perennant. Sed & acutum quoddam pestilensq; malum cephalęa dicitur Celso.
Hemitritęus:hoc est semitertiana febris:non ideo sic uocatur/ quia dimidio minor q̄ tertiana sit:sed q̄ parte aliqua tertianam prędentet/tertio die: ut illa repetens/non tamen ut illa diem unum prędtat integrū:sed inter horas.xxxvi.plus minus porrigitur.
Heptapachys in uerbo solopachium.
Heliocaminus in uerbo ζeta.
Hippó dea & hippona libro quinto:capite quarto:Celebratur Athenis quoq; femina:ut est apud Maximum Valerium hoc nomine.
Hippotelę libro octauo:capite.xliiii.
Hila hirā bilum libro undecimo:capite.xxxvii.Item in secunda editione libro xvi.capite.xliiii.
Hippice & hippace libro undecimo:capite.liiii.
Hippiades libro.xxxvi.capite quinto.
Horę ęquinoctiales & uulgares siue cęricę lib.secundo:cap.xcix.& lib.iii.c.v.
Horęum libro.xxxii.capite septimo.
Hoplitides/statuę feminarum sunt armatę:unde nomen:auctor Pausanias.
Honorarium & honorarii ludi libro.xv.capite quarto. Festus honorarios aith dos liberalia quoq; dici consueuisse.
Holostheon in uerbo exaduerso.
Hortus siue/ut Columella hortulus/ in uerbo porca.Itē libro.xv. capite quinto.
Holopachium in uerbo solopachium.
Hopisthotonus in uerbo tetanici & eius formę pluscula in sequenti mentione.

Universidad de Deusto
Biblioteca

Hopistbographi nō ſpecie libellari ſed uoluminis & babiles torqueri a tergo ui
dentur appellati: quoniā utraq; pagina ſcripti eſſent aduerſa & auerſa minutis
litteris & lituris pleni: a quo fortaſſe liturarios Auſonius poeta eos dixerit.
Scio quoſdam hopiſtbographum accipere pro eo quod ita ſcriptū eſt ut legi
poſtea non poſſit:niſi librariis deſcribendū mandetur. Dicat aliquis & p̄ chart
ta deletili ſiue palimpſeſto poſſe capi: quia Vlpianus de bonorum ſecundum
tabulas poſſeſſione diſſerēs: Chartę inquit appellatio etiam ad nouam chartā
refertur & ad deletitiam. Proinde ſi in hopiſtbographo quis teſtatus ſit: binc
peti poteſt inquit bonorum poſſeſſio. Mibi a tergo id nomen tractum placet
ut probem:qui ſic interpretantur in Iuuenali Scriptus & in tergo nundum fini
tus Oreſtes. Ad eandē formam hopiſtbocomę dicebantur Euboici: quia co
mam ut ait Pollux per terga fuſam alerent:ſicut acrocomę Thraces:qui antias
in frontem muliebriter dimitterent. In proeliis quoq; hopiſtbophylaces uoca
bant:qui terga cuſtodiebant. Eiuſdem ſunt originis & hopiſtbodomos: ita di
cebatur locus a tergo arcis Athenienſium & hopiſtbocrepides calciamentum
quoddam foemineum:ſicut ornamentum quoq; capitis earū hopiſtboſphen
done.

Hyſterę in uerbo Secundę.

Hygremplaſtrum libro.xxxiiii.capite.xv.

Hyſgini color libro.xxi. capite.xxvi. Item libro.xxxv.capite ſexto. Vitruuius:
Fiunt inquit purpurei colores infecta Creta radice rubra & hyſgino non mi
nus quanq; non hyſgino:ſed cygno legebatur.

Hydrops latine aqua intercus dicitur:trium generum tympanites ſpiritu inflan
te a forma uentris atq; ſono quoq; dicitur:unde tympanici. Aſcites ab figura
utris:quando in unum aqua cōtrahitur. Leucophlegmatias ſiue hypoſarca ter
tium:corpore inequali tumoribus.

Hypotbyris in uerbo propyleon.

Hydrophobos formido & pauor aquę dicitur in iis quos canis in rabie percuſ
ſerit:unde hydrophobi & hydrophobici qui expauent aquam.

Hypagon libro ſeptimo:capite.lvi. nam hippago genus eſt nauigii conuehen
dis equis aptum ut ait Feſtus:quod a Polluce hippagogon dicitur:apud quem
poſt Ariſtophanem in alitum comoedia hypagogeus:id eſt ὑπαγωγεύσ legi
tur pro inſtrumento quo lapides expoliuntur. Epagon uero: id eſt artemo: ge
nus eſt trocleę:quod & ergata dicitur Vitruuio: Idq; uernacula ſimplicitas ap
pellat argatium.

I

i Ani & ianiculum libro tertio:capite quinto ſecunda editione.

Ianthinę ueſtes libro.xxi.capite ſexto & octauo.

Iatraleptę ſunt qui latine Plinio reunctores medicorum dicuntur: hoc
eſt ἰατρῶν ἀλείπται ut uerba eius.xxviiii. libro capite primo caſtigāda ſint:
quę ſic habentur. Nec fuit poſtea quęſtus modus quoniam prodicus ſelym
brię natus diſcipulus eius inſtituiſſet quam uocant iatralepticen. Reunctoribus
quoq; medicorum ac medicis in eis uectigal inuenit. Senſus non dico nullus
eſt:ſed certe labat eſtuatq;: Vetus quidem lectio multis Codicibus non habet
INSTITVISSET: ſed inſtituens. Nec: MEDICIS IN EIS: ſed media eſt in
eis:ut mediaſtinis putē ſcribēdū:hoc mō:Nec fuit poſtea quęſtus modus:qm̄
p̄dicus ſelymbrię natus diſcipſus eius inſtituēs quā uocāt iatralepticē:reuncto
ribus quoq; medicorum ac mediaſtinis uectigal inuenit. Mediaſtini uiliſſima
quęq; mancipia/ſed in agro maxime:Ciceroni Horatio Columellęq; dicuntur
Cicero in Catilinā:Magnopere inquit contemno exercitum collectum ex ſeni
bus deſperatis:ex agreſti luxuria:ex ruſticis Mediaſtinis:decoctoribus: ex iis
qui uadimonia deſerere q̄ illum exercitum maluerunt. etiam ſi nō mediaſtinis
ſed mediatulis fere ſcriptum eſt:quaſi utroq; modo nominare liceat. Columel
la primi libri fine:Mediaſtinus inquit qualicūq; ſtatu poſſit eſſe:modo perpe
tiendo labori ſit idoneus. Idem ſeparandi ſunt inquit aratores a uinitoribus:iiq;
a mediaſtinis. Horatius: Tu mediaſtinus tacita prece rura petebas. Nonius:me
diaſtinos pro balneatoribus:itemq; pro miniſtris & curatoribus ędium intelli
git. Priſcianus mediaſtinū interpretatur: quia in medio lauantium ſtet in bal
neis. Lucilius uillicum Ariſtocratem mediaſtinū atq; bubulcum. M. Cato ad
filiū:Illi imperatorē inqt tute ipſe cęteris mediaſtinū prę̄ſta:oīnoq; ita dici eos
uideo:q abiectiſſima quęq; officia inter ſeruos obibant/cuiuſmodi ſunt hodie
multis locis in principum domibus cognoīe lignarii baculariiq;:quoꝝ una illa
functio eſt/ut omnibus pareant/ nec ullius imperiū detrectent: in medio ſemp
ac propatulo ad nutus oēs excubēt. Nam & in naui ab hoc genere ſeruitii me
ſonautę quidam uocantur Vlpianus auctor in eo titulo/ q nautę caupones ſta
bularii:ut recepta reſtituant:inſcribit. Eodē loco: Qui mediaſtina inqt opa fun
gitur nō continet:utputa atriarii inqt & focarii & iis ſi'es. Quidā mediaſtinos
ἀπό τοῦ ἄστεως quaſi per.y.mediaſtynos dici poſſe rentur q̄ in medio urbis
habitare ſoleant. ſed auctorē interpretatiōis huius certum aut idoneum afferre
nullum habeo.

Icteros:unde icterici:arquatus & regius morbus dicit: qm̄ ut ait Celſus apparatu
regio per lautitiā p ludos per laſciuiā & per ea oīno q̄bus mens exhilarari pōt
curat. Ab aue nomen habet ictero quā nos galgulū uocamus auctore Plinio.

Icones & icuncula & iconium libro.xxxv.capite octauo. & iconicōs aduerbiū:
ſicut & mecanicōs & organicōs Vitruuio.

Ichnographia libro.xxxv.cap.x. Item in uerbo Sciographia.

Idęi dactyli. De bis Strabo copioſe. In Creta inſula Plutarchus Lucian⁹: mille alii
Sed & Pauſanias in eliacis decem eos p̄dendo ut in manu digiti:unde nomen.
Diomedes grāmaticus tris facit eos q & lares dicant. aliāq; iis originē aſſignat
iidem curetes inquit & corybantes appellabantur. Cęterum ubi Plinius li.xiii.
idęos ait dactylos a iudęis appellari palmulaꝝ genus illud qō deoꝝ honori di
cauerat antiqtas:meminiſſe oportet in uetuſtis codicib⁹ nō idęos ſed cbydęos
ſcriptū eſſe:boc eſt fuſaneos p̄miſcuoſq;. Nibil qdem mutauimus: ſed qō ſta
tim conſequit:pręclare quadrat:ludęa inqt gens contumelia numinū inſignis.
& reliqua. Cęterū patrocinari bac parte libet ludęis p̄ tranſitū Ioſephi teſtimo
nio:q legē iis fuiſſe tradit μηδλειϲ βλαϲφημεῖτὼ ὀῦϲ ἄλλαι πόλειϲ θεοὺς
νομίζουϲιν hoc eſt: ne qs maledicat iis quos alię ciuitates deoꝝ loco habent.

Ignitum & ignire libro ſecundo:capite quinto.

Ignis ſacer Plinio eſt:q a Dioſcoride uocat Eryſipelas. Sunt & morbi qdā Eryſi
pelatodes uocati:quoties accēſio interna cū dolore uehemēti circū uiſcera pci
pit:ſed cum in cerebrum ſubit id malū/etiam refrigerantur & impalleſcūt ora.
Eryſipelas & in uulneribus quoq; dicit: cū ſuper inflāmationem rubor ulcus
ambit: iſq; cum dolore procedit ut ait Celſus. Idem auctor ignem ſacrum ab
Eryſipelate diuerſum facit libro quinto: genera ignis ſacri duo reddens: Alte
rum in altitudinem puſtulis continuis: equalibus: exiguis. Alterum in ſummę
cutis exulceratiōe latum inequale. Eryſipelas Galeno proprie is tumor eſt/ qui

ex tenui sanguine:interim & cum bilis parte incenso ac feruente constitit.
Ileos morbus libro undecimo:capite.xxxvii.Item libro.xxx.capite tertio. item libro.xx.capite quarto.item in uerbo colici.
Ilios & ileos libro.xx.capite quarto.
Ile & ilia libro.xi.cap.xxxvii.item in secunda edit.lib.xvi.capite.xliiii.
Iliaci libro.xxviii.capite octauo in secunda editione.
Impages in uerbo compages.itemq; apud Festum: nō ornamenti modo sed firmitatis quoq; causa.
Implanare in uerbo Planus.
Impendium libro.xxxiiii.capite tertio.
Impetigo in uerbo Licbenes.Diccbatur & impetix ut ait Festus.
Interpollare thura est:rudia cum sunt:polire:omninoq; uerbū illud nouare monizareq; significat.Vnde uestes interpollateq;:& mancipia interpollata in iure ciuili:quę cum sint ueterana/lenocinio:& arte:faciem mutant:pro recentibusq; ac nouitiis licentur.Albaria tectoriorum interpollantur ait Plinius: hoc est tectoria:quibus propter uetustatem/ color albus induci solitus exoleuisset/ exhibantur renouāturq;.Plautus:Interpollabo tibi os:hoc est nouabo immutaboq;. De quo uerbo & nonius Marcellus pluscula.Interpollabatur ergo thus Alexandrię:quoniam/ut Theophrastus auctor est/conuebebat rude illuc omne/aspectu simile cortici.
Intercus aqua in uerbo hydrops.
Informicatio in uerbo Thymus.
Intertrigo ab interterendo:est autem id malum cum femina equitatu aliaue similī de causa atteruntur aduruntur q;:paratrimma grece dicitur.
Incerniculū & incernere li.viii.c.xliiii.Vsurpat nomen id & Cato in re rustica.
Intestina fabroꝝ opera uidentur esse: quę Theophrastus libro quinto oecodomica e ligno appellat:in quę potissimū ꝓbatur abies:unde quasi per exochen abietarios & abietaria negotia pro materiariis accipimus . sunt enim quędam apta nauibus:quę naupegisima uocantur:quędā ędibus.Et quanq; abies utrūq; usum prestat/plus tamen oecodomica est q̄ naualis.
Intergerini parietes apud Festum quoq; nominantur . Nomen habent ab intergerendo:id est ferendo sustinendoq;:nō a lateribus ut cōmunes : sed in medio eorum.Vitruuius.ii.libro:Leges inquit publicę nō patiuntur maiores crassitudines q̄ sesquipedales constitui loco cōmuni . Cęteri autem parietes ne spatia angustiora fierent:eadem crassitudine collocantur.Et paulo post:Lateritii parietes inquit sesquipedali crassitudine non possunt plus una sustinere contignationem.Item:Explicata inquit ratio est quid ita non patiuntur esse lateritios parietes in urbe propter necessitatem angustiarum.Porro qui supra contignatōnem struuntur/nec in solo fundamentum habent:sed in pendenti surgunt:interpensiui possent appellari.Quanq; interpensiua non parietum Vitruuio: sed pertica rum tigillorumue atq; asserū uidentur esse genera:quę ab angulis parietum ad angulos tignoꝝ::ad imbres in colliquias deriuandos uel alium quemuis usum interlocantur;quasi ea quę a pendendo greci appellant κρεμαστήρια.
Interpensiua in uerbo intergerini.
Indicatura indicatio indicare in prefatione.item libro.xxii.capite.xxiiii.
Inducere libro secundo:capite septimo.item libro.xiiii.in prologo.
Intra famam libro secundo capite.lxx.Sicut intra siue infra classem dicti ait Festus qui minore summa q̄ .cxx.M.ęris censi erant.

Ina libro undecimo: capite.xxxvii. item secunda editione lib.xvi. capite.xliiii.
Insessio libro.xxiiii.capite quarto.
Infundibulum & infurnibulum libro.xxiiii.capite.xv.infundibulo utitur &.M. Cato.A furno prefurnium:hoc est ipsum furni os Vitruuio cęterisq;.
Inciles in uerbo elices &libro.xxxiii.capite quarto.
Inuestire libro.xxxv.capite septimo.
Intercisio stomachi uidetur Plinio esse rosio ut in mentiōe pulegii colligitur ex
Inoccare libro.xviii.capite sexto secunda editione (Dioscoride.
Intrita uidetur esse calx.xxxvi.libro.Sed illa maxime quę nō e gleba statim adopus confertur:sed tempore maceratur atq; fermētescit.Vtuntur uoce illa Varro.Columella:Vitruuius:ut intrita proprie nobilibus tectoriis:calx e gleba uulgaribus(ita enim iuriscōsulti quoq; appellāt) & uilibus albariis fere dicata sit. Legitur & intritum.xxxv.lib.cap.xiiii.pro terra ipsa:unde lateres finguntur:Intritum inquit ipsum eorū priusq̄ fingantur macerari oportet. In quo tñ noscendum intritam eo loco nō intritum in uetustis exemplaribus scriptū fuisse.
Incubare libro secundo:cap.primo. Sunt tamen qui uerba eo loco Plinii : aut si una omnes incubarent:ita scribant:Aut si una omnes incubaret:hoc est si natura una tantū esset:quę mundos illos omnes incubaret:id est occuparet:possideret:amplecteretur: foueret ut gallinę oua.M.Varro : Quę uelis inquit incubet: Negant plus uigintiquinq; oua incubare.Macrobius quoq; de Dionysio:Sicut
Iontbus in uerbo Ephelis (ię inquit incubator aulę.
Ischiadici morbo coxendicis laborāt: Nā Coxendix grece ischion dicit. Quo quidem uerbo & Neruus ille nominatur qui coxendicem femori cōmittit.
Iuno argiua & acręa libro tertio:cap.quinto: Nam iuga nō est acręa:etiam si iugarius/ut ait Festus:quia ibi iunonis iugę ara esset:quā putabant matrimonia conjungere.Hunc & Turarium dici quidā modo censent:ut libro.xxxiiii. capite undecimo notauimus.Aliis diuersus est a Turario:Asconius:Signum inquit Vortunni in ultimo uico Turario est sub Basilica se flectentibus : Liuius iugarium equimelio & fortunę templo uicinum statuit.
Iugarius in uerbo iuno argiua.
Iugerum libro.xxxvi.capite duodecimo.
Iuxta libro nono:capite.xli.

L

L Anisicus libro.xvi.capite.xv.Item libro.xxi.capite tertio.
Latius latiaris latialis libro tertio:capite primo.
Lagonoponos libro.xx.capite quarto.
Lancium genera libro.xxxiii.capite undecimo.
Lagophtbalmi in uerbo glaucomata.
Lagari uersus libro.xxxv.capite secundo in secunda editione.
Lanati libro septimo:capite ultimo in secunda editione.
Latifundia libro.xiii.capite.xv.secunda editione.
Lactes libro undecimo:capite.xxxvii. Item in secunda editione libro.xvi. capite.xliiii.Nam lactarii non a lactibus: sed a lacte nominantur. Vnde opus lactariū Spartiano in Heliogabali uita:Dulciarios inqt & lactarios tales habuit ut quę/cunq; coqui de diuersis eduliis exhibuissent uel structores uel pomarii:illi modo de dulcibus:modo de lactariis exhiberēt:Nam qui lacticinia id genus modo appellant:barbara & uulgari uoce utuntur.Nec ꝙ nomen id in quodā Hie

Universidad de Deusto
Biblioteca

ronymi libello inuenias/argumento sit:feceptū id a doctis fuisse. Alioqui non constat Hieronymi sit nec ne opus illud.
Lactarii & lactarium opus & lacticinium in mentione statim superiore.
Lęuitas intestinorum in uerbo lienteria.
Leucoma in uerbo album & in uerbo argemon.
Leucophlegmatias in uerbo hydrops.
Leucophęa libro.xxxii.capite sexto.
Leuce in uerbo uitiligines.
Lenates libro septimo:capite ultimo.
Leuini libro.xxxvii.capite secundo in secunda editione.
Lentini & lentuli libro.xviii.capite tertio:secunda editione.
Lema unde lemosi libro.xxiii.capite secundo.Item in uerbo gramię.
Lenticula uitium cutis in uerbo fugillata:& in uerbo Ephelis.
Lenticula in uerbo scaphium:uasis genus est a figura dictū/ut ait Plinius & meminit Celsus.Videturq; id esse quod discos appellaē Dioscoridi: ut in medica herba ostendimus:unde lenticularis figura. L.Appuleio in floridis. Lenticula uero pro legumine similis quidem lenti est:sed diuersum: quod/ si Theodoro Gazę credimus/aphacen greci uocant:Nam lentem non aphacen sed phacon dicunt.Quin et cocta quoq; lens a Plinio:ceteriq;/ lenticula uocatur. De qua prouerbium illud fertur:Τὸ ἔμ φακῆ μύρομ hoc est unguentū in lenticula.Cuius meminit in epīs ad Atticum Cicero in mentione lentuli. & .M.Varro & Gelius:apud quos tamen omnes non myron:id est unguentū: sed mython: id est fabulam mendose scriptum inuenitur.Athenęus quoq; in coenis refert pro uerbium id in.M.Varronis uoluminibus haberi.
Lexipyrettos femínino genere pronuntiatur rectius q̄ lexipyretta. Vtitur ea uoce Plinius semel opere toto.Vtuntur & greci medicinas ita nominantes:quę febres finiunt ἀπὸ Τοῦ λήγειμ Τοὺσ πυρετοὺσ
Letargus est marcor & inexpugnabilis pene somni necessitas cum alienatione mētis:ī quo a phrenitide/nō loco/sz materia distat. phrenitin sanguis aut bilis flaua conciliat. Letargū pituita humidior & frigidior qua cerebrum diluitur Agemus de hoc & in Veterno.
Lemniscus libro.xvi.capite.xv.Item libro.xxi.capite tertio.
Limitanei libro septimo:capite.xliii.
Liturarius in uerbo hopistbographus.
Limi unde limeta libro.xvii.capite.xxii.
Lira unde lireta libro.xviii.capite.xviii.in secunda editione.
Limen in uerbo superliminare.
Lippitudo in uerbo ophthalmia.
Lichas libro.xxxv.capite.xiiii.
Lichenes:hoc est impetigines quattuor sunt Celso generum.
Liparę lib.xxiii.cap.x.medicamenta pinguia sunt:& ut Celsus ait lenia.
Lioma libro.xxxiii.capite.xiii.
Lienteria libro.xi.cap.xxxvii.id est lęuitas intestinorum.Duplex huius morbi origo fere:aut enim ex intestinorū uitio: aut ex imbecillitate uirtutis eius quę alimenta continere dicitur.
Licitatores libro nono capite.xxxv.in secunda editione:Nam auctio sub preconę supellectilis maxime:apartia dicit grece Theophrasto & Hipponacti.Vocatur & παμπρασιά & ἀγορά quandoq; Iulio Polluci.

Lorípedes libro decimo:capite septimo.
Loricum libro septimo:capite secundo.
Lomentum libro.xxxiii.capite.xiii.
Lumbrici in uerbo tinea.
Luxata membra:id est mota loco:greci stremmata.
Lura in uerbo Elutriare.
Lunę multiformis uisitatio libro nono:capite.xxxiii.
Luscosi:siue(ut quidam pronuntiant) luscitiosi/ sunt qui etiam nuscitiosi Festo nominantur:qui propter uitium oculoz parum uident/ ex Atei Philologi sententia.Popilius Aurelius nocturnas cęcitudines quas greci uocāt nyctalopias: ipse nuscitiones uocabat.Plinius: Caprinum inquit iecur restituit uespertinam aciem iis quos nyctalopas uocāt.Aelius stillo/nuscitiosos ait esse/q plus uident uesperi q̄ meridie:nec cognoscunt nisi quod usq; ad oculos admouerint. Paulus: Nyctalopes inquit sunt/qui uident interdiu:occidēte aūt sole cernunt exili ter:noctu nihil.Myopes uero qui iam inde ab initio ortus sui/nisi admota contueri nequeunt:qō genus curā inquit nō recipit.Vlpianus in ędilitio edicto:Idē ubi homo inqt neq; matutino tempe uidet:neq; uespertino: quod genus morbi greci nyctalopas uocant.Luscitionem eam esse quidam putant:cum homo lumine inquit adhibito nihil uidet.
Lucipores libro.xxxiii.capite primo in utraq; editione.
Lutra libro.xxxii.capite septimo.

M

.M. &.B.libro decimo:capite octauo.
Matellio matella matula mateola in uerbo elutriare.
Marcipores libro.xxxiii.capite primo in utraq; editione.
Malagmata in uerbo emplastra.
Malacia & malacisso & malacus in uerbo defectus.
Madarosis in uerbo trachoma.
Magister Atheniensium libro.xxxiii.capite septimo.Iulius Pollux.viii.libro.
Masti libro.xxxi.capite tertio.Item in secunda editione libro.xxxv. capite.xii.
Manna libro duodecimo:capite.xv.Item libro.xxix.capite sexto.
Malicorium libro.xxiiii.capite undecimo.
Macellum & macellotta libro.xix.capite octauo.
Mantellum mandya mantelia libro septimo capite secundo.
Manteum libro quinto.capite.xxix.Item libro sexto capite quarto.
Macrocola a longitudine dicuntur:sunt enim eo nomine maiores & longiores chartę:quas mō regias(ut arbitror)uocamus:Nam & Catullus regiam chartā uocat.Ex eadem origine uidentur:& quę protocola formularii appellant.
Manceps est qui conducit uel emit aliquid a populo a manu: qua ut Festus ait sublata significat se uictorem emptionis esse.Id ipum interdum & prędes dicitur quia tam debet inquit prestare populo q̄ is qui pro eo prędes est. Cęterum prędes proprie fideiussores populo sunt.proinde nominatores lectoreq; magistratuum apud nos hodie prędes appellantur: quia culpam eius quem ipsi nominauissent prestare teneantur.
Mangonizare a mangonibus pro eo quod est exornare interpollareq; ut uendibilior sit ea res cuius institores & curatores sunt. Hinc mangonizata oratio & forma & domus & relíqua dici possunt ut lenociniis tamē & fuco potius q̄ ueritate allectēt.Id studium Plinio quandoq; mangonium uocatur.

Universidad de Deusto
Biblioteca

Mediastínus & mediatulus in uerbo latraleptę.
Methōdium in uerbo Pompium.
Messallę libro.xxxv.capite secundo in secunda editione.
Menas & zenas libro.xxxv.capite.xviii.in secunda editione.
Meliturgos & mellarius primo libro in indice undecimi.
Meta libro secundo:capite decimo.
Metonis annus lib.secundo:capite octauo.De hoc metone Aristophanes quoq; in comoedia quę Ornithes inscripta est.Corripitur autem in eo uerbo prima.
Meliţi canes libro tertio capite.xxv.
Melicus libro septimo:capite.xxiiii.
Medicatus odor libro.xv.capite tertio.
Megabyzi libro:xxxv.capite decimo.
Mesa libro.xxxvi.capite sexto.
Merones libro.xxxvi.capite.viiii.in utraque editione.
Meliceris & meliceria in uerbo Fauus:tuberculum & abscessus est/ut ait Pollux mellis crassitudine in cubitis & genibus: Interdū aliis quoq; partibus & in ore ipso.Nam genus illud melicerię: quod raro fieri Celsus ait: nisi in scapulis:crion fauusq; dicitur proprie.Habetur & meliceris in capite: quod ita nominatur:quia humor in eo melli similis includitur:nec pressum renititur ut id quod gangilion:siue ganglion appellant in eadem parte: sed molle cedensq; Quod ipsum facit eodem loco id genus quoq; tuberis quod atheroma uocatur: quia subest ei tenuis quasi pulticula:quam greci atheram nuncupant. Celsus auctor libro septimo:quanq; uitium in eo:q̄ non gangilium & atheroma: sed gangilium & heroma scriptum est.
Mediana lib.xxxv.c.x.Item lib.xxxvi.c.vi.Vnde medianas Vitruuius columnas dixit ut ab angularibus quę crassiores sunt/distingueret.
Metoposcopus libro.xxxv.capite decimo.
Melinus color in floribus luteum significat.Id ex Dioscoride ac Plinio euidentissimum est:Nam a melo insula melinum pro candido accipitur Plinio: Vitruuio:Plutarcho:cęteris.
Menśana libro.xxxv.cap.x.Greci ortbas uocāt si Honorio & Theodosio principibus credēdum in mentione de priuatis ędificiis.Labeo:Proiecta inquit ea sunt quę ita prouehuntur ut nusq̄ conquiescant:cuiusmodi sunt inquit menia/na & subgrundia.Quę uero aliquid haberent ubi conquiescerent:immissa nō proiecta uocabantur.De origine menianorum & de columna menia ad quam serui & fures alligabantur:Cicero:Pedianus: Festus:Plinius: Columnarum inquit bonos antiquior ut.C.Menio qui deuicerat priscos Latinos.
Mirmillones in uerbo Armentarius.
Miliarium libro.xvii.capite undecimo.
Mitys libro undecimo:capite septimo.
Miliarię porticus lib.xvii.ca.undecimo.Item lib.xxxiiii.c.viii.Meminit & Suetonius:a passuum numero uidētur appellatę.Sicut a stadiis/quas Vitruuius stadiatas uocat.
Milphosis in uerbo Trachoma.
Miltos libro.xxxv.cap.vi.Nostri eam modo rubricam:modo minium/ut Celsus interpretati sunt.Item Cicero in epistolis ad Atticum:Cera inquit & minio siue/quod idem est/cera miniatula notare.In Vitruuii octauo libro locus fertur mendosissimus de cōmentario Democriti: quod chirotoniton inscribitur: in quo utebatur inquit anulo signaretur amoltie est expertus.Scribendum autem puto ad hunc modum in quo utebatur inquit anulo signans cera & milto quę cesset expertus.
Mimus in uerbo pantomimus.
Minium & miniatulus in uerbo miltos.
Mortarium quid sit nemo ignorat:sed una eius significatio fortasse obscura est xxxvi.libro: ubi pro eo lacu & conceptaculo accipitur in quo calx siue intrita subigitur seruaturue.Quę loca hodieq; mortaria uocantur plebi: Rome alibiq;.
Monopolium libro octauo:capite.xxxvii.
Mortuale morticinumq; libro secundo:capite.lxx.
Monocores & Dicores & Tricores & Pentacores libro.xxxvii.capite septimo: nisi quis monochroas & dichroas & trichroas & pentachroas ab uno: duobus tribus & quinque coloribus prout sunt:nominatas putet.
Moesia libro quinto:capite nono.
Mustacei a musto libi genus apud Catonem:Athenęum:cęteros.
Mulci libro nono capite decimo.
Murcea & murciola libro nono:capite.xxxiii.
Murtia libro.xv.capite.xxviiii.
Murcus & murcidus libro.xv.capite.xxix. Item libro undecimo: capite nono.
Mutis libro undecimo:capite septimo.
Musteus libro duodecimo:capite septimo.
Muricida libro.xxi.capite nono.
Muscus libro duodecimo: capite.xxiiii. a musco fontium uerbum muscantur apud Columellam
Muscarium libro duodecimo:capite.xxvii.
Murinum & murata potio libro.xiiii.capite.xiii.in utraq; editione.
Muricula libro.xxiiii.capite.xv.
Mutuum muli scabunt libro.xxxii.capite secundo. Id & apud Symmachū est.
Museaca musea musiua libro.xxxvi.capite.xxi.
Munerarii in uerbo armentarius.
Muricatus libro nono:capite.xxxiii.
Myuri uersus libro.xxxv.capite secundo:in secunda editione.
Myrmecia in uerbo thymos.
Mydriasis uocatur oculorum:cum pupula quidem ipsa colorem nō mutat: sed uidetur ultra naturalem situm multo latior:interim ut uisum omnem adimat: interim ut partem:res uero ipsę minores/q̄ sint/appareant/e contrario in phthisi maiores/nam & pupula contrahitur corrugaturq;.
Myopia & myops libro.xxiiii.capite.xv.Et in uerbo Luscioſi.
Myttotos libro.xix.capite sexto.
Myxaria & myxa libro.xv.capite.xiii.Item libro ultimo:capite octauo.
Mytis libro undecimo capite septimo.
Mysia libro quinto:capite nono.
Mythicus in uerbo pantomimus.

N

n Errocorynthii libro secundo capite.xvii.
Nebulę oculoꝝ ut ingt Paulus cicatrices sunt in ipsis factę summa pte.
Ni pro ne lib.xxxii.c.ii.Lucretius.ii.li. Ni ue alium quemuis quę sunt imbuta colorem propterea gerere hunc credas/Vergilius quoq; illo uersu/Ni cursus teneant
Nilus in uerbo Euripi.
Nomę dicuntur ulcera quę depascunt uorantq; serpendo corpus.
Nomen libro.xiiii.capite quarto:in secunda editione.Vnde optima nomina &

pecunia in nominibus Columellę: Vlpiano ceteris.
Nomenclatores unde Nomenclatura pro appellatione a nominibus calādis: id est uocandis. Vtebantur iis candidati maxime: de quo cum alibi. tum Cicero pro Murena in Catonem disserens. Hi & farctores quoq; dicebantur: quia salutatorum nomina/ut ait Festus/uelut infarcirent petitorum auribus.
Nuscitiosus & nuscitio in uerbo luscioso.
Nundinę libro. xviii. capite tertio in utraq; editione.
Nucleus & Vitruuio libro septimo & Plinio: etiā nō in nuce: Nam & e testa nucleus & in ferro quoq; dicitur. xxxiiii. libro & In pauimentis. xxxvi. uti ea uox statumen fere id significet quod Gręci nunc chondron: nunc pyrena uocant: materiam quācūq; probiorē intus ac resistentem intelligi uolentes. Plinius: Fornacium inquit maxima differentia est: in iis quidem nucleus ferri tantū excoquitę ad indurandā aciem: aliquę modo sunt ad densandas incudes: malleorūq;
Nyctalopes in uerbo luscioso. (rostra.

O

o Axis libro sexto: capite. xvi.
Obeliscolychnium libro. xxxiiii. capite tertio in utraque editione.
Obuaricare in uerbo diuaricari.
Obryzum libro. xxxiii. capite tertio.
Obscuritates oculorum Grece amauroses: cum sine ullo euidenti oculorum uitio lumen eripitur: sicut bebetudo quam dicūt amblyopiam: cum hoc ipsum quidem contingit: sed constat quam ob rem id euenerit.
Oceanus balnearum in uerbo solia.
Occatio & occęcatio libro xvii. capite. xxi. Item in secunda editione libro. xviii
Ocrea libro quarto: capite septimo. (capite sexto.
Ocnos libro. xxxv. capite undecimo ut fere iidem sint ocni quod σχοινοτρῶγες hoc est sptum rodentes: Nam & hoc prouerbii loco dicebatur cōtra ignauos/ut Varroni placet: nisi quis & σχιποτρῶγες uocare malit eos: id est lentiscum mandentes: quoniam & hoc Grecorum uetus est adagium aduersus eos qui nimio se comendi studio superfluunt: quasi dentibus exterendis & fricandis tantum incubent prę desidia: Nam ex lentisco dentifricium uel poeta Mar
Odion in uerbo Pompion. (tialis commendat.
Oe diphongus libro tertio: capite duodecimo in uerbo taphroe. Itē libro quinto: capite. xxxi. in uerbo Soloe. Item libro sexto: capite sexto in uerbo cepoe.
Oporice libro. xxxiiii. capite. xiiii.
Ophthalmian Iulius Pollux negat proprium aliquod oculorum esse uitium: sed in eo uerbo significari tradit cauitatem oculorum ex corporis ęgritudine. Celsus & alii appellant lippitudinem: sicut xerophthalmian: quę sit arida lippitudo: cum nec tument: nec fluunt oculi: sed graue scunt.
Operatio & operari pro eo quod est rem diuinam facere aut agrum colere compertum omnibus. Recentiores philosophi & medici pro eo quod Gręci energian uocāt usurpauere: melius facturi si functiones & opera dixissent. At enim inquies. xxix. libro Plinius in mentione anguini oui certa ait luna capiendum censent: tanq; construere operationem eam serpentium humani sit arbitrii. Cęterum ut id mēdosum putem & ineptus sensus facit & uetus lectio: q̄ nō habet construere: sed congruere. Item non eam sed etiam. Propterea fere crediderim emendari posse ad hunc modum: Certa inquit luna capiendum censent tanq̄ congruere ouationem etiam serpentium humani sit arbitrii. Porro latina uox est ouatio: ut uernatio: mellatio. & quo utit i gallinis uerbo Columella/pultatio.
Solopygium & solopachium Catulli.libro octauo:capite.xxix.Item in secunda editione libro.xiiii.capite quarto:siue a Greco quasi ὁλοπεχίον:hoc est integer cubitus:sicut uestis bolosérica Lāpridio: que a serica & subserica distinguitur.Siue a solo quod Oscorum lingua ut ait Festus totum significat:unde solodupundium Lucilio & solocuria & sollers & soloferreum & solitaurilia:q̄ soli dę non castratę in eo sacrificio preberentur bostię : a tauro ut ab amplissima trium nomine imposito Quanq̄ Liuius octauo libro:suouetaurilia pronuntiat Marti Suouetaurilibus piaculum inquit fieri:Festus solitaurilia: sed ita ut in eo uerbo quidā ingt putent omniū suis ouis tauri uocabula esse confusa.Sed redeamus ad Catullum:Sunt qui non solopachium:sed salicippium siue salipontiū arbitrentur scribendum:a saliendo cippum pontemue:quoniā Seneca in partitionibus ita dicat:Caluus inquit qui diu cum Cicerone iniquissimā litem de principatu eloquentię habuit:usq; eo uiolentus accusator & incitatus fuit ut in media eius actōne surgeret Vatinius reus & exclamaret:Rogo uos iudices:nū si iste disertus est:ideo me damnari oportet:Idem postea cum uideret inquit a clientibus Catonis rei sui Asinium Pollionem circumuentum in foro caes.im

Universidad de Deusto
Biblioteca

poni se supra cippum fussit:erat enim paruulus statura propter quod etiam Ca
tullus uocat illum inquit Saluputium disertum·Legendum ut dixi censent:sali/
cippium siue salipontium. Diuertimus in hoc eo libentius: ꝙ quidam in eum
poetę locum friuola quędam & inepta scripserūt. Versu quoque illo:Nam cū
mirifice uatiniana meus crimina Caluus explicasset:non crimina legendū no
uerunt:sed carmina.Illud quoq; nescientes:eundem esse Caluum & Othonem:
deridicula quędam cōmenta & plane sordida confinxerunt·
Solitaurilia in mentione statim quę precedit·
Solia balnearum libro·xxviii·capite·x·Nam oceanus solium quidem nō uide/
tur omne:sed uastum in balneis & omnino lacus alueusq; maior:uel ab eo nu/
mine:uel ab amplitudine uocatus & a lauantiū quoq; strepitu & marino quasi
ęstu:etiam si apud Martialem uiri proprium est: cum alibi:tum illo uersu : Et
quereris si te suscitat oceanus·Lampridius:Oceani inquit solium primus inter
principes Alexander appellauit cum Traianus id non fecisset:sed diebus solia
deputasset.Nam thermarum magnitudo Romę quanta fuerit Ammianus do
cet libro·xvi·cum ait:Lauacra in Vrbe in modū prouinciarum extructa·
Spadix in uerbo Balium·Cassius quoq; medicus in problematis generosos ait
equos esse balios quos & pbalios scribūt aliqui·Varro badios apud Nonium·
Splenium libro·xxi·capite·xv·unde spleniata frons Martiali a lienis forma: cu/
ius meminit & Pollux & Dioscorides & reliqui·
Spathalia libro·xiii·capite·xxvi·& in uerbo stalagmium·
Spicata testacea·Vitruuius libro septimo a structura lapidum uidelicet inter se
spicatim collocatorum in pauimentis·
Sphinges & sphingia libro·vi·c·xxix·bis·Item lib·x·c·lxxii·
Sphacelos in uerbo siderati·
Sponsio libro septimo cap·xxxiiii·
Spastici & spasmus & spasma lib·xxviii·c·viii·Item in uerbo rupta·
Spondylus & spondyle libro·xxxii·capite septimo·
Speciarius uicus & species libro·xxxiiii·capite undecimo·
Spithama libro·xxxv·c·xiiii·Item in uerbo palmus·
Spartopolios libro ultimo·c·x·
Squama uitalis·Vtitur ea uoce Plinius·xxxvi·libro:capite·xxiiii·Gypsum dicēs
optimum fieri e lapide speculari squamam uitalem habente. Sed cauendum
ne lectio uitiata sit:quandoquidem uetusti Codices sic habent:Ex lapide specu
lari squamamue Talem habente·Est enim specularis lapis duplex:ut eodem li
bro ait capite·xxii·Absolutus alter ac per se nascens segmenti modo:uel ut ipe
legerim cementi · Alter saxo inclusus aut complexu silicis alligatus · Gypsum
igitur optimum intelligit uel e primo genere:hoc est specularis absoluti : Vel e
secundo:id est e lapide qui squamam Talem habeat inclusam· Castigandum
obiter eodem·xxii·capite illud quoq; de cotibus:Flaminitanę inquit ex Hispa
nia citeriore in eo genere precipuę·Scribendum non flaminitanę: sed lamini/
tanę a Laminio·De quo dixi libro tertio·
Stomachici proprie Galeno sunt qui cibum non continent·
Strophi in uerbo Dysenteria·
Stranguria & stillicidium in uerbo Dysuria·
Stria·striare·striatura Vitruuio· Diximus & libro·xxii· cap·xxii· Aliud autem
sunt strię:aliud strigę:quas Festus interpretatur ordines rerum coniunctim in/
ter se collocatarum ab stringendo appellatę· At strię in columnis partes: &/ut
ita dicam/femora sunt quę prominent exochas Greci uocant : sicut ipsa caua:
hoc est canaliculi strigles ab eodem Vitruuio dicuntur libro quarto:Circa stri
glium inquit caua & angulos striarum·Item libro septimo:Canaliculus earum
qui striglx inquit appellatur· Nam & strigare uerbum lib·xviii· capite·xix·se/
cunda editione retuli·Strigiles quoq; a stringendo:id est exterendo nomen tra
xere:uel quia Greci dicunt ξλεγγίδλας quarum usus nō homini tantum ex
crassa & ruuida lacinia:sed etiam tumētis in quotidianum fricti e ferro: unde
mulotribę Plauto qui mulas fricant·Paruas quoq; auri natiui massulas Hispa/
ni strigiles uocabāt·Striges dicūtur & inauspicatę aues equę Syrnia Greece nun
cupentur:a quibus nomen inditum maleficis mulieribus:quas/ut ait Festus/uo
latas etiam dicebāt·Itaq; solent inquit eas auertere iis uerbis σύρριάπομπεί
ειμ μυκτίκομα στρίγγα δῶλαόν ὄρμιμ ἀμώμυμον ὠκυπόρομτε πμίκα.Pli/
nius fabulosum id totum putat libro undecimo·Hęc ideo apposui ꝙ erant in
Festo deprauatissima:nec ante diem hunc quisq; ea uerba legit/nedum ut intel/
ligere potuerit:litteris mutilatis & male consequentibus·Est autē sensus/uti Syr
nia noctiuaga strigesq; detestabiles/ inauspicati nominis & uelocis offocatio/
nis alites abigantur·Sed & strigosum pecus equumq; dicimus qui sit male ha/
bitus & gracilis:hoc est Grece φηκώδηςσ & λαγαρόσ Aristoteli· Theophra/
sto·Pausanię·
Strigę:strigare:strigiles:striges:strigosus in mentione precedenti·
Stalagmium chalcanthi species est purissima stirię siue guttę simile a quo & no
men:ἀπὸ τοῦ σταλαγμοῦ·Vnde genus quoq; inauriū Cecilius stalagmiū uo/
cauit·Est & spathalium inter ornamenta feminax a spatbe dictum· Est autem
spatha Plinio:Theo; brasto:cęteris palmarū cum fronde sua ramus: Folia pal
marū inquit·xiii·uolumine/cultrato mucrone lateribus in sele bifidatis bellas
primo demonstrauere gemmas·Ad id et Claudiani uersus/quem attuli fere al
lusit:Et gratibus spathale baccis diadema ferebat· Sed o ridiculū nescio cuius
scbedium putare ait se Plinium eo loco indicare uoluisse scopas e palma facti
tari solitas:quibus gemmata pauimenta conuerrantur·
Strumę sunt tumores inter carnem & adipem:ita ut subter cōcretę quędā ex pu
re ac sanguine:uelut glandulę:boc est ut Greci uocant adenes : oriant circa ma
xillas ceruicem & alas & inguina & mesenterium quoq; ut Iulius Pollux ait·
Item latera & mamillas quandoq; feminarum:uulgo scrophulę dicuntur:quo/
niam Greci eas a scrophis choeradas appellauerint·Est & in sue morbus stru/
ma:sed aliud ut ex Aristotele cognosci potest·
Styx aqua libro·ii·capite·cvi·Item libro·xxxi·capite secundo·
Stela pro pila libro sexto:capite·xxviii·Item libro ultimo:capite quinto·Nā stel
la ueteribus significabat lętum & prosperū ut Ateius Capito auctoritatē sequu
tus·P.Seruilii auguris/ existimat quę ex lamella inquit ea rea assimili stellę locis
inaugurandis infigeretur·Est & boc apud Festum:sed maxime uitiato codice·
Staphyle & staphylopboros in uerbo uua·
Stilpones libro septimo:capite·xvi·
Struthos & struthium libro duodecimo:capite sexto·Item secunda editione li/
bro·xiiii·capite·xiii·Ea uox in mimis precipue obscenam quoq; partem uiri/
lem significat a salacitate ut ait Festus/passeris:etiam si anseris in codicibus ple
risq; scriptum est:ut qui Catulli passerem in ea significatione capiunt(Quanq;
baud ita dum recipio)non sine auctore tamen loqui uideantur·

Universidad de Deusto
Biblioteca

Stymma libro·xiii·capite primo.
Stroma libro·xiii·capite nono.
Statumen libro·xiii·capite duodecimo.
Stadiata porticus in uerbo Miliarię.
Stellionatus & ſtellatura lib·xxx·capite tertio·Stelliones in uerbo Galeotę: quo & Siculi uates ut dixi ſunt nomine Galei quoq; dicti Pauſanię grāmatico q in bybla inquit habitarent.
Staticulus libro ultimo:capite decimo·Macrobius quoq; dare inquit ſtaticulos: deridicula effundere.
Statícula & ſtraticula libro·xxxiiii·capite·xvii· Itē libro ultimo: capite decimo·
Stator libro ultimo:capite decimo: Nam ſtratores aliud genus ſunt Vlpiano de proconſulis officio.
Steatoma tuberculum eſt ita dictū ἀπὸ τοῦ στέατος:quia pingue quiddam in eo ſit collectum ſub cutem.Fit in capite:ceruice:aliis lateribus.
Strigmenta non modo id ſunt quod Gręci uocant ξύσματα: hoc eſt inteſtino/ rum in dyſentericis uelut ramenta: ſed & gymnaſiorum quoq; ſordes: quas γλοιούς & ῥύπους uocant·Id ex Dioſcoride primo libro: item Plinio mul/ tis locis colligitur:Item Celſo/cū ait:Strigmenti craſſitudine:hoc eſt quod Grę cí γλοιῶδες πάχος dicūt·Item Valerio Maximo Gymnicorum inquit ſcr uo ſtrigmenta gymnaſiorum colligenti·Quanq̄ non ſtrigmenta plurimis co/ dicibus:ſed ſtramenta foediſſime ſcriptum eſt·
Strophi in uerbo tormina.
Strena in uerbo ſtubus.
Stubos ſiue ſtobos Plinius quidem libro·xvi·pronuntiat: Pinus inquit ad aqua/ rum ductus in ſtubos cauantur·Quanq̄ tubos ſcribi poſſe diximus eo loco:id eſt fiſtulas.Sed quid ſi & ſtubū pro tubo uſurpauerit antiqtas:ſicut ſtites et ſta tam:de quibus apud Fabium·item q; ſtrenam pro trena:ut ait Feſtus: etiam ſi pars ea in ipſo mendis ſcaturientibus obruitur. Nos ita legimus:Strena inquit dabatur die religioſo/ominis boni gratia a numero/ quo ſignificatur/ alterum tertiumq; uēturum diem ſimilis commodi uelut trenam/ prępoſita·S·littera in loco T·ut ſolebant inquit antiqui·Strenam Gręci quid m epinomida uocant amiciſq; dari ſolitam Athenęus tradit: tametſi & in triremi pars epinomis di/ citur·Nonius ſtrenam a ſtrenuitate deriuauit.
Staphyloma latine uua oculi uocaſ Celſo:Id aūt ingr fit/ cū ſumma tunica ī ocu lo ſic attollíſ:ut ſimilis forma ſiat uuę acino·Paulus:Staphyloma inquit naſciſ cum cornea tunicula uitribus defecta recuruaſ: laborante illa quoq; tunica quā rhogoide ab acini ſimilitudine appellant· Quanq̄ in ſeptimo Celſi libro non rhogoides:ſed corrupte legiſ cheroides.Sicut hercle paulo īferius Arçnoides pro arachnoides.Ita enim uocatur in oculo tenuiſſima cius uelut aranea.
Subgrundia Varro etiam ſubgrundas nominat.
Suouetaurília in uerbo ſolopachium·
Superforaneū & ſuffarraneum ſiue ſufforaneū li·vii·c·xliii·in mentione·P·Ven tidii Baſſi·De quo & Suetonius & Valerius:ſed & Plancus in quadam ad Cice ronem epiſtola/mulionem eū caſtrenſem appellauit·Fuiſſe uero inimicū Cice roni Ventidiū cū alii:tum Appianus quoq; oſtendit·Gellius fricaſſe mulas ait eum & iumentis ac uehiculis/ magiſtratibus q prouincias eſſent ſortiti:prębeb da cōduxiſſe·Fortaſſis uero ſufforanei ſiue ſuffarranei pro partiariis & q a Fe/ ſto quartarii muliones dicunt:accipiendi ſunt:hoc eſt q & mercēnarii & quar (tā queſtus partem capiunt·
Suppages in uerbo compages.
Suus libro ſecundo:capite decimo·Item libro·xxxvi·capite·xv·
Sumen libro undecimo:capite·xxxvii·Item libro octauo:capite·li·
Sudis libro·xxxii·capite ſeptimo·
Suada libro·xxxiiii·capite octauo·
Subueteribus & ſubnouis libro·xxxv·cap·iiii·&·x·
Succollare libro·xxxv·capite decimo·
Suffuſiones oculorum in uerbo Glaucoma.
Suburra in uerbo ſaburra.
Superliminare id uidetur quod Gręci uocant ὑπέρθυρον·hoc & limen dici po teſt Nonio·Plinius·xxxvi libro: Difficillime inqt hoc contigit in limine ipſo quod foribus imponebat.
Sugillata Gręce hypopia:id eſt ὑπώπια: hoc eſt illa ueſtigia quę ex ſugillatio/ ne:id eſt uerberibus aut ſimili cauſa ſub oculis maxime proueniunt: Nam & oſſa oculis ſubiecta uocitant hypopia·Iulius Pollux hypopias dici Tradit cuā lenticulas in corpore quas alii phacos nominant.
Suſpirioſi:hoc eſt aſthmatici:quos ſi recti ſtanteſq; ſpirāt Orthopnoicos appel/ lant:Nam dyſpnoea quam noſtri difficultatem anclandi uocant/leuior eſt:nec ex toto ſtrangulat.
Super & inſuper libro·xxxvi·capite·xiiii·
Sycon & ſycoſis in uerbo ficus·Dicitur & ſycas ſycados Pauſanię grāmatico·
Symplega libro·xxxvi·capite quinto:bis·
Syngenicon libro·xxxv·capite decimo·
Syricus color libro·xxxiii·capite ſeptimo·
Symballote ueſtis libro octauo:capite·xlviii·
Syllabos in fine prefationis·
Synariſtuntes Menandri quędam inſcribitur Comoedia:hoc eſt ſimul pranden tes·In quo ſciendum cum Plinius ita loquitur:Apud Menandrum ſynariſtuſin Gręcorum conſuetudinem uidetur ſecutus:qui non ita dicerent· Plautus in ru/ dente:ſed Plautus rudente·Iulius Pollux ſynariſtuſas feminas uidelicet non uí/ ros comoediā eam uocari meminit:τὸ μεμάθηκου δρᾶμα συναρι ζοῦσαι
Synanche ut ait Paulus/ muſculis qui ſunt intra fauces/inflammatis oritur: ſicut iis qui extra/paralynanche· Ad eundem modum cynanche fit cum muſculi gutturis interiores accenduntur· Paracynanche cum exteriores· Celſus aliter: tria enim facit anginę genera:Synanchen·Vti ſynāchen·Paralynanchen·In pri mo nec tumor nec rubor comparet ullus:ſed emaciſcit corpus & membra ſol uuntur & ſpiritus includitur·In ſecundo rubor eſt cum tumore/obmutęſcentia pallor:ſingultus·In tertio fauces tantum cum rubore intumeſcunt:cętera non ſe quuntur·Omnia uero hęc ἀπὸ τοῦ ἄγχειν quod eſt angere: a quo & angu/ ſtus & angor & angiportus:ſiue quod idem eſt angiporti:angiportaq;·

T

T Ablinum libro·xxxv·capite ſecundo:proxime atrium locus erat Vitru uio·Feſto:cęteris·Quemadmodum uero non figulinum ſed figlinum: ita non tabulinum ſed tablinum dicito·Quanq̄ autem ſi uerbum e uer bo tranſferas:tablinum uidetur eſſe:quod Gręci pinacothecam uocant: diffe/

Universidad de Deusto
Biblioteca

rentia tamen illa est ꝙ in pinacothecis tabulę pictę:in tablino rerum in Magi
stratu gestarum monumenta continebantur.
Talorum partes iactusq; libro undecimo:capite.xlvi.
Tacones libro.xxviii.capite nono.
Tabenii libro.xxxv.capite.ii.secunda editione.
Tabes a quo tabitus & tabitum corpus dicitur:Grece phthisis appellatur in cō/
mune:nam & una eius species e tribus phthisis uocatur:quoties a capite distil/
lans pituita pulmonem exulcerat. Altera species cachexia nominat:quasi ma/
lus corporis habitus:quo alimenta corrumpuntur.Diximus & in uerbo cache
cta.Tertium discrimen Atrophia est:qua corpus cibum nō sentit.Sunt autem
qui phthisin Grece phthoen quoq; appellent:sed illud genus maxime:quo san
guis reiicitur:quali morbo laborasse Theopompum & ab Asclepio curatum
tradunt ex Suida.
Talentum Atticum sexdecim inquit ex Varrone Plinius sestertia ualebat: hoc
est pondo quadraginta:Aegyptium pondo octuaginta.In quibus tamen baud
scio an sit error numeri.Cleopatra pondo centumuigintiquinq; talentum facit:
hoc est sestertiorum quinquaginta:quanti stipendium tribuni militaris fuisse
xxxiiii.libro diximus in candelabri mentione. Quanq̄ fortasse uerius sit ex
Strabone.Plutarcho.Appiano.Plinio uolumine postremo pecuniam eam nō
salarii:sed muneris loco datam uideri.Aphricanus talentum omne pondo se/
xaginta tradit.propter quod Greci per litteram.ξ.decussatam prefectāq; obelo
intelligunt talentum:quod nota ea numerum sexagenariū significet.Quia ue/
ro libre:hoc est pondo apud alios maiores:apud alios minores sunt.Hinc effi
citur ut talenta quoq; non idem ubiq; ualeant.Pollux:Talentum inquit pro au
reis nūmis tribus imputabat.Nummus aureus ꝙ dragmis duabus Atticis.Ho
mero certe parua res uidetur talentum fuisse: apud quem in cursus certamine:
tertius lebetē:quartus duo auri talēta retulerūt.Erāt ergo talentoꝝ multa nomi/
na:Ptolomaicum:Syrium:Tyrium:Antiochenum:Atticum.Pondere quidem
pari omnia (ut predixi) sed ad nummum collata differunt. Atticum Tyrio
equale:sed plus quadruplo ualens q̄ Ptolomaicum:Sesquitertio q̄ Syrium/ An
tiochenumq; / Aphricanus hec. Aelianus Babylonicum Talentum duo mi/
lia & septuaginta minas Atticas fuisse tradit. Vitruuius quoq; de talento ua/
riat Strabo & euboicum celebrat. Alii minimum libris.L.maius.lxxii.maxi/
mum.cxx.faciunt.Athenęus talentum sex milibus nummum Italicorum per
mutari tradit:nummum esse dragmam:hoc est denarium:ex Celso.Cleopatra
Plinio.Propterea Cassiodorus sex inquit milia denariorum faciunt solidum.
Centum dragmis:hoc est denariis centum argenteis equari libram: cum alii:
tum Plutarchus in Pompeio tradit: minam uocans eam. Plinius tamen libro
xxxiii.capite nono:E libris inquit argenti signari denarios.lxxxiii. iustū erat:
nisi quis.lxxxxiiii.aut.lxxxxvi.scribendum censeat: uti minus distent a cen/
tum:quoniam Cleopatra quoq; : Libra inquit dragmas habet.lxxxxvi. Dra/
gma uero denarius est italicus.Dion dragmas pro assibus intelligit: Sestertius
inquit nummus dragmas quaternas facit:hoc est ut Plinius & Festus asses.Vi/
truuius dragmam in ęreos sex signatos:uti asses sex:quos Greci obolos uocēt
diuisam ait esse libro tertio.Poteram plura: sed hec quę carptim cursimq; ue/
lut semina materię difficillimę libauimus/dilato in aliud tempus pleniore cō/
mentario sufficiant.

Talea:siue/quoniam Greca est origo/thalea: olearum quidem maxime ramus
est:sed usq; adeo latinū id nomen factum/ut taleare pro incidere usurpet rusti
ca simplicitas.Quod & Nonius Marcellus notat.Hinc & talea nummaria: ser
mone militari dicitur:quod genus cū edicto principis uel Reipublicę conce/
ditur/clarigatio dici posset:Liuius octauo libro:Veliterninis inqt deiecti muri:
ipsi urbe abducti:iussi trans tiberim habitare/uti eius q̄ cis tiberim captus fuis/
set ad mille.P.clarigatio esset.In Codicibus tamen nō.P. id est pondo: sed pas/
suum fere scriptum est.Sed ut pondo non passus intelligam/quę protinus con/
sequuntur ostendunt: Nec prius inquit q̄ ere persoluto is qui cępisset extra uin
cula captum haberet. Ex hac autem similitudine clarigationis cuiusdam & il/
lud fere genus uideri possit:ꝙ eque pullato & castrensi nomine repressago no
minatur a prebēdendo reprimendoue.Cętcrum quid proprie sit clarigare aut
clarigatum mittere diximus in.C.littera.
Tessellatę uestes in uerbo Clauatę.
Tenontes: id est τένοντες Galeno.Polluci.cęteris.Recti quidā & ualentes ner/
ui sunt a rigore dicti/collum continentes:sine quibus sustinere caput non pos/
sent ceruicis uertebrę.Siquidem horum inter omnes flexus alter semper inten
tus prolabi superiora non patitur:ut in Celso ubi ait Cerotas eos neruos a Gręcis
appellari/scribendum arbitrer nō cerotas: sed tenontas octaui libri primo
capite.In ipsis quoq; pedibus neruum quendam latum:qui a poplite demissus
procumbit in calcem/ appellant tenonta:ut Iulius Pollux ait.Sed & neruos qui
ex utraq; stomachi parte sunt τένοντας uocant.
Tectoria duorum generum in uerbo intrita & in uerbo interpollare.
Tenerum libro secundo:capite tertio.
Tertianus libro septimo:capite duodecimo.
Tertiarium in uerbo Sesquiplum.
Tetanici & tetanobra libro.xxxii.capite quarto.tetanici autem fiunt musculis
presertim qui secundum spinam sunt/rigentibus:ita ut se inflectere nō possint.
Id cum anterior pars afficitur:ut si mentum pectori annectitur emprosthoto/
nus:cum posterior:opisthotonus/ ut si caput scapulis : cum uero ambę rigent
ex equo/tetanos uocatur:ut si ceruix recta & immobilis intenditur:etiam si ut
ait Celsus/quidam minus subtiliter & discrete iis nominibus utuntur.
Testum libro.xxxii.capite quarto.
Technopechnia in uerbo pecma.
Telamones libro.xxxvi.capite quinto.
Tegulę hamatę libro.xxxv.c.duodecimo secunda editione.
Telephia ulcera in uerbo chironia.
Tenasmus & tenelmus Grece τήνεσμος cum frequens est sed irrita desidendi
deiiciendiq; cupiditas cum inflammatione ac tumore sedis/mucosa & sangui
nolenta quędam egerentis.
Tineę uentris animalia sunt elmintbes Greci dicunt trium generum.Latę: tere/
tes & quas uermium figura:Greci ascaridas uocant. In intestini recti extremo
plurimum repertas:sicut in graciliore teretes.Celsus omnes in commune lum
bricos appellauit.Tineę sublimilis est:& quę dracuntium non in uentre sed in
lacertis femore tibiisq; dicitur:parte Aegypti superiore copiosa quod & late/
ra quoq; paruulorum sub cute infestat mouenturq; hoc sine dubio.Quanq̄ So/
ranus concedit quidem id sed animalia tamen esse pernegat.

Universidad de Deusto
Biblioteca

Tieldones equi libro octauo:capite.xlii.Fuit qnando ſcribendū putauerim tyd dones a tyda oppido citerioris Hiſpanię Greco᷒ originis iuxta Gallecos.Nec decerno id magnopere:nec refello.

Thryallis libro.xxxiii.capite tertio : ſecunda editione ab herba nomen habet cuius eſt uſus ad ellychnia/ uerbaſcum noſtri : bibinellam Theodorus Gaza uertit in Theophraſto inter ſpicatas.Hanc intelligat an quę uulgo pampinella dicitur/non conſtat:ſed ſpicata hęc nō magnopere conſpicitur:uerbaſcum cō ſpicitur.Diximus de hoc & alibi.

Therioma ulcus eſt uirilium:interim & ſedis & partium aliarum:multo ac nī/gro ſanguine:mali odoris.Atra fit caro & corroditur ex quo naſci quādoq; ſo let herpes eſthiomenos.Ita uocatur ulcus quoniam ſerpendo corpus oſſa uſq; deuorat inęquale ac coeno ſimile.

Thraſceas uentus:per.th.nō per.t.hic & thracias & thraſcias & thraſceas quoq; dicitur:auctor Suidas.Ariſtoteles: Poſt argeſten inquit uentum flat thraſcias: quem nonnulli cęciam quoq; appellant.Sed cęcias inquit ab eſtiuo exortu ue nit.Cęciam Pauſanias grāmaticus a caico Myſię fluuio uocatum putauit.

Thalea in uerbo talea.

Thraces ſiue quod idem eſt threces in uerbo Armentarius.omninoq; mirmil/lonibus aduerſi componebantur.Suetonius: Thraces ait a Cęſare Germanis uitę cuſtodibus prępoſitos:qui & Mirmillonum inquit armaturas cōcerpſerit.

Thyades & thyę libro.xxxvi.capite quinto.

Thymus Polluci uerrucula eſt Aegyptię fabę magnitudine:ſcabra & ſubrubēs ſanguine:cuius ſumma pars ut ait Cellus florem thymi repręſentat in genitali bus:ſede:feminibus:palmis et inferioribus pedū partibus.Verrucę ſunt & myr mecię lupini amplitudine: ſicut acrochordones fabę noſtratis quę pueros ma xime infeſtant.Dictę quoniam in imo anguſtę ita ſunt:ut pendere uideantur. Myrmecię uero noīantur:qa formicę modo pungant.Plinius uerrucas utrūq; genus appellauit:nos diſtinctionis gratia myrmecias formicas:acrochordones uerrucas dicemus.Aut priores illas teſſiles uerrucas:acrochordones uero pen/ſiles.Nam informicationes corporis:quo uerbo Plinius.xxviii. libro uſus eſt: mulierum crinibus ad id probatis:ſi non ſunt quas Greci myrmecias uocant: (nam & contra uerrucas adhibentur)nondum liquet.

Tonus neruus in uerbo tenontes.

Tonus ſpacium uocatur id quanto abeſt a terra circulus coeli citimus : hoc eſt lunaris:centum ſcilicet uigintiſex milia ſtadiorum:auctore Marciano ut alios prętream ſecundi libri fine.Quoniam ut in ſonis interuallum cum legitima quantitate minimū ex duobus ſonis inter ſe diuerſis:ita in coelo minimū a ter ra ſpacium ad lunam:tonum appellare placuit.Huius menſurę dimidium be/mitonion.Tonus uero cum hemitonio proportionē facit ſeſquiplam: hoc eſt ſeſquialteram.

Tollutares equi libro octauo:capite.xlii. Nā tortores ex Nonio fere intelligo q & cruciantes a poetis dicuntur.uulgo quoq; paucis immutatis appellantur ho die tortores equi:Nam cruciarios Seneca uocat boues qui in crucem tollunt.

Tomex libro.xvii.capite decimo ſine aſpiratione ſcribitur quidem : ſed a Gręco tamen uidetur ortum:id eſt ἀπό τῆσ θώμιγγοσ:quod ſpartum ſignificat.

Tomentum libro.xix.capite primo.Itē libro.xxvii.capite decimo: Greece gna/phalon:ſed & gnephalon polluci.

Tofus libro.xxxvi.capite ſexto.Item libro xxxi.capite tertio.

Topiarium opus fortaſſe a funiculis:quos in oleo terendo circumligatos inſtru mentis illis/topia Greci uocant.In trochlea quoq; partium trium unam topia appellant:ut ait Pollux. Topiariam ſpeciem Vitruuius Greco uerbo uſus to/piode nominauit.v.libro.Pauſanias etiam grāmaticus Reſtes ait topia dici.

Tollones in uerbo pneumatica organa.

Tormina in uerbo dyſenteria.

Tonſillę quas Greci modo pariſthmia:modo antiadas uocant:inflammatiōes ſunt circum eas partes quę μῆλα & pariſthmia:hoc eſt poma nominantur ul ceroſo abſceſſu:cōmunicatumq; morbo nomen loci utraq; lingua.In Celſo an tidyades libro ſeptimo corrupte ſcriptum eſt pro antiades.

Tranſportaneus in uerbo elephantia.

Tribularium & tribula in uerbo Contribulare.

Trachoma:id eſt τράχωμα ut inquit Paulus/uocatur ſcabritia palpebrarum in terior:ſicut in eadem parte glabritas: hoc eſt defluuium piloru᷒ madaroſis & milphoſis.

Triglypha in uerbo cataglypha.

Trigarius libro.xxix.capite primo.Item libro ultimo capite ultimo.

Trimma libro.xiiii.capite.xiii.

Tranſlatitium Grece ἀδιάφορον:id eſt promiſcuum:uulgare publicum indif/ferēs ut libro ſeptimo.Recte hoc & tralatitium appelles. auctor Donatus.Inue ctitia quoq; tranſlatitia uocamus aliquando ut Plinius libro decimo.Tranſla/titia ſunt & uerba per metaphoram in alienum migrantia. Eſt & alius modus adiaphori quanq̄ non diſſimilis apud Stoicos ut Cicero docet in finibus. Se/neca tranſlatiuas ſiue tranſlatitias ſententias quę ſua oratorum ſupellex eſt/pro locis communibus intelligit.Sunt & ſacra tranſlatitia Macrobio.

Trulliſſare in uerbo elutriare.

Trimorion a tribus ſignis dictū eſt:tria uero ſigna partibus nonaginta cōſtant. Erit ergo trimorion pars ab boroſcopo geniturę nonageſima. Itemq; a ſitu lu/nę altera nonageſima:Vnde uaticinium uitę ſubſtantiarumq; ſumatur. auctor I.Maternus.

Trientalis herba in uerbo Quincunces:apud Vitruuium trientes ſiue quod idē eſt trientalis materia nomen habent a menſura:q᷒ aſſeres inſtrumēti eius trien tales:hoc eſt craſſitudine quatuor unciarum eſſent.

Turia fluuius libro tertio:capite tertio.& in Mela Pomponio.

Turbo libro ſecundo:capite decimo.

Turunda libro.xx.capite nono.

Turarius uicus in uerbo iuno argiua.

Tubi & tubuli in ſecunda editione libro.xvi.capite.xliii.& libro.xxxv.c.xi.

Typhon'libro ſecundo capite.L.

Tyddones in uerbo tieldones.

V

V. Littera cum.y.libro quarto capite quinto.Item libro quinto capite quar to.Item libro ſexto capite undecimo.Item lib.xvi.cap.xlv.

Vari in uerbo ephelis.Dicūtur & acmę uulgo a Gręcis ab ętate in qua maxime proueniunt.Alexander in problematis.

Varices ſiue quod idem eſt uariculę libro.xxvi.cap.octauo.Nec aliud ſunt q̄ in tumeſcentes plus ęquo uenę in temporibus:in uētre:in teſtibus: & inguine.po tiſſimum in cruribus.

Universidad de Deusto
Biblioteca

Vaporarium in uerbo zeta.
Vas oculorum libro ultimo:capite decimo: atq; ita libro quoq; undecimo Plinius appellat capite.xxxvii.
Vari pedes libro undecimo capite.xlv.cõtrario fere q̃ ualgi sunt habitu:hoc est incuruis obtortisue cruribus:auctore Festo Nonioq; : Greci appellãt ῥαιβοὺς ex Polluce. Valgi aũt sunt qui diuersas suras habent:hoc est in diuersum actas quos Greci βλαισσοὺς uocant cuiusmodi lacertarum pedes sunt:quorum ui delicet pars intra conditur:pars extra procedit. De qua similitudine instrumentum quoddam rusticum ad areas complanandas ualgium Plinius appellat fortasse libro.xvii. Serit inquit mense Aprili area equata cylindris aut ualgio:alias densum:ita enim uetus habet lectio non uolgiolis densum/ut modo circumfertur. Alicquin & sermo agrestis ualgiare usurpat hodie pro eo quod est pauire coęquareq;/omnino id fere uidetur esse quod & Cato ait: Cõminuito inquit terram & cylindro ac pauicula coęquato. In Campania certe haberi genus id testantur tali specie:quali surę duę in diuersum collocatę quo ut cylindro sup/planantur areę. Vatii quoq; nominãtur Varroni qui pedes extorsum tortos habent ut Britanni & Galli fere transalpini : quod quidem & apud Strabonem relatum memini.
Varicari in uerbo diuaricari.
Valgium ualgi uatii in uerbo uari.
Vatinii uatieni libro decimo:capite.xlv.
Vbera libro.xxxv.capite duodecimo secunda editione.
Vebis libro.xviii.capite.xxiii. mẽsurę nomen est in feno/stercore/alia materia ut illud duodecimo libro Columellę:materies inqt si roborea est ab uno fabro dolari ad unguem debet per quadratos pedes.xx. hoc est uebis inquit una: lapinus.xxv.si ulmus & fraxinus.xxx.si cupressus.xl.si abies & populus.lx.
Vertigines in uerbo scotomata.
Versoria in uerbo uersura.
Versura & uersus libro.xviii.capite.xix.& prouerbii loco uersura domi fit libro xix.capite quarto.Seneca:Domi quod aiunt uersura inquit fit & uelut lusoriũ nomen statim transit/intra te ipsum orbis agitur: quia quod detrahitur totum tibi acquiritur/Accipiendo das dando accipis. Dicitur & uersura quam Greci campen uocant flexus ipse angulorum in ędificiis & parietibus exterior Vitruuio:propter quod & crura ipsa Vegetius in iumentis gambas uocat : quasi campas:Nam & Aristoteles campen nominat in pedibus qua suffragines poplitesq; habentur. In Plauto uersoria instrumentum uidetur esse nauticum: ex quo soluturi cognoscebant unde flarent uenti:& an mare admitteret:cuiusmodi fere apud nos magnetis usus in eo uase quod pyxidecula uocatur.
Veneri cymbia fiunt libro.xxxii.capite septimo. Vitiosus locus ut monui:sed illud addimus: Venerię legi posse:ut sit nomẽ piscis. Seneca: Venerię inqt spondyliq; & ostrea.
Venox & uenno libro septimo capite nono.& in secunda editiõe capite ultimo
Velcus libro septimo:capite.xx.
Verruca libro ultimo capite decimo:& in uerbo thymus.
Verrucata uestis libro nono:capite.xxxvi.& in uerbo clauatę.
Vela & uelaria libro.xiii.capite nono.
Venalitii libro.xxi.capite.xxvi.

Venditare libro.xxix.capite primo.
Ventriculus in uerbo Coeliacus.
Verminatio iumentorum a uerminibus fortasse dicta est. Vermina/ut inquit Festus:dolores corporis sunt cũ quodã minuto motu quasi a uermibus scindant. Seneca:Morborum inquit prima uerminatio uexat. impetus mora extinguit. Item alibi:Cerebri inquit uerminãtis ęstuatio . Hinc & uerminatur pro eo qđ est torquetur:ut in partu mulier:Nonius.
Veternosi quibusdam uidentur esse letargici. Sunt qui ueternum interpretentur morbum ignauię:qui ex ocio nimio contrahitur. Festo ueternosus est qui graui premitur somno. Catoni uero hydropicus:cum plurimum inquit ueterno/sus bibit:tum maxime sitit. Plinius ueternum a letargo diuersum morbi genus facit.xx.uolumine in medicina Raphani . Cęterum quatuor fere discrimina marcoris(ita enim uocatur inuicta quędã somni cupiditas)nouere Greci. Carros:quod Plinius soporem conuertit:letargum morosin: notbroteta. Vltimum hoc ueternũ & torporem fere intelligo ex humida materia: sicut soporem & letargum ex frigida. Morosis uero:id est μωρωσις hęc est:quę non memoriam modo:ut letargus:cum proprie accipitur:sed usum quoq; rationis intercipit:ex Aeginita Paulo:cęteriq;.
Vitilia & uiticulę libro.xvi.capite.xliii.secunda edit.
Victimarii libro septimo:capite.xii.ut quasi genus sit ad cultrarios & popas.
Vitiligo dicitur Greçe alphos & leuce. Quanq̃ leuce immutat profunda quoq; corporis:alphos superficiem:& hęc modo alphos nigra: modo candida est.
Villosa in uerbo amphimalla.
Viriculum libro.xxxv.capite undecimo.
Viuiradix libro.xxi.capite quarto.
Villa pro uina libro.xiiii.capite primo.
Vipiones libro undecimo:capite.xxxvii.
Virgulatę uestes libro octauo:capite.xlviii.
Vilceratio libro tertio:capite quinto.
Viatoria cubicula libro ultimo:capite secundo.in secunda edit.
Vię in uerbo Angiportus.
Vlcera oris in uerbo aphthę.
Vlla pro uua libro.xiiii.capite primo.
Vlcera capitis manantia sunt quę Greci ἀχωρας uocant: imperitum uulgus tęniam.
Vngulata uestis in uerbo scutula.
Vncia in uerbo scrupulum:& in uerbo sextiuus.
Vndones & undulatę uestes libro octauo : capite.xlviii. Varro de uita patrum: A quibusdam inquit dicitur esse fortunę uirginis : ab eo q̃ duabus undulatis togis est opertũ. Proinde ut Reges nostri & undulatas & prętextatas togas soliti sint habere. Nonius:Varro inquit undulatũ noue pro puro posuit. Ita fit ut undulata uestis aliud genus sit fortasse q̃ cymatilis a fluctu dicta.
Vnguis oculorum Greçe ὄμυξ dicitur quoties pars eorum cornea fugillato similis efficitur & figura unguis.
Vomica a Vomẽdo q̃ pus inde manet:uel q̃ qui habent id saniẽ reiiciant:nam & pro receptaculo ex eadem similitudine accipitur Plinio in metallis: Vomica inquit liquoris ęterni. Loca inquit Nonius caua & uetustate obesa uomicę nominantur.

Universidad de Deusto
Biblioteca

Vrẽum libro·xxxii·capite ſeptimo·
Vſurę libro·xxxiii·capite tertio·Item utraq; editõne libro·xiiii·capite quarto:& in uerbo Quadruplatores.
Vtriculos in farina uidetur Plinius accipere·xviii·libro:quos Galli ciſalpini re/dundaginem:in Venetia prouincia pleriq; ſubuentres uocant.
Vua morbus quem Greci ſtaphylen uocãt: inflammatio eſt eius partis quę in ore columella dicitur & ſtaphylophoros Ariſtoteli. Diſtenditur hęc & luteo colore ſubrubeſcit:acino perſimilis.
Vulſa in uerbo rupta.

X

X. Libro·xxiii·capite octauo·& in ſecunda editione libro duodecimo: capite duodecimo· & libro·xxiiii·capite octauo· Item libro·xxxiii·c·xii· Xeria emplaſtra libro·xxxiiii·capite·xv·
Xerophthalmia in uerbo ophthalmia·
Xyſta libro·xxxvi·capite·xxv·
Xylopachion libro octauo:capite·xxix·

Z

z Enas & menas libro·xxxv·capite·xviii·in ſecunda editione·
Zeta & zetecula Plinio Cecilio in epiſtolis erat locus capax unius lecti cum ſellis duabus qui uelis obductis & reductis:modo adiicitur cubiculo:modo aufertur·Nomen quoniam tribus e partibus feneſtras & ꝓſpectus habeat atq; ſolẽ multipliciter accipiat:quaſi ἀπὸ τοῦ ζέειν quod eſt feruere·Quãdo & beliocaminus in ipſa zeta ponitur:hoc eſt uaporarium quoddam ſolare: non ad ignis uſum:ſed ad ſolis: uelut id quod uulgo luminare dicitur & in Padana Gallia lucerio·Vel ἀπὸ τοῦ ζῆν ꝙ in ea cõmodiſſime uiuatur:ut quam delitias & amores ſuos uocet idem Cecilius:ſicut a conuerſatõne uictuq; dicta· Beliocamino Vlpianus in ſeruitutibus urbanis:Si arbor inquit beliocamino uel ſolario ſolem adimat:dicendum erit:quia umbram facit in loco cui ſol fuit neceſſarius:contra ſeruitutem impoſitã fieri· De zeta Lampridius : Indicos inquit odores beliogabalus ad uaporandas zetas ſine carbonibus iubebat incendi : ...

HERMOLAVS:LECTORI.

I Nipſo laboris noſtri calce cõmonendus mihi lector eſt : ut caſtigationes has non modo nõ oraculi aut decreti:ſed ne pręiudicii quidem/aut teſtimonii maioris locum habere patiatur apud ſe· Tantum abeſt ut illos probem/qui noſtra hęc/quaſi certa & legitima/in ſuos ſtatim Codices referre cogitant/priore inducta uel eraſa lectione·Quo feſtinationis imo uero temeritatis genere/nihil eſſe poteſt in re latina peſtilentius: Vtinamq; lex eſſet aliqua omnino quę id fieri prohiberet in poſterum·Nunc audacia quorundam tanta eſt:ut mendoſum & linendum putent quicquid ipſi non intelligunt· Peccãt hoc indocti quidem:ſed docti multo ſępius & maiore periculo : quibus & fides haberi ſolet : & falſa quę blandiantur/poſſunt ſuppetere·Ac nos quidem quantum cura noſtra ualuit profuimus : reliquum eſt ut cęteri quoq; opem aliquã auctori ſummo afferre ſtudeant:nec deſperent poſſe conſequi/ quod nos / immenſo quidem labore:ſed perꝝ mediocri doctrina/conſequuti ſumus·Et hercule nouos ſubinde uenatus aggerendo:& mea prior ipſe caſtigando/exhortari & appellare uideor ingenia : ne in utranq; aurem fiducia mei dormiant obmutęſcantue: quaſi aut noſtra reprehendi:aut plura inueniri poſſe deſpondeant· Atq; ut pauciſſima:nec ab iis quę dixi magnopere diſiuncta fortaſſe:adiici poſſe uideantur certe operis egregii/ quantulumcũq; iuueris/participem fuiſſe in gloria ducetur· Cęterum ſcire oportet/annotamenta hęc:quę nos expoſitionũ quarundam inſtar attulimus:Dioſcoridi quoq; propediẽ emittendo/profutura·Ac multa quidem conſilio tranſire mihi ipſe permiſi: quia tamen nõ commendationis meę: ſed uſus aliorum gratia/negocium hoc ſuſcepi : adiutum me non reprehenſum ab iis putabo/qui aliqd a nobis uel inuentũ:uel non inuentũ arguerint·Sed ecce dum cupio deponere: amanuenſes mei collectanea quędam noſtra detulerunt quoꝝ erat inſcriptio Pocoeniũ : quia ſuccilluis & a coena fere temporibus excerpta erant:poſtea/ut fit/aliis ſuper alias curis urgentibus elila neglectaq; ſuffugerant·Dum hęc percenſeo:annotatiunculas e multis in Plinium·xxi·percõmodas incurri·Eas nunc:quanq; faſtidii periculo inſtante:(quando ſemel hęſit animo:utilitatem ſpectare non gratiam)exhibebo q̃breuiſſime· Adonidis orti li·xxi·c·x·ſecunda editione·Pauſanias grãmaticus: Adonidis ait ortos lactucis & feniculis frequentes ac Veneri dicatos fuiſſe:in quibus ſemina deponi baud aliter q̃ in teſtis ſolerent/ eoq; rem in prouerbium abiiſſe contra futiles ac leuiculos· Argemon in eodem uerbo:differt a leucomate:hoc eſt albugine/ ait Pauſus:ꝙ argemon ulcus eſt eius orbis qui uocatur iris:id eſt arcus cęleſtis in oculo:extra rubẽs:intra candidum·Albugo cicatrix eſt oculoꝝ altiuſcula:licut utiq; in ſummo nubecula·Didymus tñ/ut ait Pauſanias/ argemon dicebat idem eſſe qđ leucoma· Armatura & ad palum:exercitationũ erant genera Tironibus & gladiatoribus ex Vegetii lib·primo: quaſi apud ipſum quoq; Plinii lib·vii·non tam armentarius mirmillo q̃ armaturarius legi poſſit:cum Suetonius quoq; nec uno loco mirmillonum armaturam nominet·Sed hoc extimari cupio/nõ recipi· Cercita Plinius lib·vii·Lucilius & Plautus in ſticho circirũ:Nauis eſt Aſiana/ut ait Nonius/pergrandis · Pauſanias grãmaticus Cercitam uocari tradit temonis genus quoddã:a populis inuentoribus qui Cercitę inquit appellabantur in terra india· Citta id eſt pica in uerbo defectus:qm̃ ut Galenus ait/terrã auis illa mandat:aut quia ut colores habet pica diſpares:ita grauidę uarios cibos appetunt· Cupedo lib·ultimo·c·ii·apud Lucretium nõ capacitatem:ſed cupiditatem:gulam: deſiderium ſignificat:ut cupedia Ciceroni:ſed prima longa eſt: qm̃ a Cupedo egte Romano ut Varroni placet/deducitur· Cypria factio q̃obrem pro chriſtiana deſignari potuerit a Plinio:dictũ eſt· Sed in librum tñ incidi/ auctoris quidem mali:ſed de hoc prodentis: fuiſſe in Cypro Magos/qui per aues qualdam Veneri conſecratas futura prędicerent· Defrugare ſegetem quid eſſe crederemus expolui·At quid ſi defrudare in eundem fere ſenſum legamus· Cato:Segetem inquit ne defrudet uillicus:nam id infelix eſt·Sequit·n·Opus inquit omne ruſticũ facere uti ſciat· Elaps ſerpens lib·xxxii·c·iiii·Nicander tñ elops·
Methymathnus Maſiniſſe filius Plinio·Matumanus Solino:aliter Valerio·nõ tñ ꝓpterea mutatum uelim· Malacus in uerbo defectus & Macrobio/etiã pro molli quem ueteres:ait Nonius:Malthan dicebant·Lucilius:Inſanũ inquit quẽ Malthan & feminã dici iubet:ut illa Quintiliani uerba in malaco ſanum·viii· lib·quidam legi poſſe credant in malthaco ſiue malaco inſanum : hoc eſt male ſanum atq; perditum:quaſi degulantem & ꝓdigentem omnia:uel quaſi male ui

Pocoeniũ

Universidad de Deusto
Biblioteca

rum prętęrea negligentem atq; ut Horatiani uerbo utar:inappam. Nęssus oppi dum lib.iiii.c.x.& cap.xi.Sed naissus tñ scribendum potius est q̄ nęssus ex Hie ronymo in chronicis & Stephano quibusdā locis. Odeum in uerbo pompiū locus Athenis fuit a Pericle ut ait Suidas exędificatus: in quo ceu theatro quo/ dam musica edebantur certamina. Ab Odeo quidā Metodeum legi posse cre/ dunt in Domitiano Suetonii:hoc est locus post odeum.Alii methodium quasi transitoriū.De qua uoce apud Dionem in Hadriani rebus gestis nescio quę le/ gimus:nunc liber is a nobis abest. Panus unde panis Varroni:quanq̄ & a pascē do ut ait Nonius: uidetur ipsum esse stamen inuolutū : quod & p diminutionē panula siue panicula uocet.Lucilius.Foris inquit subtegminis panus est. A quo & tumor inguinis panus dicatur:auctor Nonius. Parmularii in uerbo armenta rius.Ad quod Martialis illud pertinet:Vincenti parmę cū sua turba fauet. Para centesin Paulus Aeginita in curationem hydropis adhiberi pręcipit nō oīs: sed eius tm̄ qui ab ure ascites uocatur. Personata.Donatus in Terentium cadauero sa facie:id est subliuida inquit & psonata liuore ac rubore. Pharicon li.xxviii cap.x.Differt a carico.Illud gustu nardo simile est:uideturq; nomē esse fruticis. Caricū Hippocrates:περὶ ἐλκῶν duplex facit.Aridū ex sandaracha & ueratro nigro:liquidū:pręter hęc ex squama:plumbi cinere sulphure cantharide:Nec in ter uenena:etiam si uenenū est:sed inter medicamenta collocat. Secundas Grę ci nō modo hysteras:sed & choria & deuteria appellant.auctor Paulus. Tracta ri lib.iiii.c.xii.Videntur aūt esse quos poeta Claudianus Tataros uocat prima breui:;pducta media. Xylopachiū:id est cubiti mensura lignū: etiā si xylon se/ orsum tria cubita significat Didymo Alexādrino de marmoribus.

¶Quibus locis huius operis impressores hallucinati sint.

¶Folio primo:ad Augustū de agricultura:pro architectura.¶Fo.xiii.parallela pro parbelia.¶Fo.xiiii.ut fabius ,p ut Strabo.¶Fo.xxxii.ex Theopōpo inter uerbum inter supfluit.¶Fo.xlii.Aeniadas pro Oeniadas.¶Fo.liii.cnemus pro cnemis.¶Fo.lxiii.nō pheleros ,p nō phileros.¶Fo.lxvi.in icaro pro in icario.¶Fo.lxxi.de gesso ,p de glesso.¶Fo.lxxiii.utilibus ,p uitilib⁹.¶Fo.lxxiiii.bra ca pro bracara.¶Fo.lxxv.λιλαῖαμ ,p λιυαῖαμ.¶Fo.lxxxii.sothericus pro so/ tericbus.¶Fo.eoð noua ,p nona.¶Fo.lxxxiii.catābanes pro catabanes.¶Fo. lxxxvii.ἀφόμ ,pἀροῦ.¶Fo.x ii.in craia ,p in caria.¶Fo.cvi.medio ,p media. ¶Fo.cxxiii.gelatę ,p cęlatę.¶fo.cxxxii.ex.c.xliii.,p ex.c.xli.¶fo.eoð in qua damtenus ,p quadantenus.¶fo.cxxxvii.per ε ,p p e.¶fo.cliii.ut iniiciant pro iniiciāt.¶fo.eoð Q Vę IN GeneRE:,p quo in genere.¶fo.eoð qcq̄ ,p quicqd. ¶fo.clxxi.stromnas pro stromata.¶fo.clxxii.plagellas pro pagellas.¶fo.eoð BVBVlo ,p bibulo bis.¶fo.clxxx.in men ,p in mentē.¶fo.clxxxv.arenis syr tes ,p syrtis.¶fo.cxci.interpellerentur ,p interpellarent.¶fo.cxcii.zedros ,p ze/ doros.¶fo.cxciii.exilitas sobi ,p soli.¶fo.cxcix.incile pro inciles.¶fo.cc.LE VEm:& paulo post:liniamentū ,p LēneM & linamentū.¶fo.ccxvii.Rami by sopi pro ramis.¶fo.ccix.boglossos pro bugloslos.¶fo.ccxxiiii.acboron pro acoron.¶fo.ccxxvii.bęgonychon pro ęgonichon.¶fo.ccxxi.latis febres pro statas febres.¶fo.ccxxxiiii.cuius uis ,p cuius ui.¶Fo.ccxliii.polatmetos pro polytimetos.Et paulo post margariā pro marginiā.¶fo.ccxlv.mollientibus pro molientibus.& inuectu ,p inuecta.¶fo.cclix.Spbyleraton pro spbyrelaton.¶fo. cclxvi.eximant pro exiit imāt.¶fo.cclxxiii.ἐυρῆσθαι pro ἐυρᾶσθαι.Et statim post ἄρτος pro ἀυτός.¶fo.cccxxi.sciros a Gręcis pro scyros.¶fo.cccxxiii. calasti pro catblasti.¶fo.cccxxiiii.trullo pro trullio.¶fo.cccxxxviii.qua ma/ lum dementia pro quę.¶fo.cccxxxix.scirus ,p scyrus.¶fo. eoð de sciro dictū est pro de scyro dictum est.

FINIVNT:HERMOLAI:BAR.
Patriarchæ Aquileiensis Plinianæ Castigationes: Item Aeditio in
Plinium secunda: Item Emendatio in Melam Pomponium:
Item Obscuræ cum Expositionibus suis uoces in Pli/
niano Codice.Impressit formis Eucharius Ar/
genteus Germanus Romæ Idibus Feb.
M.CCCC.xciii.Alexandri Sexti
Pont.Max.Principatus
Anno Primo:.

Registrum.

a.b.c.d.e.f.g.h.i.k.l.m.n.o.p.q.r.ſ.t.u.x.y.z.quaterni.aa.bb.qua terni.cc.quinternus: A.B. C.D.E.F.G. H.I.quaterni. K.L.terni. a.b.c.d.e.quaterni.f.ternus.g.quaternus.

FF A M.

Universidad de Deusto
Biblioteca

Universidad de Deusto
Biblioteca

Universidad de Deusto
Biblioteca